MANTISSA

IN

VOLUMEN PRIMUM

SYSTEMATIS VEGETABILIUM

CAROLI A LINNÉ

EX EDITIONE

JOAN. JAC. ROEMER M. D. etc.

ET

JOS. AUG. SCHULTES M. D. etc.

CURANTE

J. A. SCHULTES,

M. D. ET PROF. P. O.

STUTTGARDTIAE

SUMTIBUS J. G. COTTAE.

1822.

DIEDERICO. FRIDERICO. CAROLO.
DE. SCHLECHTENDAL.

EQVITI. ORDINIS. AQVILAE. RVBRAE. III. CLASSIS.
PRAESIDI. PRIMARIO. SVMMI. IVDICII.
PADERBORNENSIS.

SOC. NAT. CVRIOS. BEROLIN. ET. WETTERAV. ACAD. CAES. LEOP.
CAROL. SOCIET. PHARMAC. GERMAN. BOR. ET. HIST. NAT. ARTISQVE.
MEDIC. AD. RHEN. INF. BONN. SODALI.

IN. TESSERAM.

REVERENTIAE. SVAE. GRATIQVE. ANIMI.

P. D. V.

I. A. SCHVLTES.

M. D. E. P. P. O.

Praefatio.

Antea, quam Classem VI. Systematis Vegetabilium typis mandarem, volumen ingens explentem, visum est potius vela dare et iterare cursus, quam ulteriora petere, speciesque novas, ab anno 1817, quô volumen primum Syst. Veg. editionis nostrae comparuit, repertas et descriptas, quatenus nobis saltem innotuissent, suis, ne obsolescant interea, locis inserere. Quod quidem jam prius a me factum fuisset, nisi duobus abhinc annis gravissimum, quod in patremfamiliae cadere poterit fatum, ut liberos meos matre, sic me omnibus fere viribus orbasset ita, ut nonnisi operibus aliorum edendis par essem, quorum alterum interea (*Flora capensis* illustrissimi Commendatoris de *Thunberg*) jamjam feliciter absolutum est.

Dum species, quae interea novae reperiebantur, suis locis insererem, jam olim cognitas non neglexi, synonymiam; si quae nova interea occurrebat, adjunxi, descriptionem passim uberiorem addidi, et, quae emendanda fuere, quatenus id potui, emendavi, in his plurimum adjutus a clarissimis viris: *Balbis*, speciminibus inprimis ab indefesso *Bertero* in India occidentali lectis, *Bertolone*, *Besser*, *Dietrich*, *Dufour*, *van Hall*, *Ledebour*, *Lehmann*, *Marschall de Bieberstein*, *Martius*, *Moretti*, *Otto*, *Panzer*, *Reichenbach*, Max. *Römer*, *Roth*, *de Schlechtendal* (patre et filio) *Schrader*,

Schwaegrichen, Stokes, Weinmann, Wick ström, tam speciminibus siccis et descriptionibus quam operibus et excerptis e rarioribus libris; quibu publicas et sincerissimas hic gratias agere, omni, quan viri optimi demerent, pietatis non tantum, sed offici primi est.

Si forte videar quibusdam prolixior in describendi speciebus, naturam potius et hodiernum scientiae statum quam me carpant, qui, donec omnes in orbe terrarun nascentes species, ad sua genera rite relatas, ante ocu los habuerit generum horum Monographus (e Monogra phiis enim scientiae salus omnis nunc pendet) historice potius quam dogmatice scientiam colendam esse semper ducam, ratus, dubiis potius quam commentis et effatis veritatem, si unquam, in lucem fore prodituram.

Quò facilius in Mantissis futuris classibus singulis in primo volumine contentis addenda suo loco inseri pos sint, singulae classi proprium paginae numerum adpo suimus, sub quo dein suo tempore eidem adjungendae.

Landishuthi Bojorum
24. Junii 1822.

I. A. Schultes,
M. D. et Prof. p. o.

MANTISSA.

Classis I.

MONANDRIAE GENERA.

Tomo. I. Pag. 1. post Cannam inseratur:

1. a. CALATHEA.

Corollae limbus interior bifidus. *Anthera* simplex, *filamento* petaliformi latere adnata. *Stylus* petaliformis. *Stigma* obsolete trigonum. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis. *Sem.* 3. *Meyer Essequebo p.* 6.

Perianthium commune polyphyllum, foliolis oppositis; *proprium* superum triphyllum. *Cor.* tubus oblongo-cylindricus compressus obliquus: limbus exterior 3-partitus, laciniis subaequalibus lineari-lanceolatis, interior laciniis oblongo-obovatis, obtusis, concavis. Ovarium conicum obsolete triquetrum. *Caps.* chartaceo-membranacea, trigona, calyce coronata. *Sem.* oblonga, obtusa, subtetragona. *Meyer l. c.* Familia Scitaminearum.

Pag. 1., n. 2. Marantae adde:

Anthera irregulariter margini petali aut filamenti petaliformis ad dextram sinistramve adnata incrassato deorsum, quasi a filamento involuto, subinde etiam reapse sub anthera a petalo emergente. Caulis ramosus, saepe dichotomus. *Roscoe observ.* in *Roxb. Asiat. researck.* XI. in *Jahrb. d. Bot.* I. 2. St. *p.* 61.

n. 3. Thaliae addatur:

Anthera medio filamenti proprii affixa, stylo brevi oppositi. *Stigma* irregulare, labiatum, rostrum cyathi referens. *Inflorescentia* terminalis in caule longo e centro foliorum. *Roscoe* l. c. in *Jahrb.* *Cal.* petaloideus, 6-partitus. *Caps.* 1-locularis s. nux putamine flexili. *Inflorescentia* panicula sparsa, floribus radicalibus s. terminalibus, solitariis geminisve in spatha bivalvi. *Nuttall gener.* 1. *p.* 4.

Pag. 1. n. 4. PHRYNIO addatur:

Anthera supra in filamento fortiter revoluto, quo erecto, dorsalis esset. *Stigma* infundibuliforme. Exscapum, flores petiolo folii radicalis. *Roscoe l. c.*

Obs. MARANTA, THALIA, PHRYNIUM, genera affinia, conveniunt etiam seminibus albumine perforato ab embryone filiformi.

Pag. 4. n. 18. CERATANTHERA deleatur, est enim, fide *Link Enum. alt. p.* 5., GLOBBA *marantina*, ad quam transferenda. Hujus generis loco substituatur:

n. 18 MANTISIA. *Anthera* duplex. *Filamentum* lineare longissimum, apice bilobum, basi utrinque appendiculatum. *Inflorescentia* radicalis.

Sims Bot. Mag. 1320. GLOBBA *Andr.*

Pag. 5. n. 23. HOPEA deleatur jubente *Roxburgh*; est enim eadem cum CANSCORA, ad quam releganda. Et hujus loci inseratur:

23. SCHWEIGGERIA.

Cal. corollinus, triphyllus. *Cor.* tripetala, petalo tertio calcarato, duobus erectis cartilagineis. *Glandulae* 5 ovatae stamen columnare triquetrum circumstantes. *Anthera* unica. Nec pistilli nec fructus vestigium. *Spreng. N. Entd.* II *p.* 167. An dioica? Familia vel IONIDIORUM vel GERANIORUM.

Pag. 5. n. 24. CUCULLARIAE addatur:

Obs. CUCULLARIA et QUALEA cum SALVERTIA apud *Aug. de St. Hilaire Mém. d. Mus.* VI *p.* 255. familiam nunc propriam constituunt VOCHISIEARUM, et CUCULLARIAE character genericus reformatus: „*Cal.* coloratus, laciniâ superiore calcaratâ magnâ, quatuor minimis. *Pet.* 3, duobus lateralibus duplo minoribus. *Filamenta* 3 petalis opposita; intermedium fertile antherâ continuâ immobili apice cucullatâ; duo sterilia minima. *Stigma* terminale, obtusum." *Ibid. p.* 266.

24 a. SALVERTIA.

Cal. subaequalis. *Pet.* 5, superiora 2 angustiora. *Filamenta* 3 petalis inferioribus alterna; intermedium antheriferum, lateralia 2 sterilia, minima. *Stylus* clavatus. *Stigma* terminale, obtusum. *Aug. de St. Hilaire Mém. du Mus.* VI. *p.* 266.

Pag. 5. n. 25. QUALEA. Addatur:

Obs. Character reformatus apud *Aug. de St. Hilaire* l. c. p. 266 „*Petalum* unicum. *Stamen* unicum alternum."

Pag. 6. n. 31. SALICORNIAE addatur:

Obs. Exc. *Marsch. a Bieberst. Suppl. Taur. Cauc. p.* 1. characte

rum generis SALICORNIAE, species plerasque generis hujus sub HALOCNEMO collocans, sequentibus distinxit: „*Cal.* 1-phyllus utriculatus. *Cor.* o. *Sem.* 1, intra calycem persistentem." Calycem interdum deesse, et hujus loco occurrere involucrum laxum, subinde triphyllum *Link Jahrb.* 1. 2. *p.* 26, quo genus HALOCNEMI *M. a Bieberst.* confirmatur, tam ait l. c. p. 3.: „ob diversam perigonii structuram, ex legibus systematis, HALOCNEMUM a SALICORNIA, quamvis habitu simillimâ, genere separandum erat. Inflorescentia in HALOCNEMO, nec in SALICORNIA, vere amentacea: in hac, delapsis calycibus fructiferis persistunt rami foveolati, quibus flosculi innidulabant, in illo autem cum flosculis amenti squamae quoque defluunt, solâ rhachi filiformi demum superstite."

Pag. 7. ante CORISPERMUM inseratur:

37 a. HALOCNEMUM. *Cal.* communis amenti squama: proprius 3-phyllus clausus. *Cor.* o. *Semen* 1, calyce persistente tectum. *Marsch. a Bieberst. Suppl. taur. cauc.* 1. *p.* 3. Confer *Obs.* ad SALICORNIAM. *)

---

*) LOSANIAM ex *Flor. bogot.* ex *Semanario del nuevo reyno de Grenada*, novum hujus classis genus, omisimus, cum amplo *Sprengel* forte idem cum AGARDHIA in suis *Grundzügen* censetur in *Neu. Entd.* II. *p.* 303.

PHILURUM *Cav.*, (MONERMAM *monandram* s. NARDUM *aristatam* *Linn.*) quem *Trinius* Monandriae Digyniae inseruit, cum tot gramina passim monandra occurrant, haec inter in Diandria reliquimus.

MANTISSA.

Classis I.

MONANDRIAE

MONOGYNIAE

SPECIES.

Tom. I. Pag. 10. n. 1. Cannae subscribatur:

Nota. Speciei generis hujus in duas sectiones dividi posse:

1. laciniis corollae lineari-lanceolatis, erectis, rubris vel rubro-fla que variegatis. Huc: Canna *indica*, *coccinea*, *lutea H. Ke* *patens H. Kew.* (cui flores ceteris majores, nectarii labellum aequale, incisum, laciniae simile corollae, cum in *indica* in grum, spathulatum, reflexum: haec *patens* eadem cum *latifolia Sio House*.)
2. laciniis corollae latis ovatis pallide flavis vel sulfureis. Huc Ca *glauca*, *flaccida* (Cannacorus *Dillen. H. Eltham. t.* 69.) Cann *paniculatam*, *iridiflorum*, *junceam* se non vidisse. *Roscoe Obs. Roxb.* in *Link Jahrb.* 2. *p.* 69.

Pag. 11. n. 1. Cannae *indicae* addatur synonymon:

C. foliis ovato-lanceolatis, laciniis limbi corollae int rioris lanceolatis et bidentatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Ca* et *Wall.* I. *p.* 1. et, hoc teste, Katubala *Rheede m* 11. *p.* 85. *t.* 43. *Cannacorus Rumph. amb.* 5. *p.* 1 *t.* 71. *f.* 2. *Roscoe Observ.* in *Roxb. monandr. asi Research.* in *Link. Jahrb.* 2. St. *p.* 60. (*Tratt. tabul t.* 304. C. *variabilis Link Enum. alt.* I. *p.* 1.)

Obs. Divus *Roxburgh* l. c. monet in utraque varietate (*rubra* et *fla* partes corollae exacte similes esse; *luteam Rosc.* ergo, in qua lim interior corollae bifidus, differre necesse. *Roscoe* l. c. in C. *ind* iterum „nectarii labium integrum, spathulatum, reflexum" petit; *Link* Canna *indica Ruiz* et *Pav.*, a pluribus huc tanquam sy nymon ducta, excludenda, est enim C. *Lamberti Bellend.*

Pag. 11. n. 2. CANNA *coccinea.* Expungatur hic synonymon CANNAE *rubrae*, quae species propria, monente *Link*, sic exponenda:

2. CANNA *rubra*, calycis foliolis oblongis obtusis, corollâ sexpartitâ, foliis ovato-oblongis utrinque acutis cordatis. *Willd. Enum.* I. *p.* 1. *Mag. Gesellsch. naturf. Fr. Berl.* 1808. *p.* 169. *Link Jahrb.* I. 3. *H. p.* 19. *Ejusd. Enum. alt.* I. *p.* 1. *n.* 2. (CANNACORUS *ovatus Mönch?*)

Huic subscribatur adumbratio *Willdenowiana* in *S. V. edit. nostr.* p. 11 *coccineae* addita: „Varietas duplex" etc. Cor. coccinea. CANNA *coccinea* vero exponatur sic:

3. C. *coccinea Ait.*, foliis sessilibus lanceolatis, corollae limbo interiore quadripartito, labello integro reflexo. *Link Jahrb.* I. *B.* 3. *H. p.* 19. *Ejusd. Enum. alt.* I. *p.* 1. *n.* 3. et, hoc teste: C. *coccinea Ait. Kew.* I. *p.* 1. *Roscoe Linn. Trans.* 8. *p.* 338. *Röm.* et *Schult. S. V.* I. *p.* 11. *n.* 2. (excl. synon. *rubrae.*) C. *indica Curt. Bot. mag. t.* 454. C. *crocea Röm.* et *Schult.* l. c. n. 3. (quae ergo delenda sub n. 3.)

Corolla a clo *Link* l. c. 4-partita dicitur, cum labellum illi lacinia corollae interioris, nec nectarium. „Cor. coccinea, subtus labelloque flava, rubro maculata. Mirum div. *Willdenow* speciei hujus in hortis vulgaris nec meminisse in *Enumeratione*, nec specimen asservasse in *Herbario* suo; occurrere hanc speciem in hortis passim nomine C. *angustifoliae*, et C. *angustifoliam Linn.*, quae clo *Salisbury*, fide *Herbar. Linnaeani* varietas C. *indicae*, fors hujus esse loci, haud vero *Synonymon Pisonis* s. *Marcgrav.*, quae species propria, tubo corollae longissimo distincta, quam Com. a *Hoffmannsegg* e Brasilia tulit." *Link* l. c. qui staturam humiliorem notavit.

Obs. Cls. *Bertoloni*, qui CANNAM *coccineam* non reformatam admisit, hujus distinguit varietatem δ, quae illi: CANNA *coccinea* δ, corollae laciniis interioribus binis, undique viride coccineis, labello apice coccineo, basi luteo, maculisque coccineis variegato, rhachi trigonâ. *Bertolon. Plant. del Brasil. p.* 1. *n.* 1. *Opuscol. scientif. di Bologn.* 3. *p.* 405.

Cal. foliolis 3 inaequalibus obtusis strictis striatis margine albidis. Corollae laciniae 3 exteriores germine duplo longiores, inaequales, ex albo rubidae, apice viridi-albidae; laciniae interiores 2 erectae inaequales oblongo-spathulatae emarginatae aut erosae, totae a calce ad verticem viridi-coccineae; labellum revolutum basin versus canaliculatum ibique luteum, maculis coccineis intermixtis, exteriora versus totum viride coccineum. Filamentum petaloideum rubrum. Stylus lineari-spathulatus crassus rubens nitidus. Reliqua speciei. In Brasilia. *Bertolon. in litt.* An haec illa, de qua cls. *Link* in *Jahrb. d. Gewdchsk.* I. 2. H. p. 184. CANNA *brasiliensis*, foliis petiolatis ovatis, corollae limbo interiore tripartito, laciniâ infimâ reflexâ, cui caulis 4-5 ped.,

MONOG.

...currentia ... in C. pate...
...erroplis? In Jahrb.
...it, hujus nulla ...
...me subjungatur.

...ello

MA

...nt. addan...
...nk Enum. alt.
hoc teste: C. ir.
(utrum vero C. iridiflora R.
n. 7, silet.)

M C

... corollae limbo interiore quadrifido; laciniis ...athulatis, apice repandis; foliis oblongis acuminatis. ...n in Bot. Zeit. 1820. p. 607, hujus videtur loci. Caulis ...mpressus, crassus. Folia 1 1/2 ped. et ultra, 8 poll. lata, ner... Petioli canaliculati. Flores paniculati geminati. Rhachis acute tri...a. Flos alter pedicello fere 1/2 poll., alter fere sessilis. Bracteae 2 inaequales ad basin pedicellorum. Calycis foliola 3 inaequalia, 1/2 poll. et ultra, viridi-albescentia, canaliculata. Corolla tota croceo-miniata, 4 poll., segmenta 3 exteriora 1 1/2 poll., acuminata, involuta, interdum reflexa, 4 interiora obtusa, apice inflexa, excavata. Filamentum polymorphum. Stylus claviformis. Capsula? Nomine HELICONIAE psittacorum ex Anglia missa. *Wendl.* l. c. Tulimus quoque nomine G. *punctatae*.

5. CANNAE *patenti* addantur synonyma:
Roscoe Jahrb. d. Bot. 1. *B.* 2 *St. p.* 59. *Link Enum. alt.* 1. *p.* 1.

Folia petiolata ovata, *Link*. Nectarii labium irregulare, incisum, laciniam corollae referens. *Roscoe*.

5 a. CANNA *rubricaulis Hort. Breit.*; foliis sessilibus, ovatis, subtus in vaginis nervisque ruberrimis; corollâ rubrâ; limbo interiore quadripartito (cum labello). *Link Enum. alt.* I. *p.* 1. *n.* 6. *Hort. Breit.* 68. *Wendland?*

6. CANNAE *luteae* addantur synonyma:
Bot. Mag. t. 2085. *Link Enum. alt.* I. *p.* 2. *n.* 7.

Folia sessilia, ovalia. Cor. lutea, maculis coccineis, limbo interiore tripartito (cum lab.) *Link. Hab?*

Pag. 13. n. 7. CANNAE *iridiflorae* addatur cum? synonymon: C. floribus nutantibus: laciniis interioribus emarginatis; filamento revoluto; nectario bifido. *Sims Bot. Mag.* 1968.

Species omnium pulcherrima. Folia magna, speciosa. Racemi longi, plerumque gemini. Flores penduli. Tubus corollae

MONANDRIA

Calathea ... triplo longior ... convoluta, interior ... ter kermesinae. Fi... tinuatum; nec tari... Vahlsm. Sims.

Canna ... n.

... Str. l. c. ... Bero ... n. 9. ... Colantur in H ... speciosa, ... Willd. polymorpha, ... dum flores.

... crevit, apicem caulis inferne ... gerentem, totam stirpem esse ... alibus describit, plantam acau... flores 6-partitos indicant; ... loideum pro corollae lacinia

...ô compactâ; spa... foliis ellipticis, ...26. Bot. ... 2: n. 13. ...inioris involu... laete viridia, ... lata. Pe... te exterio... reas, bi... conca... formis, ...es, sa... tine... ilei ...la...

Pag. 13. post Cannis inseratur:

CALATHEA.

1 a. C discolor Meyer; foliis oblongis, pruin... obcordatis. Meyer Essequeb. p. 7.
...teis spic...larum ... Jacq. Fragm. f. 4. p. 51. t. 63. f. 4.
Maranta Cassupo Jacq.
Herbacea 12-14 ped. Folia radicalia ?, caulina longe petiolata, obtusa, 2-5 ped., integerrima, venis parallelis approximatis, supra pulchre viridia, subtus incano-pruinosa. Petioli cana... basi dilatati, amplexicaules. Pedunculi 5-7 e geniculati caulis plerumque in ejus apice flabellatim rhachi brevissimae insidentes, dodrantales, latere interiori canaliculati, glabri Spatha universalis coriacea, pedunculos aequans, linearioblonga, concava. Spathae partiales cuique pedunculo duae: exteriores omnes universali incumbentes, eâdem formâ, sed duplo minores; interiores exterioribus oppositae, cum pedunculis alternantes, singulae pedunculos singulos amplectentes, submembranaceae, exterioribus paulo longiores, oblongae, obtusae, concavae, dorso bicarinatae, carinis alato-marginatis, pilis rigidiusculis. Flores ad apices pedunculorum in spica conica 4-6 poll., e spiculis alternis approximatis. Spiculae ovatae 9-12-florae, externe inclusae bracteâ coriaceâ, subrotundo obcordatâ, acumine brevi, 1 1/2 poll. longâ latâque, fusco-purpureâ, spiculam alteram, oppositam, semiamplectente. Flores sessiles „(supra in pedunculis dodrantalibus ?)" imbricati involucro polyphyllo, bracteâ breviore, incarnato, cujus foliola exteriora oblongo-subrotunda, obtusa, glabra, interiora bicarinata, apice truncata, saepe 2-3-dentata, dorso pilosa, flores imbricatim tegentia. Calycis foliola linearia lanceolata, diaphana, albida Corollae laciniae exteriores acuminatae sordide virentes, interiores crenulatae luteae." Meyer l. c. qui fructum etiam uberrime descripsit.
In sylvaticis circa Arowabischkreek. ♃.

Obs. Generi huic, praeter speciem fusius descriptam, adnumerantur e Meyer l. c.
2. Calathea Cassupito. Maranta Cassupito Jacq. fragm. 4. p. 52. t. 64. f. 3. R. et S. ed. nostrae p. 17. n. 16.

3. CALATHEA *lutea.* MARANTA *lutea Lam. Ill.* 1. *p.* 9. *n.* 21. *Enc meth.* II. *p.* 590. *S. V. ed. nostr.* p. 558. n. 4. M. *disticha Buchan?*

4. CALATHEA *juncea.* MARANTA *juncea. Lam. Enc. meth p.* 589. fere. MARANTA *Arouma. S. V. ed. nostrae p.* 14. *n.* 6. quae ergo huc cum diagnosibus et adumbrationibus suis transferendae.

n. 2. MARANTA.

Pag. 14. n. 1. MARANTAE *arundinaceae* addantur synonyma: M. culmo ramoso; foliis ovato-oblongis, acuminatis, subtus pubescentibus; floribus paniculatis; pedunculis bifloris. *Meyer Esseqnebo p.* 11. *Link Enum. alt.* I. *p.* 2.

Germen glabriusculum. *Link.* „Caulis plus minus pilosus. Flores laxe paniculati, partim laterales sessiles, partim in apice paniculae ramorum gemini, pedicello altero 1/2 poll., altero quadruplo breviore. Caps. baccata, calyce coronata, trigona, trisulca. Semen oblongum trigonum, basi apiceque gibbum, fuscum, nitidum." *Meyer* l. c.

Obs. Haec M. *arundinacea*,

M. *indica Tussac*, (quae GALANGA *indica Poir. Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 686.)

M. *Tonchat*, quamvis fructus ex descriptione *Rumphii* paululum discrepet, *Meyer* et *Humb. Bonpl.* (fide *Link Enum. alt.* I. p. 2.

M. *Jacquini* M. *lutea Jacq.*) ut videtur, quamvis fructus descriptio cum icone collata, non omnino clara, genuinae elo *Meyer* MARANTAE videntur.

M. *capitata Ruiz et Pav.* vero, et

M. *lateralis Eorumd. Fl. peruv.* I. *p.* 3. 4. *t.* 3. generi MARANTAE alienissimae,

M. *obliqua Rudge* et

M. *gracilis Rudge Guj.* I. p. 3. t. 2. 3. dubii generis, ob corollae limbum interiorem bifidum, et fructuum descriptionem deficientem. Filamentum omnino MARANTAE. *Meyer Essequeb. p.* 11.

1 a. MARANTA *gibba H. Liverpool;* caule ramoso; foliis oblongo-seu ovato-lanceolatis, pubescentibus; germinibus hirsutissimis. *Link Jahrb.* I. 3. *H. p.* 20. *Ejusd. Enum. alt.* I. *p.* 2. *n.* 2.

Similis M. *arundinaceae*, floribus etiam albis. *Link* l. c. *Habitat?*

Pag. 14. et 558. n. 4. MARANTA *lutea* deleatur, et subscribatur CALATHEAE *luteae.*

n. 6. MARANTA *arouma.* Confer sequentem *petiolatam.*

n. 10. MARANTA *allonia* nobis etiam nomine *semperflorentis* venit.

Pag. 16. n. 12. MARANTA *petiolata* deleatur; est eadem planta, quae M. *Arouma*, cui majore jure nomen M. *junceae* tribuendum; et CALATHEA *juncea.*

Obs. „Cl. *Rudge* M. *petiolatam* in *Plant. Guj.* I. p. 26. t. 37.

uti novam delineans et describens valde erravit, apicem caulis inferne aphylli, 10-ped., folia floresque in vertice gerentem, totam stirpem esse ratus; unde folia caulina pro foliis radicalibus describit, plantam acaulem opinatus. *Plumier* et *Jacquin* flores 5-partitos indicant; *Rudge* 6 partitos, quia filamentum petaloideum pro corollae lacinia habuit." *Meyer Essequebo* p. 10.

Pag. 16. n. 13 a. MARANTIS addantur:

M. *zebrina Sims*; acaulis; spicâ ovatô-compactâ; spathis obtusissimis, imbricatis, multifloris; foliis ellipticis, acuminatis, striatis. *Sims. Bot. Mag.* 1926. *Bot. Reg.* t. 385. *Link Enum. alt.* I. p. 2. n. 13.

Scapus radicalis brevis, petiolo vaginante folii junioris involutus. Folia transverse et oblique striata, supra laete viridia, subtus caerulescenti purpurea, 1½ ped. 3–4 poll. lata. Petioli purpurei. Spica florida, subrotunda; bracteae exteriores rigidae, alias plures oblongas, tenelfas, purpureas, bifloras includentes. Calyx laciniis 3 distinctis, ovatis, concavis, petaloideis, pallide violaceis. Tubus corollae filiformis, longitudine calycis; limbi laciniae exteriores subaequales, saturate violaceae, interiores inaequales, albidae purpurâ tinctae. Floribus primum expansis lacinia major columnam pilei adinstar tegit, et appendice pollicifromi, postea reflexo, filamentum amplectitur; laciniae 2 reliquae angustissimae. Stylus columna crassa, subincurva, extremitate bilobâ, malleiformi; laciniâ superiore obtusâ, rotundatâ, inferiore concavâ. *Sims.* *In Brasilia.* ♃.

13 b. M. *pilosa Humb.* et *Bonpl.*; caule ramoso, pubescente, ad geniculos hirto; foliis lanceolatis, petiolatis, glabris, basi rhombeis; floribus pedicellatis; germinibus subtomentosis. *Link Jahrb.* 1. 3. *H.* p. 20.

MARANTAM certe esse, quatenus licuit flores evolvere; in *nov. gener.* non descriptam fuisse; occurrere quoque in *Herbariis* nomine THALIAE *racemosae e Caripe*; *Link l. c.* *In montibus Quindiu.* ♃.

Pag. 16. n. 16. MARANTA *Casupo* deleatur hic, et subscribatur CALATHEAE *discolori*.

Pag. 17. n. 17. (sphalmate 15.) MARANTA *Casupito* deleatur hic et subscribatur CALATHEAE *Casupito*.

n. 3. THALIA.

Pag. 17. n. 1. THALIAE *geniculatae* addatur synonymon: MARANTA *geniculata* incerti auctoris apud *Steudel Nomencl.* p. 509.

n. 3. THALIA.

Pag. 18. n. 2. et 559. n. 2. THALIAE *dealbatae* addantur synonyma:

Pursh Fl. Amer. bor. II. p. 677. *Nuttall gener.*

I. p. 1. *Link Jahrb.* I. 1. p. 185. 3. p. 21. *Enum. alt.* I. p. 2. (PERONIA *stricta Decand.* et *S. V. ed. nostr.* I. p. 18. hujus quoque videtur loci clo *Poiret* in *Enc. meth. Suppl.* V. p. 294.)

Cal. epigynus 3-phyllus. Cor. limbus exterior 3-partitus, laciniis lanceolatis, interior 4-partitus, laciniâ superiore breviore concavâ latissimâ, lateralibus oblongis, infimâ longissimâ concavâ. Filamentum filiforme; anthera ad apicem margine membranacea simplex. Stylus incurvus; stigma infundibuliforme, cinctum membranâ inflexâ. Folia radicalia petiolis 4-5 pedum, oblonga, 1½ — 3¼ ped., apice convoluta, pruinâ spatharum albâ. *Link* l. c.

Obs. Dirum *Willdenow* characterem suae *cannaeformis* ex planta longe alia, THALIA *dichotoma Roxb.*, serius ab ipso *Roxburgh* PHRYNIUM *dichotomum* dicta, desumsisse, quam *Roxburgh* MARANTAM *Tonchat Willd.* credidit, et THALIAM *cannaeformem Forst.*; huic demum junxisse similem plantam in *Simbis Ambuesj*; THALIAM *cannaeformem Willd.* ergo esse PHRYNIUM *dichotomum Roxb.*, quod nunquam in H. *Berol.*; *Link*, l. c. qui tres adhuc asservari in *Herbar. Willdenow.* species *Humboldtianas* in *nov. gen.* non descriptas, quarum altera

THALIA *pubescens* sine floribus; altera

THALIA *nemorosa*, habitu ALPINIAE *racemosae*, tertia, nomine *Alpiniae latifoliae* in *Herb. Willd.*, est

THALIA *latifolia*, spicâ (ut videtur) radicali, foliis late ovato-oblongis pilosiusculis margine ciliatis, spicae bracteis rotundato retusis.

Quid THALIA *sylvestris Willd. Herb.*, e *Humb. et Bonpl.* apud *Steudel Nomencl.*?

n. 4. PHRYNIUM. *)

Pag. 18. et 559. n. 1. PHRYNIO dichotomo addatur synonymon: *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 2. (THALIA *dealbata Hortus.* THALIA *dichotoma Roxb.* in *Herb. Willd.*)

---

*) PHRYNIUM *dichotomum* et *virgatum* vix hujus esse generis ob habitum omnino diversum —; MARANTAM, THALIAM, PHRYNIUM esse genera proxime affinia, in quibus seminis nuciformis albumen embryone filiformi perforatum. In MARANTA anthera irregulariter margini petali vel filamenti petaliformis nunc dextro nunc sinistro affixa, margo semper subtus incrassatus quasi filamento incluso, quod subinde specie fili liberi sub anthera exsurgit a petalo. In THALIA anthera in medio filamenti proprii e contrario styli brevis, terminati stigmate irregulari labiato, rostrato, ab omnibus generibus diverso. In PHRYNIO anthera ad apicem filamenti incurvi ita, ut dorso infixa videretur, si erectum esset: stigma infundibuliforme ut in plerisque *Scitamineis*. Habitus aeque ac characteres hi generici diversus: *Maranta* caule ramoso saepe dichotomo; *Thalia* floribus terminalibus in caule praelongo medio folioso; *Phrynium* acaule, floribus e petiolo folii floralis. *Roscoe Obs.* in *Roxburgh* apud *Link Jahrb.* 2. p. 61.

Rad. ramosa, lignosa. Caules recti, attenuati, crassitie pollicis, 3-5 ped., nitide virens. Rami numerosi, dichotomi, undique patentes, glabri, articulati ad singulam bifurcationem. Folia alterna, glabra, ovato-cordata integerrima, acuta, 4-8 poll., venis numerosis, tenuibus, parallelis. Petioli, praeter 1/10 longitudinis suae ad apicem, ubi teretes, vaginantes. Racemus terminalis, plerumque solitarius, articulatus, subflexuosus. Bracteae glumaceae per paria ad articulos racemi pedicellum biflorum amplexantes. Flores alterni, magni, candidi. Pedicelli clavati, crassi, albi, carnosi, apice bipartiti, divisionibus inaequalibus, glandulis 2 ad apicem instar rudimenti florum. Cal. e foliolis 3 oblongo-conicis, attenuato-acuminatis, tubo corollae multo brevioribus. Cor. tubo infundibuliformi: limbus exterior laciniis 3 aequalibus, lineari-oblongis, recurvis; interior multum elevatus in continuatione tubi, laciniis 5, maxime inaequalibus: exterioribus 2 majoribus, obcordatis, undulatis, expansis, tertia s. media a regione earundem lata, obcordata, profunde emarginata, intus ad basin corpusculo semilunari antheram inter et stigma prominente; interioribus 2 parvis, faucem tubi claudentibus, stigma arcte cingentibus et antheram. Filamentum breve, margini laciniae minimae limbi interioris corollae affixum. Anthera erecta, simplex, ovato-oblonga, polline, ut in *capitato*, granis magnis, rotundis. Germen villosum. Stylus tubo adnatus, nec, nisi supra faucem, manifestus, ubi dilatatur in stigma chamatum, margine calloso, lobato cinctum, antherae oblique adversum. Caps. late turbinata, magnitudine cerasi, rugosa, subtriloba, apice dehiscens. Semen solitarium, globosum, arillo partiali, squamoso. Integumentum externum molle, spongiosum, internum nuciforme. Perispermа corneum, caeruleum. *Roxb.* l. c. *In Bengalia et variis Indiae locis.* ♃.

Pag. 18. et 559. n 2. PHRYNIO *virgato* addatur synonymon: PH. caulibus simplicibus; foliis bifariis, lanceolatis; spicis terminalibus, filiformibus, compositis. *Roxb. Fl. ind.* ed. *Carey* et *Wall. p.* 4. *n.* 2.

Rad. crassa tenax incurva, rhizomate horizontali, fibris numerosis crassis, inodora. Caules erecti, tenues, articulis 2 inferioribus tumidis, tecti vaginis foliorum, fistulosi, majores basi crassitie baculi, apice calami scriptorii. Folia ad vaginam breviter petiolata, vaginis petiolisque extus glabris, intus pilis aliquot longis raris. Spicae 2, rarius 3, vel trifidae, saepius pedales, articulatae, pedunculo bifloro ad articulum singulum. Bracteae 2-3 ad divisionem singulam, pedunculos amplexantes, magnitudine variae, ensiformes, canaliculatae. Cal. e foliolis 3 acutis parvis distinctis conicis. Cor. tubo brevi; limbus exterior laciniis 3 subaequalibus oblongis reflexis, intus 2 inaequalibus latioribus, altera obcordata, altera obovata; interior laciniis 3 angustioribus, quarum 2 longiores pileos efformant margine flavo cinctos antheram et stigma obtegentes. Filamentum intra lacinias 2 interiores insertum, erectum. Antherae uniloculares, ovatae.

Germen pilosum. Stylus tubo adnatus, uncinatus. Stigma infundibuliforme. Capsula oblongo-ovata, magnitudine fabae, rugosa, matura pallide flava, dissepimentis oppositis. Semen solitarium oblongum in loculo singulo, arillo parvo lobato circa umbilicum ad basin seminis. Integumenta exterius fuscum, nitens, interius membranaceum. Perispermium ut in *P. capitato*, materiâ fuscâ a basi ad curvaturam embryonis excurrente. *Roxb.* l. c., qui minime esse confundendam cum ALPINIA *Cardarmomo* sua. *In Malabaria, unde pro* CARDAMOMO *missa ad div. Anderson.* ♃.

Huic subjungantur:

3. PHRYNIUM *spicatum Roxb.*; acaule; foliis radicalibus, (sub) bifariis, oblongis; spicis radicalibus, petiolo brevioribus, subcylindricis, bifariam imbricatis. *Roxb. Fl. ind.* ed. *Carey* et *Wall. p.* 5. *n.* 3.

Rad. flexuosa, horizontalis, profunde sub terra repens, crassitie *Calami Rotang*, fibris numerosis e rhizomate, undique sparsis. Petioli vaginantes ad pollices 6-12 coadunati, ut, tanquam in *Curcumis*, unicum sistere videantur. Folia in cespitibus radicalibus parvis 3-4, petiolata, lineari-oblonga, basi lata, rotundata, apice attenuata, acuta, utrinque glabra, subhorizontalia, 6-10 poll. longa, 2-3 lata. Petiolus exterior vaginans, supra convexus, glaber, interiores petioli (1-2) vaginâ destituti, teretes, glabri, 6-12 poll., i. e. altitudine fere plantae. Spicae solitariae in centro petiolorum, vel laterales ad eorumdem basin, breviter pedunculatae, acutae, apice parum supra humum elevatae, bracteis vaginisve 4-8 alternis bifariis: bracteâ singulâ spiculam e floribus 8-10 geminatim sessilibus parvis albicantibus, a basi inflorescentibus, intus amplexante. Rhachis flexuosa, glabra. Bractea exterior sive communis ad articulum singulum spicae, subteres; vaginans, glabra, obtusiuscula; interior seu propria ad par singulum florum. Cal. foliolis 3 lanceolatis glabris. Cor. tubo longo, tenui, glabro. Limbus exterior corollae laciniis 3 reflexis oblongis obtusis, quas intra 2 latiores, rotundato-obovatae, erectae, crispatulae; interior, s. nectarium, parva, et, ut in speciebus reliquis, inaequaliter triloba. Anthera unilocularis, margini interiori corollae affixa. Stylus tubo corollae adnatus. Stigma uncinatum, crassum, carnosum. Caps.? *Roxb.* l. c. *In Pegu, unde ad H. B. Calcutt. missa a D. Felix Carey.* ♃.

4. PHRYNIUM *imbricatum Roxb.*; acaule; foliis radicalibus; spicis simplicibus, petiolaribus, solitariis, breviter pedunculatis; bracteis imbricatis, truncatis, multi-dentatis. *Roxb. Flor. ind. ed. Carey* et *Wall.* I. *p.* 6. *n.* 4.

Rad. tuberosa. Folia oblonga lateque lanceolata, utrinque attenuata, glabra, integerrima, tenuiter acuminata, 12-24 poll., 4-8 lata. Petioli foliis longiores, teretes, glabri, floriferi medio articulo piloso, unde sursum versus rima ad pollices 2-3 protensa pro spica, marginibus tenuibus pilosis. Spica pedunculo brevi, lineari-oblonga, 3-4 poll., imbricata.

Bractea exterior ovatà, apice transverso, glabra, singula amplectens flores plures pallidos, rubrofuscescentes, parvos; interior parva, membranacea. Cal. cor. stamen ut in *parvifloro*. Stylus tubo corollae adnatus, apice libero, crasso, hamato. Stigma oblique. hians versus antheram. Caps. oblonga, magnitudine fabae majoris, rugosa, apice hians. Semina sessilia in arillo partiali, tunicà exteriore durà, fuscà, politâ. *Roxb. l. c.* *In Chittagong.* ♃.

5. Phrynium *parviflorum Roxb.*; acaule; foliis radicalibus; capitulis florum petiolaribus; bracteis acutis. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wall.* I. *p.* 7. *n.* 5.

Rad. tuberosa, horizontalis, pilosa, caeterum ut in *capitato*. Folia longe petiolata, elliptico-ovata, nitida, integerrima, brevia, acuta. Capitula florum subglobosa, sessilia, e parte petiolorum internâ circa medium eorumdem emersa, spicis pluribus imbricatis, sessilibus, distichis, compactis, simplicibus compositisve. Bracteae 2 exteriores late ovatae, capitulo communes: interiores minores: omnes glabrae, acumine rigido brevi acuto terminatae. Flores parvi, fere inconspicui, flavi, per paria dispositi. Cal. Cor. Stamen ut in *capitato*. Germen breviter pedicellatum, glabrum, ad insertionem calycis tantum pilosum, triloculare, unico tantum loculo fertili, cum in *capitato* loculamentum singulum suo semine gaudeat. Stylus ut in reliquis speciebus, apice liber, uncinatus. Stigma infundibuliforme. *Roxb. l. c.* *In regione orientali Bengaliae.* ♃.

6. Phrynium *capitatum Willd.*; acaule; foliis radicalibus, longe petiolatis, oblongis; capitulis florum petiolaribus et terminalibus, glomeratis; bracteis truncatis, incurvatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 7. et, hoc teste, *Willd. Spec.* I. *p.* 17. (*S. V.* ed. nostrae *p.* 560. *n.* 3., quam confer). Phyllodes *Placentaria Lour. Cochin.* 16. 17. Bara-Killa *Rheede Mal.* XI. *p.* 67. *t.* 34. (at silet de Pontederia *ovata Linn!*)

Rad. tuberosa, ut in *Zingibere*, fibris longis, carnosis. Folia radicalia integerrima, utrinque glabra, 6-18 poll., venis numerosis, tenuibus, parallelis. Petioli foliis longiores, teretes, glabri, parum attenuati, basi subvaginantes, floriferi supra medium articulati, incrassati, unde flores, ut in Pontederiis indicis, interdum non ultra tumorem hunce extensi. Flores numerosi, in capitulo sat magno sessiles, parvi, fereque absconditi in bracteis magnis, rosei sub Auroram, vespere purpurei. Bracteae (calyx *Lour.*) plures, collectentes flores parvos sessiles in fasciculorum paria, 2-4, successive florentes: exterior fasciculi singuli major, subcylindrica, firma, rubella, apice truncata, margine incurva, scariosa: reliquae minores, plus minus acutae. Cal. foliolis 3 ensiformibus, longitudine tubi corollae, apice pilosa. Cor. tubus infundibuliformis, vix perforatus, limbo exteriore laciniis 3 aequalibus, purpureis, spathulatis, recurvis; interiore in con-

tinuatione tubi magis elevato, laciniis 5 inaequalibus: 2 exteriores majores rotundae crispae, interior parva, alae ad instar per filamentum decurrens. Filamentum breve, fauci tubi insertum. Anthera simplex polline albo, magno, sphaerico. Germen oblongum, brevissime pedicellatum, pilosum. Stigma magnum, ad antheram obliquum. Caps. brevis, turbinata, 3-gona, sat glabra, magnitudine baccae Grossulariae apice dehiscens. Sem. solitarium, subglobosum, glabrum profunde griseum in arillo parvo squamiformi. Integumentum exterius spongiosum, interius tenue, durum. Perispermi corneum, caerulescens. *Roxb.* l. c. *In Chittagong et aliis Indiae partibus.* ♃.

n. 6. PERONIA.

Pag. 18. n. 6. PERONIA *stricta Laroche* in *Redouté* l. c. cl. *Poiret* eadem omnino videtur cum THALIA *dealbata.*

7. HEDYCHIUM.

Pag. 19. et 560. n. 7. HEDYCHIO *coronario* adde synonymon H. foliis lanceolatis; spicis compacte imbricatis; laciniis labii fissi corollae semilunaribus. *Roxb. Fl. Ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 9. (qui iterum *Gandsul Rumph* V. t. 69 f. 3., prius exclusum, laudat). *Link Enum. alt.* I. p. 2.

Obs. Duarum varietatum, alterius profunde, alterius pallide flavae, non nisi obiter meminit cl. *Roxburgh* l. c. ex interioribus Bengaliae ubi variis locis sponte crescit, nec tantum, ut vulgo credebatur, colitur. — Folia hirta. Cor. alba, odora, labello cuneiformi bilobo. *Link.* — Huic subjungantur:

2. HEDYCHIUM *coccineum Smith.* foliis distichis, lanceolato-linearibus; ligulis elongatis; spicae spathis bifloris. *Link Enum. alt.* I. p. 3. *Smith* in *Rees Cyclop.* HEDYCHIUM *angustifolium Link Jahrb.* I. 1. H. p. 184. 3. H. p. 22. (se ipso teste in *Enum.*)

Caulis 3-4 ped. subcompressus. Folia fere pedis, parum ultra pollicem lata, vaginâ appressâ, apertâ tamen, sessilia, maculis 2 rubris ad basin; ligula ultra vaginam emersa, albo virens, apice rubra. Spica terminalis coarctata, depressa vel erecta; spathae vix pollicares, 3 lin. latae, in quarum axillis flores 2 sessiles. Germen subglobosum, calyce supero spathaceo. Corollae laciniae 3 exteriores longae, angustae, citò emarcescentes; interiores 2 longae, angustae, tertia filiformis, apice dilatata, lata. Anthera loculis 2 parallelis. Stylus filiformis, gracilis, in sulco antherae. Flos ruber, odorus. *Link Jahrb.* Folia margine hinc inde hirta. Cor. rubra, labello spathulato integro. *Link Enum.* ubi clare monet, *angustifolium Bot. Mag.*, ad quod H. *coccineum Smith* nonnisi cum? ducitur, differre corollae formâ et colore. Ibidem p. 443 tamen addit: H. *coccineum* et *angustifolium Bot. Mag.* t. 2078. sibi non videri differre. *In India orientali.* ♃.

3. HEDYCHIUM *angustifolium* *Roxb.*; foliis lineari-lanceolatis; spicis patentibus; fasciculis florum subternis; segmentis laciniae fissae oblongis: reliquis 5 corollae linearibus *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wallich* I. *p.* 11. n. 2. *Roxb. Corom.* 3. *t.* 251. *Edwards Bot. Reg.* n. 157. (fide *Wallich Fl. ind. p.* 82, excludente H. *coccineum Smith.*) (*Bot. Mag. t.* 2078.)

Rad. tuberosa, articulata, horizontalis. Caules erecti, 3-6 ped., tecti vaginis foliorum. Folia bifaria, sessilia, apice fere filiformia, acuta, utrinque glabra, 10-14 poll., 1-2 poll. lata. Spica terminalis erecta, rigida, 6-8 poll., glabra. Fasciculi florum satis e rhachi emergentes. Bractea exterior fasciculi cylindrica, linearis, interior, singula ad florem singulum, minor. Flores lateritii, minusculi, plerumque quaterni, successive evoluti. Cal. cylindricus, longitudine tubi corollae, fauce aequaliter tridentatus. Cor. tubus gracilis, cylindricus, pollicem circiter longus, segmentis 5 subfiliformibus, varie revolutis. Labium laterale lamina bipartita lineari canaliculata, laciniis semiovatis. Filamenta labio opposita eodemque duplo longiora; fere recta, filiformia, excavata ad recipiendum stylum. Anthera biloba, nuda. Germen ovatum, subpilosum, seminibus pluribus axi affixis. Stylus filiformis, basi more solito corporibus 2 subulatis. Stigma infundibuliforme ex apice antherae prominens. *Roxb.* l. c. In *Bot. Mag.* l. c. flores, ubi primum expanduntur, eleganter dilute fusco-flavicantes, demum aurantiaci, vix coccinei dicuntur, praeter stamen, et videtur clo *Sims* varietas *coccinei Buchan.*, quod ill. *Smith* (aeque ac clo *Wallich*) species distincta videtur. H. *coronario* minus fragrans. *In Chittagong, Silhet, et Bengaliae regionibus orientalibus.*

4. HEDYCHIUM *gracile* *Roxb.*; foliis lanceolatis; spicis terminalibus, patentibus; floribus solitariis, sparsis; laciniis labii bifidi sessilis semilanceolatis; reliquis 5 corollae linearibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wallich* I. *p.* 12. n. 3.

3-4 ped. Flores albi, in varietate ochroleuci, filamento coccineo. *Roxb.* l. c. *In montibus ad fines Bengaliae Eurum versus.*

5. HEDYCHIUM *villosum* *Wallich*; spica elongata, villosa, patente; fasciculis approximatis, copiosis, sparsis geminatisve, trifloris; labio breviter unguiculato, bifido, longitudine laciniarum 5 corollae. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wallich* I. *p.* 12. *n.* 4.

Caules erecti graciles glabri, uti folia, 2-3 ped. Folia plana, lanceolato-oblonga, petiolo brevissimo e vaginae dorso, subtus glauca. Vaginae ligula oblonga obtusa arcte appressa, longa. Spica terminalis erecta, cylindrica, obtusa 10-12 poll., omnibus partibus tecta tomento brevi sericeo. Bracteae ovatae, tubo multo breviores, rufescentes; exterior 2.

communis plana, 3-varius 2-flora; interior singula ad rem singulum hancque basi amplexans. Flores, etiam si gratissime suaveolentes, minus quam in H. *coronario* et *an stifolio* succulenti, pallide flavi. Cal. gracillimus, tubo formi 1 1/2 poll. quidquam brevior, fauce oblique bifi Limbus glaber, laciniis linearibus, subclavatis, patentib tubo dimidio brevioribus, laciniis unguis s. superioris la niae limbi interioris lineari-oblongis obtusis. Filament longitudine tubi, filiforme, glabrum, coccineum. Anth brevissima, ovata, biloba. Germen dense villosum. Stig subciliatum. Differt a *gracili* longitudine et villositate spic floribus copiosis fasciculatis, laciniis limbi longitudine aeq libus, staturâ majore. *Wall.* l. c. *In montibus Beng liae Earum versus.* Rob. *Smith.*

6. Hedychium *speciosum Wallich;* spicâ elongatâ, p tente, glabrâ; fasciculis approximatis, sparsis, bifloris; la integerrimo, sessili, acuto. *Roxb. Fl. ind. orient. ed. C rey* et *Wallich* I. *p.* 13. *n.* 5.

Folia sat magna, oblongo-lanceolata, utrinque attenuata, a mine longo, margine subundulata. Spica terminalis, mag Fasciculi copiosi, patentes. Bractea exterior satis grand obtusa, uti reliquae, apice pilis aliquot albis; interior e d bus oppositis; rhachi propior obtusa, denticulis quibusd ad apicem; altera multo angustior, lineari-lanceolata, acu Flores pallide flavi, fragrantes. Cal cylindricus, dimidi tubi longitudinis, fauce oblique bifidâ, dentibus 2-3, ovat barbatis. Tubus 2 pollicibus longior, filiformis. Lacini exteriores lineares, sat longae, virentes; interiores clavat Labium longitudine laciniarum interiorum, ovatum, ba versus attenuatum. Filamentum filiforme coccineum, tu parum longius. Anthera elongata fornicata. *Wallich* spicam unicam foliaque quaedam. *Cum villoso.*

7. Hedychium *flavum Roxb.;* foliis late lanceolat utrinque attenuatis; spicis terminalibus, imbricatis; br teis subquadrifloris; laciniis 2 corollae interioribus linea bus; labio obcordato, apice profunde retuso. *Roxb. I ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 81.

Rad. tuberosa: caules erecti 2-3 ped., proceres. Folia ten ter acuminata, utrinque glabra, ut vaginae stipulâ mag membranaceâ adscendente ex ore vestitae. Spica solita erecta, oblonga, 6-8 poll. Flores copiosi, magni, fla fragrantes, similes *coronario.* Bracteae exteriores ovatae oblongae, obtusae, glabrae, tenuiter nervosae, 2-3 1/2 po 1 1/2 poll. latae; interiores singula ad florem singulum, mu minores. Cal. longitudine fere corollae, membranaceus, flatus, oblique 2-3-dentatus. Cor. tubus gracilis, longi dine bractearum exteriorum: laciniis limbi 5 linearibus, terioribus 2 profundius coloratis et obtusis. Labium s. la nia sexta superiora versus, e regione filamenti linearis, l busque longitudinis. Germen pilosum. Stylus longitudi

corollae, stigmate magno et villoso. Caps. turbinata, magnitudine olivae, glabrae, flavae. Sem. pauca glabra, laete profunde rubra, arillo concolore lacero. *Roxb.* l. c. Differt a *coronario* floribus triplo minoribus, laciniis interioribus lineari-clavatis, fissurâ labii angustâ, laciniis rectis, labio basi unguiculato. Utrique odor MICHELIAE *Chambaca*, sed minus fortis, eòque gratior; utrique habitus et statura idem. *N. Wall.* *In vallibus collium Silhet.*

Obs. „Nomine PHRYNII *spicati* plantam colimus, quae apud nos non floruit, sed monente *Jacquinio* HEDYCHIUM est." *Link Enum. alt.* p. 3, qui *ibid. p.* 443. H. *luteum* quoque ex Anglia adduxit, quod nondum floruit.

8. ROSCOEA.

Pag. 19. n. 8. ROSCOEAE *purpureae* addantur synonyma: *Smith exot. Bot.* 2. *p.* 97. *t.* 108. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 697.

9. ALPINIA.

Pag. 20. et 561. n. 4. ALPINIAE *Galangae* addatur synonymon: *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 58. (et, hoc teste) *Rumph.* V. *t.* 63.

Rad. perennis, tuberosa, ut in *Zingibere*, subaromatica, fortiter, instar piperis, pungens, et amara, vera *Salanga major Off.* Caules perennes, ut videtur, suberecti, teretes, glabri, 6-7 ped., crassitie baculi tenuioris. Folia a medio spicem versus (inferne foliola tantum) breviter petiolata, bifaria, utrinque attenuata, margine alba, subcarnosa, utrinque glabra, 12-24 poll., 4-6 lata. Vaginae glabrae, processu ligulaeformi brevi, rotundato, ciliato ad insertionem folii. Panicula erecta, oblonga, ramis numerosis, patentibus, simpliciter dichotomis, singulo floribus 2-6, pallide ex virenti albis, subfragrantibus. Involucrum Königii plerumque diphyllum, lanceolatum, marcescens, dein deciduum. Bracteae concavae, solitariae, ad divisiones et subdivisiones paniculae. Cal. subcylindricus, glaber, albus, vix longitudine tubi corollae, fauce unidentatâ. Cor. limbus exterior laciniis 3 subaequalibus, linearibus, recurvis, glabris, pallide viridibus; interior, s. labium, subascendens fere ad antheram usque, ovatus vel ovato-oblongus, concavus, apice in lobos 2 sat profunde divisus, marginibus incurvis, crispis, minute laciniatis, albis, maculâ hinc inde rubrâ, corniculis 2 recurvis, carnosis, ad basin unguis. Filamentum ungue labii quidquam longius. Anthera apice profunde emarginata, horizontaliter supra labium prominens. Germen glabrum, ovatum, trigonum. Stylus filiformis. Stigma infundibuliforme, ciliatum, sub fecundatione erectum, dein recurvum. Corpora nectarina subquadrata, excavata. Caps. magnitudine cerasi, obovata, glabra, intense aurantiaca, non dehiscens. Semen 1, raro 2 in loculo singulo, compressum, magnitudine *Piperis nigri*, arillo perfecto, tenui, albido, integumento exteriore nitido, castaneo, interiore duro fusco. *Roxb. l. c.* 24.

Pag. 562. n. 5. Alpiniae *Allughas* addatur synonymon: *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 60.

Rad. tuberosa, biennis vel perennis, horizontalis, fusca, fil sat crassis, aromaticis. Caulis erectus, subcompressus, tus tectus vaginis foliorum, 3-6 ped. Folia alterna, bifa oblonga, acumine tenui, torto, utrinque glabra, subtus lidiora, venis numerosis, rectis, tenuissimis, angulo ad stam acuto, pedalia, 4 poll. lata. Petioli vaginantes, proce stipulari, rotundato ad insertionem folii. Panicula sul curva, subsecunda. Flores copiosi, successivi, magni, p ere rosei, inodori. Cal. gibbus, carnosus, 2-3-dentat Cor. tubus brevis; limbus exterior laciniis 3 subaequali eitus pubescentibus, concavis, e pallide virenti roseis, periore magis remotâ; interior, s. labium, basi prominen 2 carnosis, laciniis apicibus bidentatis, margine undula roseo et purpurâ variegatis. Nectarium (*Kön.* et *Retz*) c puscula 2 oblonga, compressa, carnosa, basin styli ample Filamentum breve, latum, complanatum. Antherae lobus gulus cornu obtuso. Stylus in sulco filamenti. Stigma vato-trigonum, obtusum, fissurâ semilunari, ciliatum. Ca globosa, subtrigona, glabra, friabilis. *Roxb. l. c.* *Calcutta.* ♂. ♃.

Huic subjungatur:

n. 5 a. Alpinia *bracteata Roxb.*; foliis lanceolatis, utr que attenuatis subtus villosis; racemo terminali simplici; dicellis unifloris; bracteis viridibus. *Roxb. Fl. ind.* *Car.* et *Wall.* I. *p.* 61. *n.* 3.

E minimis Alpiniarum Indiae orientalis, quo charactere, br teisque viridibus facilius quam ulla alia diagnosi distingui a *malaccensi*. Rad. biennis, forte perennis. Caules ere circiter 3 ped., toti tecti vaginis foliorum glabris. Folia faria petiolata, inferiora ovato-oblonga, tenui acuminata, pra glabra, nitentia, profunde viridia, subtus pallidio 6-18 poll. Petioli proprii circiter pollicares, profunde naliculati. Vaginae glabrae, parum ultra insertionem pet lorum intus adscendentes. Racemus erectus, spithamaeus, s villosus, ante anthesin vaginâ unâ alterâve caducâ obvolut Pedicelli teretes, breves, villosi. Bracteae solitariae unil rae, magis quam in speciebus reliquis persistentes, obscu virides. Cal. brevior bracteâ, bidentatus, infra apert Cor. limbus exterior laciniis 3 subaequalibus ovatis albis, bio subtrilobo, lobis lateralibus magnis in tubum circa s men incurvatis; exterior angustior, apice bifidus, elegan kermesino flavoque mixtus, margine pallidiore utrinque. lamentum breve, basi calcaribus 2 incurvis. Stigma inf dibuliforme, subciliatum. *Roxb.* l. c. *In orientali* *Bengaliae.*

Pag. 20. et 567. n. 6. Alpiniae *malaccensi* addantur synonym A. fol. etc. labio etc. basi bicalcarato; capsulis obliq sphaeroideis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 6 *Bot. Regist.* 328.

Rad. perennis. Caules numerosi (5o spatio 4 annorum) 6-10 ped., centrales erecti, exteriores extus incurvi, secundo-quarto anno florentes, dein depereuntes. Folia bifaria, acuta, margine saepius undulata, pilisque brevibus fuscis subciliata, supra glabra, 2-3-ped., 3-9 poll. lata. Vaginae glabrae, caulem ex integro vaginantes, ligulâ ovatâ, obtusâ, integerrimâ, villosâ. Petioli (pars ligulam inter et folium) 3 circiter pollicum, canaliculati. Racemi terminales, solitarii, erecti, simplices, 6-12 poll. Pedunculi teretes, pedicellique villosi, hi breves, uniflori, subinde nutantes. Involucra 2-3, caduca, navicularia, racemum amplexantia. Flores sat magni, pure candidi praeter labium aurantiaco et kermesino varium. Bractea gibba, extus ad basin, partim e regione fissa. Cal. gibbus, longitudine bracteae, pluries fissus. Cor. limbus exterior laciniis 3 oblongis, obtusis, integerrimis, superiore majore; inferior, s. labium, magna, expansa 3 poll. lata, 2 3/4 longa, lobis 2 lateralibus semi-circularibus, in tubum incurvatis, medio minore, magis porrecto, crispo, subinde bifido, calcare utrinque acuto. Filamentum longitudine fere antherae magnae, latae, profunde bifidae, obtusae. Nectarium *König* hic tantum unicum, crassum, apice truncatum, tuberculatum. Germen obovatum, pilosum, ut stylus apice. Stigma erectum, infundibuliforme, pilosum, adscendens per apicem antherae bifidum. Caps. obovata, magnitudine baccae Grossulariae majoris, setis brevibus, acutis, rigidis, matura sicca, flava. Semina numerosa obovata et ovata, materiae molli pulposae immersa, sulco utrinque et circa apicem. Integumenta 2 fusca, tenuia. *Roxb.* l. c.

n. 7. ALPINIA *nutans*. Addantur synonyma:

A. fol. etc.; racemo composito; pedicellis inferioribus bi-trifloris, nutantibus; labio lato, trilobo, lateralibus in tubum incurvis, exterioribus crispis bifidis; capsulis etc. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 64. *Sims Bot. Mag.* 1903. (*Zerumbet speciosum Jacq. Fragm. p.* 50. *n.* 170. *t.* 68.)

Caulis herbaceus, erectus, ramosus; ramis sulcato-angulat glabris, geniculatis; geniculis contractis. Folia 3-4-poll., acu pilis raris minutissimis adpressis utrinque conspersa. Peti pollicares, tenuissime pubescentes. Flores breviter pedic lati. Pedunculi pedicellique, pubescentes. Bracteae linea subulatae, pubescentes. Calyx 5-partitus; laciniis linea lanceolatis, pubescentibus. Corolla subpollicaris, purpur labio superiore lineari-lanceolato, indiviso; inferiore t lobo. Stamina subexserta. Antherae biloculares; locula utr que lateri connexivi transversi affixa, opposita. Capsula i nota. *Crescit frequentissime locis umbrosis prope Carip* alt. 450 hex. (Nov. Andalusia.) ♃. Justiciae *secundae Val* proxima, diversa praesertim foliis crenatis.

n. 40 b. J. *salviaeflora Humb.* et *Bonpl.;* foliis ovat lanceolatis, acuminatis, (utrinque) pubescentibus; spicis ax

laribus, paucifloris; floribus sessilibus, solitariis, remotis; labio superiore corollae integro, pubescente. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et Spec.* II. *p.* 190. ERANTHEMUM *parviflorum Herb. Willd.* (fide *Link.*)

Caulis fruticosus, ramosus, teres, pubescens; ramulis viscoso-pubescentibus. Folia opposita, petiolata, subintegerrima vel obsolete remote crenata, 1 1/2 poll. Petioli 3-4 lin., pubescentes. Spicae 2-3 poll. Pedunculi viscoso-pubescentes. Bracteae lineari-setaceae, viscoso-pubescentes. Calyx viscoso-pubescens, 5-partitus; laciniis linearibus. Corolla 9-10 lin., labio superiore integro, pubescente, inferiore trifido. Stamina inclusa. Antherae biloculares; loculis connexivo interposito distantibus, inferiore basi appendiculato. Capsula clavata, pubescens; loculis dispermis. Semina retinaculis subtensa. *Colitur in horto botanico Mexicano.* ♄.

Pag. 151. n. 41. JUSTICIAE *ciliari* addatur synonymon: DICLIPTERA *ciliaris Herb. Willd.* fide *Link*, qui recte monet non esse DICLIPTERAM.

Pag. 152. n. 42. JUSTICIAE *lucidae* addatur descriptio:

Caulis perennis glaber, teres, striatus, ad insertionem foliorum dilatatus, raro ultra tripedalis. Rami pauci, e basi. Folia acuta, coriacea, saturate viridia, per petiolum decurrentia, (4-5 poll., 2 lata). Pedunculi partiales oppositi, 3-5 flori. Bracteae subulatae calyce breviores. Calycis laciniae 5 lineari-lanceolatae, pubescentes. Cor. saturate coccinea, tubularis, subcurvata, calyce 3-4 plo longior, labio superiore integerrimo, inferiore tridentato. Filamenta purpurea. Styl. longitudine corollae pubescens, persistens, stigmate truncato. Inodora. *Sims.* *In Barbados.*

Pag. 152. n. 43. J. *Gandarussa.* Addatur synonymon:

J. fruticosa, diffusa, glabra: foliis anguste lanceolatis; spicis terminalibus subverticillatis; antheris inferioribus calcaratis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 129. *Link Enum. alt.* I. *p.* 30. ALDINA *Scop.* (non *Adans.*)

Cor. purpurascens. *Link.* Caulis vix ullus, ramis numerosis, longis, diffusis, cortice in junioribus purpureo, in varietatibus quibusdam (qualibus?) viridis. Folia plerumque parum crenata, venis purpureis, 3-6 poll. *Roxb.* l. c., qui divum *Willdenow* corrupisse nomen accusat, cum *Gandarussa* rectius scripsisset *Linnaeus.* Sed *Gendarussa Rumphius* scripsit, cujus tab. 28. tantum, nec 29., laudat div. *Roxburgh*, qui nunquam spontaneam vidit, et in insulis malaicis audivit crescere hanc speciem.

Pag. 153. n. 46. JUSTICIAE *cartagenensi* subjungatur:

46a. JUSTICIA *vulgaris Bertero;* spicis axillaribus, terminalibusque; bracteis lineari-lanceolatis, acuminatis, margine membranaceis.

Specimen nostrum a clo *Balbis* communicatum bipedale. Ca lis, ut videtur, herbaceus, teres, glaber, striatus, ad ge cula purpurascens, supra eadem contractus. Folia opposit inferiora lanceolata, basi attenuata, longe acuminata, glab petiolo 1/2 poll., 5-pollicaria, pollicem lata; superiora ej dem longitudinis, sed lineari-lanceolata, subulato-acumina 4-2 lin. lata, in specimine sicco reflexa. Flores axillares se siles, oppositi, solitarii, pluresve, spicam sistentes 1 1/2 po et ultra; foliis floralibus similibus caulinis, sed multo a gustioribus, brevioribus, 2-2 1/2 poll. ad flores inferior pollicis sub superioribus, inferioribus recurvis, superiorib erectis. Bracteae sub singulo flore 3, duae lineari-lanc latae, longitudine laciniarum calycis, tertia lineari-setac parum brevior. Cal. ad basin usque 5-partitus, laciniis neari-lanceolatis, subulatis, patentibus, margine membra ceis, sub lente scabriusculis, 4 fere linearum, vel parum tra. Tubus corollae unicae expansae in specimine nostro perstitis longitudine calycis, labio superiore horizontali, 2 f linearum. Color corollae siccae laete ferrugineus. Filame glabra. Antherae geminae, altera sub altera, inferiore ap subaristatâ. Stylus longus, glaber, stigmate vix incrassa Capsula (fere matura) calyce duplo longior, turbinata, a mine brevi, pubescens. Semina 2, subglobosa, sordide al an matura? Flores plures clandestini videntur. *In plat Portorico. Bertero.*

Obs. J. *reflexiflora Vahl* proxima ex descriptione; sed „corollam b biatam," non ringentem notavit cls *Balbis;* nec flos ullus e defo plurimis reflexus. Hinc *cartagenensi* subjungenda.

Pag. 153. n. 47. Justicia *radicans.* Addatur synonymon: Justicia *ciliata Pers. Syn.* I. *p.* 23. *n.* 99.

Pag. 154. n. 52. Justicia *pedunculosa.* Addatur synonym Justicia *americana Willd. Spec. p.* 92.

Pag. 154. n. 53. Justicia *procumbens.* Adde synonymon J. radice (saepius) perenni, ramis diffusis, herbace foliis (sub) sessilibus, orbicularibus, lineari-lanceolatisq spicis terminalibus tetragonis; bracteis lanceolatis, rigid antheris inferioribus, calcaratis. *Roxb. Fl. ind. ed.* C. et *Wall.* I. *p.* 133. *Link Enum. alt.* I. *p.* 30.

Caules plures, diffusi, articulati, striis 5, saepe ad genicula dicantes, apice suberecti, 6-12 poll. Folia opposita integ rima subpubescentia (1 1/2 poll. *Link.*) Spicae erectae. F res decussati, pallide rosei, bracteis ternis, lanceolatis. lycis laciniae superiores minutae. Cor. (parvae) tubus bre labio superiore erecto, bifido, inferiore lato tripartito. N tarium annulus flavus circa germen. Stigma subbifidum. humidis crescens longe alia species videtur, major, fere ere foliis lineari-lanceolatis. Haec varietas videtur a *König* mine *junceae* vel *gramineae* descripta. *Roxb.* l. c. *pascuis.*

53 a. Justicia *quinqueangularis König MS.*; ramis p

tagonis; foliis sessilibus, lanceolatis; spicis terminalibus; bracteis linearibus; capsulis bracteas quidquam superantibus, tetraspermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 134. *n.* 29.

Parum a *procumbente* diversa. *Ad margines oryzetorum in Samulcota: in siccis* ♃.

53 b. JUSTICIA *pectinata Roxb.*; herbacea, diffusa: foliis breviter petiolatis, lanceolatis, utrinque attenuatis; spicis sessilibus, secundis; bracteis quinis, latis, albis, membranaceo-marginatis; antherâ inferiore calcaratâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 134. *n.* 30. *Ejusd. Corom. Pl.* 2. *n.* 153. Conferendam dicit J. *parvifloram Retz Obs.* 5. *p.* 9. (quae DICLIPTERA *pectinata.*)

Caules plures filiformes, teretes, glabri, articulati, ramis alternis. Folia opposita, pendulâ, glabra, plerumque per paria inaequalia. Spicae axillares vel terminales, foliis multo breviores, utplurimum ternae, media maxima. Flores parvi, laete caerulei. Bracteae variae magnitudinis, ovatae, lanceolatae. Labium superius integerrimum acutum. Cornu antherae longum, obtusum. Caps. 4-sperma. *Roxb.* l. c. *In umbrosis.*

53 c. JUSTICIA *lamifolia König MS.*; tota tomentosa, procumbens, annua; foliis ovatis; spicis terminalibus imbricatis; calyce 4-phyllo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 135. *n.* 31.

Calyx BARLERIAE, stamina DIANTHERAE, et, ut videtur clo R. *Brown*, NELSONIA. Rad. fibrosa. Caules ramique numerosi, teretes, 1-3 ped., basin versus glutinosi, uti folia opposita, subsessilia, integerrima, pollicaria. Spicae oblongae. Flores numerosi parvi; purpurâ dilutiore et magis intensâ variegati. Bracteae ovatae, uniflorae, pilosae, viscosae. Calycis foliolum infimum bifidum. Cor. tubus gibbus, fauce compressâ; labium superius bifidum, purpurâ striatum; inferius latum, tripartitum. Filamenta brevia, fauci tubi inserta. Antherae geminae, singulae ovatae, omnes aequales. Stigma bilobum, lobis latis patentibus. Caps. conica. Semina 8-10 globosa. *Roxb.* l. c. *In incultis umbrosis prope Calcutta.* ⊙.

53 d. JUSTICIA *verticillata Roxb.*; erecta, pilosa; spinis verticillatis, apicibus bi-trifidisve; foliis petiolatis, ovatis; floribus inter verticillos spinarum subsessilibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 136. *n.* 32.

Prope Ongeiu. Dr. *Hunter*, Martio florens et fructificans.

Pag. 154. n. 54. JUSTICIA *diffusa* restituatur, monente clo *Roth in litt.*

54. JUSTICIA *diffusa Willd.*; spicis axillaribus terminalibusque; calycibus tetraphyllis, glabris; bracteis calyce bre-

vioribus; foliis ellipticis. *Willd. Spec.* I. *p.* 187. *Rot Nov. Pl. Spec.* I. *p.* 87. Euphras. sinica parietariae fi liis rubiae modo spicatis. *Pluk. Alm.*

„Cls. *Vahl Symb.* 2. *p.* 14 hanc cum praecedente (*procumbent* conjunxit; sed mihi bracteis, calyce et foliis diversa videtur *Willd.* l. c. *In India.* ♃.

Obs. „Nostrae plantae non male respondet figura *Pluk. Alm. tab.* 3 fig. 4. quam Just. *procumbenti Vahl Enum. Pl.* 1. *p.* 141. nisi qu spicae in meis speciminibus fructiferis laxiores et longiores sint. *Vahl* planta non eadem videtur cum nostra et *Willdenowii;* illi in *Enu Plant.* l. c. foliola calycina adscribit latiore margine membranac quam in *procumbente*, quod nec in *Willdenowii* planta, nec meis speciminibus. — Flores in *diffusa Willd.* in spicis opposi Quodvis par florum basi bracteis duabus oppositis, basi subconnatis, s eae rhachem semiamplectentibus, lanceolatis, subulatis, concavis, lyce triplo fere brevioribus insidet. Bracteae aliae duae calyci cuiq adpositae illique adpressae, figurâ et magnitudine exteriorum, omnes ferne membranâ tenui auctae. Cal. tetraphyllus: foliolis linearib subulatis margine subciliatis, rigidis, absque margine membranaceo vi bili. Caps. oblongo-ovalis, obtusiuscula, glaberrima.

54 a. Justicia *Vahliana;* spicis axillaribus terminalibu que; bracteis interioribus duabus longitudine fere calyc tetraphylli: foliolis lanceolatis membranaceo-marginati dorso subpubescentibus; foliis lineari-lanceolatis cauleq decumbente scabriusculis. *Roth Nov. Pl. Spec. p.* 1 J. *diffusa*, spicis axillaribus terminalibusque, calycibus t traphyllis lanceolatis glabris, labio inferiore barbato, foli lanceolatis. *Vahl Enum. Plant.* I. *p.* 141. (excl. sy *Willd.*) J. *alata Vahl, Herb. div. B. Heyn* β *imberbis:* corollae labio inferiore, antheris capsulisq glabris; foliis paulo latioribus. *Roth l. c.* Just. *r tundifolia Herb. Benj. Heyne.*

Caulis ad genicula non raro radicans, diffusus, oblique adsce dens, angulosus, cinerascens, ad lentem tenuissime pubesce Rami oppositi. Folia brevissime petiolata, ad lentem pi adpressis scabra. Spicae solitariae oblongae, basi foliis 2 o positis, linearibus, reliquis similibus suffultae, 1-1 1/2 po et ultra. Flores spicae infimi oppositi, reliqui alterni, o nes sessiles. Bractea ad quemvis florem ex oblongo-ova margine tenui membranaceo cincta: interiores 2 opposit maximam partem flavescentes, nervo dorsali viridi. Caly foliola bracteis interioribus figurâ et structurâ ita similia, calyx primo intuitu hexaphyllus appareat. Cor. labium sup rius bifidum, inferius subtus pilis albis barbatum. Anthe superior apice pilis albis, basi mucrone brevi, albo, obtus prominulo; inferior glabra, basi corpore oblongo, subcurv membranaceo, pellucido, niveo. Stylus pubescens. Stigi simplex, obtusum. Caps. oblonga, acumine brevi. Ad β sp tare videtur J. *procumbens Vahl Enum.* I. p. 140. (excl. v *rotundifolia*) ob corollae labium superius glabrum; nam in

procumbente *Linn.* (fid. specc. a *Koenig* in Tranquebar lectis et a *Heyne* in *Ind. orient.*) labium corollae inferius subtus evidentissime barbatum, quae ceterum bene respondent figurae 2. in *Pluk. Almag.* T. 56. *Roth.*

Obs. „JUSTICIA *procumbens* L., *diffusa* *Willd.*, *Vahliana* mea maxime inter se confines, ut aegre distinguantur. Conveniunt omnes calyce tetraphyllo, basi bracteis 2 oppositis aucto, bracteis cum calycibus margine membranaceo plus minus auctis. At in J. *procumbente* bracteae et calyces setis exstantibus niveis, in J. *diffusa* margine ad lentem ciliati, in *Vahliana* dorso vix pubescentes et antherae superiores pilosae.

Pag. 156. n. 59. JUSTICIA *eustachiana.* Addatur:

Obs. Utrum hue J. *eustachiana*; fruticosa; foliis ovatis acuminatis subserratis; spicis brevibus, subverticillatis; bracteis lineari-lanceolatis; antheris parallelis, unilocularibus, *Sims Bot. Mag.* 2076 et *Bot. Reg.* 309 dubium est, cum *Linnaei* *Vahlii* et *Jacquini* synonyma eum? adducantur.

n. 60. JUSTICIA *nasuta.* Addatur synonymon:
J. fruticosa, erecta; foliis breviter petiolatis, lanceolatis; paniculâ axillari et terminali; labio corollae superiore lineari bidentato, inferiore lato, trilobo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I., p. 121.

Rami, quâ parte lignosi, teretiusculi, apice obsolete hexagoni, glabri. Folia etiam 4-poll. Flores parvi albi. Nectarium carnosum circa germen. *Roxb.* l. c. qui nunquam spontaneam neque cultam ubique in India maturare semina se vidisse affirmat.

60 a. JUSTICIA *lanceolaria* *Roxb.*; fruticosa, erecta: foliis petiolatis, lanceolatis, glabris; fasciculis terminalibus paniculatis; viscosis, 2-4-floris; cinctis bracteis longis, ensiformibus; tubo corollae incurvo, torto; labio superiore 3-dentato, inferiore integerrimo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 122. *n.* 11.

2-4 ped. Rami teretes, glabri, juniores ad insertionem foliorum intumescentes. Folia integerrima acuta, 3-6 poll., 1-2 lata. Flores copiosi, magni, rosei. Bracteae viscosae, instar calycis communis, calyce proprio glabro (cujus laciniae etiam ensiformes) longiores. Cor. tubus longus gracilis. Limbi labia subaequalia, oblonga: superius (torta enim et inversa corolla) tridentatum, inferius integerrimum. Filamenta ex fauce tubi corollae, labiis breviora. Antherae duplices, rectae, dimidio exteriore posterioris apici filamenti basique antherae exterioris adnatae. *Roxb.* l. c. *In Silhet.*

60 b. JUSTICIA *speciosa* *Roxb.*; perennis, erecta; foliis ovato-cordatis; pedunculis axillaribus terminalibusque, (saepe) proliferis, paucifloris; bracteis oppositis, foliaceis; corollâ bilabiatâ: tubo incurvo torto; labiis aequalibus, superiore tri-, inferiore (obsolete) bidentato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 122. *n* 12.

Caules articulati, ramis paucis, corticе, quâ parte lignosi, nereo, in junioribus viridi, glabro. Folia decussata, peti lata, integerrima, obtusiuscula, subrugosa, 1-4 poll. Pedu culi foliis multo longiores, 2-3-flori. Flores magni, pulcher mi, splendide Hermesini. Bracteae sessiles, ovatae, linearesq Cal. simplex, ad basin fere usque divisus in lacinias 5 aequal ensiformes. Cor. tubus longus, gracilis, villosus, labio su riore lineari-oblongo, super tubum recurvo, basi macu obscurioribus, inferiore late lanceolato, deflexo. Filame fauci tubi inserta; longitudine fere limbi, styl̃ique, deflex Antherae lineares, duplicatae, purpureae. Stigma obsol emarginatum. Capsula pedicellata, loculis dispermis. *Rox l. c.* *In interioribus Bengaliae.* ♃.

60 c. Justicia *Roxburghiana;* fruticosa: foliis petiolat ovato-oblongis; floribus terminalibus, fasciculatis, invol cratis; antheris linearibus. J. *tinctoria. Roxb. Fl. in ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 124. *n.* 13 et, hoc teste: Foliu tinctorium *Rumph Amb.* VI. 51. *t.* XXII. *f.* 1.

Caules vix ulli. Rami numerosi, suberecti; juniores articu tumidis, subpubescentibus. Folia integerrima, pube scabri culâ, 2-3 poll. Fasciculi e floribus 4-6 sessilibus. Bracte oppositae, sessiles, integerrimae; florales, s. potius invol cra, lineari-oblongae, cordatae, inaequales, superiore n ximâ, incumbente; calycinae parvae. Flores magni, eleg ter profunde ferrugineo-rufi. Cal. 5-dentatus. Cor. tub longitudine involucri maximi, filiformis, parum tortus ad a cem. Limbus 2-partitus, laciniis oblongis, superiore trid tatâ. Nectarium cyathus hians circa germen. Stamina p minula, stylo quidquam breviora. Antherae duplices. St ma obtusum. *Roxb. l. c.* *In sylvis circa Calcutt* ♄. Nomen mutandum erat ob *tinctoriam* antiquissimam *Lou*

Pag. 156. n. 61. Justicia *pectoralis.* Addatur synonymon J foliis lanceolatis, integerrimis, glabris, subsessilibu spicis filiformibus, paniculatis; floribus alternis oppositis remotis; labio superiore corollae integro. *Humb. Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 234, (qui varia magnitudine foliorum et paniculae)

In sylvis Guaynae prope S. Fernando de Atabapo; pr Turbaco Novo-Granat. In Porto-Rico. Berter

61 a. J. *polygonoides Humb.* et *Bonpl.;* foliis lance latis, (longissime) acuminatis, integerrimis, glabriusc ul subsessilibus; spicis axillaribus; floribus oppositis; lab superiore corollae emarginato. *Humb.* et *Bonpl. n gen. et Spec.* II. *p.* 189.

Planta facie Polygoni *Hydropiperis*, siccata odorem suav spirans. Caulis fruticosus, ramosus, procumbens, basin v sus radicans, teres, superne bifariam pubescens. Folia s sessilia, supra nitida, pilis minutis adpressis utrinque c spersa, 3-poll. Spicae solitariae, graciles, 1 1/2 - 2 p

Flores sessiles. Bracteae tres; lineari-subulatae, margine hispidae, longitudine calycis Calyx 5-partitus, laciniis lineari-subulatis, margine ciliatis. Corolla alba, violacea-striata; tubo cylindraceo; labio superiore oblongo, emarginato, erecto; inferiore subovato, trifido, patente, interne plicis duabus albis instructo. Antherae biloculares; locula utrinque affixa lateri connexivi transversi. Capsulam non vidi. *Crescit in convalli fluminis Caucae inter Popayan et Carthago*, alt. 500 hex. ♄. Praecedenti (*pectorali*) valde affinis.

Pag. 156. n. 63. Justicia *undulata*. Addatur synonymon: Justicia *javanica Lam. Enc. meth.* II. *p.* 633.

Pag. 157. n. 64. Justicia *periplocaefolia*. Addatur:

Obs. Justicia *peruviana Cav. Pers.* (quae a quibusdam huc ducitur, ad *furcatam* potius spectare videtur.)

n. 65. Justicia *Ryani* in *Diar. Lips.* eadem dicitur cum Eranthemo *bicolore*.

Pag. 157. n. 66. Justicia *furcata*. Addatur synonymon: J. caule foliisque pubescentibus, ovato-oblongis, utrinque acutis; floribus axillaribus, sessilibus, solitariis, terminalibus ternis; labio superiore corollae bifido; loculo inferiore antherae appendiculato; appendice bifido. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 232. β. foliis pubescentibus.

Crescit etiam in Nov. Hisp. prope Mexico. Cls. *Steudel* huc quoque Just. *foliosam Jacq.* ducit.

Pag. 158. n. 69. Justicia *lithospermifolia*. Adatur:

Obs. J. *lithospermifolia Roth* diversa videtur.

Pag. 159. n. 72. Justiciae *caracasanae* addatur:

Obs. Humb. et *Bonpl. nov. gen. et Spec.* II. *p.* 189., laudatâ licet synonymiâ adductâ, potunt calycem quinquepartitum, laciniis linearibus unicâ reliquis duplo-latiore. Folia ovato-oblonga glabra dicuntur. (Cor. 1 1/2 poll.; purpurea. *Link.*) *Crescit etiam in umbrosis Cumanae.*

Pag. 159. n. 73. Justicia *Adhatoda*. Addatur synonymon: J. subarborea; foliis late lanceolatis; spicis brevibus, longe pedunculatis; bracteâ exteriore ovatâ, permanente; corollâ ringente, labio superiore fornicato, emarginato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 127. *n.* 18. Adhatoda *pubescens Mönch.*

Flores ferrugineo-punctati, et in labiis striati.

73 a. Justicia *decussata Roxb.*; fruticosa, erecta: ramis decussatis, villosis, ramulosis; foliis ovatis oblongisque; fasciculis oppositis in ramis aphyllis; antheris duplicibus, omnibus calcaratis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 128. *n.* 19.

Caulis jam secundo anno crassitie baculi, ligneus; rami jun res villosi, florentes fere aphylli. Folia breviter petiola integerrima, glabriuscula, 3-12 poll, Fasciculi copiosi, flo bus 3-6-nisve, subverticillatis, pallide roseis, subsessilib Bracteae numerosae, tenues, tomentosae. Cal. 5-partiti ciniae ensiformes, villosae. Cor. tubo pone basin gibbo; bio superiore sublanceolato, concavo, erecto; inferiore la trilobo. Filamenta longitudine fere labii superioris, styliq apice multum dilatata. Germen oblongum in annulo fl glanduloso. Stigma simplex. *Roxb. l. c.* *Supra Ra goon.* ♄.

Pag. 160. n. 76. Justicia *comosa.* Addatur synonymon: Justicia *Vahlii Dietr. Garten-Lexik.* 4. *p.* 218.

Pag. 160. n. 77. Justicia *Betonica.* Addatur synonymon: J. fruticosa; foliis subovatis; spicis terminalibus; bract albis, viridi-venosis; corollâ ringente; antheris bilobis, i feriore calcaratâ; seminibus tuberculatis, 2 in loculo si gulo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 160. *Ro Nov. Pl. Spec. p.* 17.

Caules plures, adulti declinati, teretes, glabri, supra genic intumescentes, 2-4 ped. Folia petiolata, inaegerrima vel si undulata, utrinque glabra, 1-6 poll. Spicae subcylindric secundae, erectae. Bracteae rhacheos oppositae, ovato- longae, villosae, posteriores semper abortivae; florum angus res. Flores sat magni, albi, venis roseis. Cal. simplex, ciniis 5 ensiformibus. Cor. ringens, labio superiore for cato, bidentato, inferiore tripartito. Caps. villosa, calyce l gior. Semina subrotunda, punctis numerosis exasper *Roxb. l. c.* *In Coromandel.* ♃.

Obs. A *Linnaeo* hac planta ad *Monantheras*, a *Vahlio* e contrari *Diantheras* refertur. In Collectione div. *Heyne* duae plantae est nomine J. *Betonicae* insignitae, primo intuitu sibi simillimae, qua altera (*Pseudo-Betonica*) evidentissime *dianthera. Roth.*

Pag. 160. n. 78. Justicia *Pseudo-Betonica.* Addatur synonymon: *Roth Nov. Pl. Spec. p.* 17.

„Differt a simillima J. *Betonica*, praeter characteres datos, liis ciliatis, in apicem lanceolatum integerrimum attenua caulinis majoribus, bracteis villosis, ciliatis; calycibus bescentibus, nec pilis capitatis, obsessis; antherâ superior ovato-subrotundâ, inferiore oblongo-ovatâ, basi membr niveâ subulatâ, longitudine antherae." *Roth.*

n. 77 a. Justicia *ramosissima Roxb.*; suffruticosa, pens, ramosissima; foliis subovatis; spicis terminalibus cundis; bracteis lanceolatis; lobo antherarum inferiore carato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 1 *n.* 22.

Acaulis, ramis undique diffusis, ad articulos tumidos radi

tibus; tenerioribus striatis, subvillosis. Folia opposita petiolata, subobtusa, in petiolos attenuata. Spicae erectae, foliis multo longiores. Bracteae paribus oppositis, albo viridique variae, posterior ad rhachin semper abortiens; reliquae duae calycinae. Flores vix bracteis longiores, sordide albi, venis paucis roseis in centro labii inferioris. Cal. laciniae 5 lineari-lanceolatae, acutae. Cor. labium superius fornicatum, apice bidentatum, inferius latum, trifidum. Anthera duplex, lobo altero longo incurvo acuto. Caps. oblonga, 4-sperma, demum subglobosa rugosa turgida. Affinis J. *Betonicae*, sed characteribus datis et habitu satis distincta. *Roxb. l. c.* *In Coromandel.* ♄.

n. 78 a. Justicia *brasiliana* *Roth*; thyrsis axillaribus, alternis; corollis resupinatis, extus pubescentibus: labiis oblongis, integris, aequalibus; bracteis ternis, lineari-setaceis, calyce (paulo) longioribus; foliis ovatis, acuminatis, obsolete crenatis, petiolatis. *Roth Nov. Pl. Spec.* p. 18.

Rami purpurascentes, lignosi, subtetragoni, glabri. Folia opposita, basi non raro subobliqua, supra saturate viridia, subtus pallidiora, glabra, utrinque sub lente lineis atris, 2-3 poll., 1 1/2-2 poll. lata. Petioli vix ultra lineam longi, glabri. Thyrsi demptis corollis 4-lin. ad 1/2 poll. longi, ovati, decurvi, densi, atropurpurei, glabri. Pedunculi di-trichotomi, brevissimi. Bracteae subcarnosae. Cal. 3 lin. longus, 5-partitus: laciniae aequales, lineari-lanceolatae, submembranaceae. Cor. ratione calycis maxima, fere 1 1/2 poll., speciosa, purpurea, bilabiata; tubus longitudine calycis; faux tubulosa, dilatata; labia longitudine faucis, oblonga, aequalia, integra, obtusa: superius deorsum spectans, rectum; inferius sursum recto adscendens, erectum. Filamenta stricta, in labio superiore latitantia, et ejusdem longitudinis, purpurascentia. Antherae exsertae, altera alteri oblique adposita, ovato acuminatae, atrae, margine fusco membranaceo. Stigma simplex, obtusum. Capsula? *Roth.* *E Brasilia accepit cls. Prof. Mertens.*

Pag. 160. n. 79. Justicia *plumbaginifolia.* Addatur synonymon:

Justicia *phoenicea Dum. Cours.?*

Pag. 163. n. 92. Justicia *tomentosa.* Addatur synonymon: Justicia *repens Pers. Syn.* I. *p.* 23. *n.* 94 (nec 67.) Loco τῶ *Ruiz* et *Pav.* scribatur *Vahl.*

n. 93. Justicia *inficiens.* Addatur synonymon: J. *hirsuta Pers. Syn.* I. *p.* 23. *n.* 97 (non 25. *Pers.*)

Pag 163. n. 94. Justiciae *divaricatae* addatur τῷ:

α foliis junioribus tantum villosis; τῷ.

β foliis omnibus pilis glandulosis. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 50. An J. *capensis Thunb.?*

Pag. 164. n. 95. Justicia *trisulca*. Addatur synonymon: Justicia *biflora* Lam. *Enc.* II. *p.* 629.

Pag. 165. n 99. Justicia *orchioides*. Addatur synonymon: J. fruticosa, glabra; foliis ovatis, acutis; floribus axil ribus, solitariis, pedunculatis, ramis flexuosis. *Thu*n *Fl. cap. Ms. n.* 2.

Descriptioni addatur ex *Thunb. l. c.*: „humilis, ramis et ra lis decussatis, subangulatis, patulis. Folia integra, glabra, tula, lineam longa. Flores incarnati. Bracteae oppositae, nutae. Cor. ringens, adeo similis Orchideis, ut *Orchidem* f ticosam esse jurares."

n. 100. Justicia *capensis*. Addatur descriptio ex *Thu berg Fl. cap. MS. n.* 2.

„Frutex ramis ramulisque oppositis, angulosis, villosis, patu Folia opposita, brevissime petiolata, ovata, integra, su glabra, subtus tenuissime villosa, patentia, inaequalia, ung cularia et paulo ultra." Confer Just. *divaricatam* et Eri themum *capense*.

Pag. 165. n. 102. Justicia *tranquebariensis*. Addatur syn nymon:

J. herbacea; foliis rotundis vel late cordatis; spicis t minalibus, tetragonis, seriebus 4 bractearum orbiculariu ciliatarum; floribus solitariis serie duplici antice in spic antheris calcaratis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall. p.* 131.

Rad. perennis, subgranulata. Caulis juniorum erectus, ra annuis parvis, subpubescentibus, supra articulos tumidis, ped. Folia breviter petiolata, ovata vel rotunda „(supra cord dicebantur!)" sat glabra. Spicae pedunculatae, longae, er tae, bracteis breviter pedicellatis, oppositis, ciliatis; 2 noribus, acutis ad latera calycis. Flores e pallide flavo broque variis. Cal. simplex. Cor. labium superius ema natum, erectum, inferius latum, trifidum. Semina 2 in loc singulo, setosa. *Roxb. l. c.* c/o *Poiret* Ruelliae spec videtur.

102 a. Justicia *glabra König MS.*; herbacea, ere ramosa, teres, glabra; foliis petiolatis, ovatis, (oblo cordatis?) acutis; pedunculis trichotomis; labio super corollae fornicato; antheris inferioribus canaliculatis; c lis tetraspermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wal p.* 132. *n.* 24.

Caules plures annui, articulati. Folia oblongo-cordata (i ovata dicuntur!) integerrima, glabra. Paniculae axill parvae, trichotomae. Flores ex roseo, flavo et albo-vi varii. Bracteae parvae, acutae, plerumque 2 sub si paniculae divisione, 2-3 calyci adpressis. Cal. simplex. tubus brevis, ampliatus, labio superiore erecto, fornicato, riore lato tripartito. Filamenta sub labio superiore absco

Anthera duplex. Stigma profunde bifidum. Caps. tetraquetra. *Roxb. l. c.* Cum *tranquebariensi.* ♃.

102 b. Justicia *vestita*; herbacea, suberecta, pilosa; foliis lanceolatis, utrinque attenuatis, tomentosis; spicis terminalibus strobiliformibus; antheris distinctis; capsulis conicis tetra- (octo?) - spermis. J. *tomentosa. Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 132. *n.* 25.

Rad. subfusiformis. Caules plures, teretes, 1-2 ped. Folia petiolata, integerrima, inferiora multo majora, ut pedalia, cum superiora pollicaria. Spicae ovatae, sessiles, ad ramulos terminales. Flores parvi, laete purpureo-caerulei. Bracteae numerosae imbricatae, ovatae, acutae, concavae, pilosae, 1-florae. Cal. 4-fidus, lacinia inferiore bifida. Cor. tubus subtus gibbus, fauce contractus, labio superiore semibifido laciniis acutis, inferiore lato, tripartito. Antherae geminae aequales, ovatae. Stigma bifidum, laciniis latis. Caps. acuta, 8-sperma. (supra tetrasperma!) *Roxb.* l. c. *In humidis fertilioribus.* ♃. Nomen mutandum erat ob *tomentosam* antiquiorem *Vahl.* An Nelsonia?

102. c. Justicia *orixensis König MS.*; herbacea: ramis divaricatis tetraquetris, foliis cordatis repandis; spicis terminalibus; bracteis orbicularibus, ciliatis; capsulis longitudine bractearum, seminibus fere 4, echinatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 133. *n.* 26.

Similis J. *tranquebariensi. In elatioribus, siccis, lapidosis.*

Pag. 165. n. 105. Justiciae *serpyllifoliae* addatur synonymon: Eranthemum *serpyllifolium Herb. Willd.* fide *Link.*

Pag. 166. n. 107. Justiciae *japonicae* addatur:

„Caulis decumbens, tetragonus, pubescens, ramis oppositis. Folia petiolata, acuta, villosa, subtus pallida, inaequalia, unguicularia usque pollicaria. Spicae pollicares. Bracteae ciliatae.“ *Thunb.* l. c. Non confundenda cum Dianthera *japonica*, quae Justicia *crinita.*

Pag. 167. n. 115. Justicia *brachioides.* Addatur synonymon: *Roth Nov. Pl. Spec. p.* 16. et transferatur, monente clo *Roth*, ad *Sect.* c. *Diantherae β.*

Rad. fibrosa, descendens. Caulis pedalis et ultra, tetragonus, cinerascens: articulis inferioribus vix ultra pollicem, superioribus 5-6 poll. Rami oppositi, erecto-patuli, inferne cinerascentes, superne tomento tenuissimo fuscescente. Folia obtusa, integerrima, subtus pallidiora, pilis sub lenti exiguis. Petioli pubescentes, 2 circiter lin. Spicae digitales, erectae, solitariae, vel basi alterâ minore auctae, basi foliis 2 involucratae. Bracteae exteriores concolores, tenuissime pilosae, ciliatae, 2 lin., 1 1/2 lin. latae, interior longitudine calycis. Cal. subsessilis. Cor. ringens. Tubus calyce brevior. Labium superius apice bifidum, inferius leviter emarginatum. Stamina dianthera, antherae ovatae, altera alteri oblique im-

posita: inferior basi calcare membranaceo, niveo, incur apice emarginato. Caps. mucrone brevi, obtuso. *Roth.*

n. 116. Justicia *glandulosa.* Addatur synonymon: *Roth Nov. Pl. Spec. p.* 16 et transferatur, monente *Roth* ad sect. b. *a.*

Caulis ramique oppositi patuli tetragoni, divaricati, diffusi. lia uncialia, obtusa, basi in petiolum parum attenuata. Pi culae axillares, subdichotomae. Flores ultra semiunciam invicem remoti, erecti. Pedunculi nudi, vix ultra 2 lin. (5 partitus, laciniis lineari-subulatis. Cor. bilabiata, la superiore integro, subfornicato, inferiore oblongo, obtu integro. Filamenta setis appressis, eglandulosis. Caps. lyce duplo longior, angulosa, glabra.

n. 117. Justicia *brachiata.* Confer Diclipteram re *pinatam.*

Pag. 167. Justiciis addatur:

Observatio. In *Herb. Willd.* prostare indescriptas e Justiciis *Hu* et *Bonpl. sanguineam, stramineam, sessilifloram, melgarien comatam* (cujus nomen mutandum erit, cum sit *comata* antiquissi a *Ruiz* et *Pav.*: *luteam*; ab *Aubert du Petit Thouars*: *chystachyn, psychotrioidem, squamosam, mauritianam*; a *Hle mysorensem*; J. *acanthoidem* esse Barleriae speciem. *Link Ja* 1. 8.

Quid Justicia natans?

Androsaemifolia Sieber Fl. mart. n. 380. Possidemus dem hanc Florulam siccam; specimen vero nostrum adeo mancum illius descriptione miserias Justiciarum augere non audeamus.

80. DICLIPTERA.

Pag. 168. n. 1. Diclipterae *chinensi* addatur synonymon Justicia *chinensis*; perennis, retroflexa; foliis corda umbellulis axillaribus 3-5 pedicellisque (3-5) distichis, volucellis obovatis inaequalibus; capsulis rotundis tenui *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 125. *Wil Spec.* I. *p.* 80.

Burmanni ind. t. 4. f. 1; si huc spectat, malam esse m div. *Roxburgh* l. c.; caulem vix ullum esse, ramos plu diffusos, et adscendentes, vix lignosos, graciles, sub-exa lares, radicantes, quà terram attingunt, 1-2 ped. Folia posita, petiolata, ovato-cordata, integerrima, subac nata; pedunculos axillares variae longitudinis, singulum bellulà 3-5, 1-2 florâ; involucra pedicellorum 2, subu florum 2, sessilia, inaequalia, obovata, ventricosa. Cor. vam, roseam, tubo longitudine involucri torto labio super tridentato, inferiore obovato; antheras purpureas; caps. vam, pedicellatam, planam. Hujus in littore Coromandel duas existere varietas, nisi fors species, aliam foliis angu ribus, magis in petiolum decurrentibus, bracteis longiori magis cuspidatis, ciliatis; aliam foliis cuneiformi-lanceo

bracteis floralibus late ovatis, breviter cuspidatis, pilosis. *In China.*

n. 3. Dicliptera *bivalvis.* Addatur synonymon: Justicia *bivalvis;* fruticosa; foliis lanceolatis; pedunculis axillaribus terminalibusque, 3-6-fidis; pedicellis lateralibus saepe trifidis; divisionibus ultimis capitulo parvo florum sessilium, bracteis 2 linearibus, inaequalibus suffulto; capsulâ clavatâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 125.

Folium tinctorium *Rumph* ad Justiciam *tinctoriam Roxburghianam* potius spectare quam ad hanc, et ad neutram *Adel-Odayam Rheed. Mal.* IX. 81. *t.* 43. *In Moluccis:*

Pag. 169. n. 5. Dicliptera *multiflora.* Addatur synonymon: D. caule sulcato-angulato foliisque pubescentibus, ovatis, acutis, basi in petiolum angustatis; floribus verticillatis et capitatis; bracteis (exterioribus) obovato-cuneatis, obtusis, mucronatis, pubescentibus. *Juss.*

Caulis herbaceus, erectus aut prostratus. Folia obsolete denticulata, utrinque pubescentia. Flores verticillati axillares et capitati terminales, gemini, breviter pedicellati. Bracteae tres; exterior reticulato-venosa, calycem longe superans; duae laterales lineari lanceolatae, pubescentes, exteriore multo breviores. Calyx pubescens; laciniis lineari-lanceolatis, mucronatis, ciliatis, subaequalibus. Corolla violacea; labio superiore indiviso; inferiore oblongo-obtuso, apice tridentato. *Crescit locis scopalosis prope pagum Pomallacta in radicibus Andium Assuagensium, Cuencam inter et Alausi,* alt. 1500 hex. (Regno Quitensi.) ♃.

Pag. 169. 5 a. D. *pilosa Humb.* et *Bonpl.;* caule sulcato-angulato foliisque strigoso-hirtis; ovatis, (utrinque) acutis, breviter petiolatis; floribus verticillatis et capitatis; bracteis (exterioribus) obovatis, longissime mucronatis, villosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 193.

Caulis herbaceus, ramosus-procumbens ramique subhexagoni subhirti. Folia opposita breviter petiolata, mucronata, denticulata, utrinque strigoso-hirta 1 poll. Flores gemini, sessiles. Bracteae tres, quarum laterales lineari-subulatae, pubescentes, exteriore duplo breviores. Calyx et corolla prorsus ut in praecedente multiflora, et violacea. Capsula ignota. Differt a multiflorâ caule ramosiore, subhirto, foliis breviter petiolatis bracteisque a Dicliptera *peruviana Juss.*: caule subhirto nec piloso, foliis breviter petiolatis, acutis, nec acuminatis, bracteis minoribus, obovatis, nec subrotundo-ovatis. *Crescit prope Gonzanama Malacatos et Loxa Novo-Granatensium,* alt. 1080. hex. ♃.

n. 7 bis D. *congesta; Humb.* et *Bonpl.;* caule (obsolete) hexagono, glabriusculo; foliis oblongis, acuminatis basi (in petiolum) angustatis, subtus pubescentibus; pedunculis axillaribus, multifloris; bracteis lanceolatis, acutis

pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II *p.* 193.

Caulis erectus, ramosus, bipedalis, herbaceus. Folia petiolata, integerrima, reticulato-venosa, supra glabriuscula, praesertim in venis subtus pubescentia, 1 1/2 - 2 poll. Pedunculi sub-12-flori superiores 6 flori, summi biflori. Flores geminatim congesti. Bracteae tres, ciliatae, exterior reliquis calyceque longior. Calyx pubescens; laciniis lineari-subulatis, aequalibus. Corolla pollicaris, purpurea, tenuissime pubescens, labio superiore indiviso, inferiore oblongo, apice tridentato. Stamina vix exserta. Filamenta plana, glabriuscula. Antherae biloculares, loculis distantibus, quasi in extremitatibus arcus filamentum terminantis. Stylus inclusus glabriusculus. Stigma emarginatum. Capsulam non vidi. *Colitur in horto botanico Mexicano.* ♃. DICLIPTERAE *laevigatae Juss.* proxima. An certe hujus generis?

Pag. 169. n. 8. DICLIPTERAE *peruvianae* addantur synonyma: JUSTICIA *cuspidata Pers. Syn.* I. *p.* 23. *n.* 96 (non 6) JUST. *ovata Dietr. Gart. Lex.*

Pag. 170. n. 10. DICLIPTERA *verticillaris* deleatur: eadem cum HYPOESTE *verticillari.*

n. 11. DICLIPTERAE *umbellatae* addatur synonymon: HYPOESTES *umbellata Dietr. Gart. Lex.*

Pag. 171. n. 15. DICLIPTERAE *repenti* addatur synonymon: JUSTICIA *repens*; herbacea, diffusa; foliis subsessilibus lanceolatis; spicis axillaribus terminalibusque, compressis bracteis ovatis, albis, membranaceo-marginatis, seriebus posterioribus (in dorso) neutris; antheris inferioribus semilunatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 171.

Rad. perennis. Caules plures diffusi, teretes, articulati, 1 ped. Folia opposita, breviter petiolata, late lanceolata integerrima, acuta, glabra. Spicae pedunculatae, secundae. Bracteae exteriores serie quadruplici, interiores minores calycem cingentes. Flores alterni, pallide rosei. Cor. stam. pist. caps. ut in *procumbente*, cui multum similis. *Roxb.* l. *In pascuis.*

16 a. DICLIPTERA *brasiliensis Spreng.*; spicis axillaribus folio (dimidio) brevioribus; bracteis obovatis calycem excedentibus; foliis oblongis, integerrimis, petiolatis. *Spreng. N. Entdeck.* II. *p.* 123.

Quodammodo ad JUSTICIAM *lapathifoliam Vahl* accedit, diversam tamen bracteis subulatis. Rami nostrae pubescentes, teretes, herbacei, crassitie fili emporetici. Petioli oppositi, pollicares. Folia opaca, glabriuscula, basi praesertim sinuata, venosa, 2 poll., 3/4 poll. lata. Spicae erectae, pedunculatae. Bracteae spathulatae, nervosae virides, basi coarctatae. Cal. 5-fidus, laciniis linearibus subulatis. Cor.

bis utroque integro obovato. Caps. teres. *Spreng. l. c.* *In Brasilia. Otto.*

Pag. 171. n. 17. DICLIPTERA *scorpioides.* Addatur synonymon:

D. spicis axillaribus, secundis, recurvatis, simplicibus bifidisve; floribus alternis; corollae labiis indivisis; foliis ovato-oblongis, acutis, breve petiolatis. *Link. Jahrb.* 1. 3. *p.* 48.

Specimen in *Herb. Willd.* speciei hujus in *nov. gen. Humb.* et *Bonpl.* non descriptae mancum esse, nec ex integro quadrare diagnosin hanc ab ipso *Willdenow* exaratam: *Link.* *In Vera-Cruz.*

n. 17 a. DICLIPTERA *portoricensis Spreng.*; spicis axillaribus terminalibusque erectis; ramis angulatis; floribus sessilibus, subsecundis, solitariis confertisque; foliis ovatis, subhirsutis, petiolatis. JUSTICIA *spec. nov.. Bertero.*

Specimen nostrum *Berterianum*, ab amicissimo *Balbis* DICLIPTERAE *portoricensis Spreng. in litt.* nomine nobiscum benigne communicatum, sesquipedale, caule sexangulari, sulcato, scabro, geniculis subincrassatis, crassitie pennae corvi. Folia breviter acuminata, decussata; altorum majus cum petiolo semipollicari 2 1/2 poll., ultra pollicem latum; alterum tertiâ circiter parte minus; omnia margine integerrima, ciliata, pilisque brevibus, rigidiusculis, albis, praecipue ad nervos, rare inspersa. Rami axillares, alterni ut plurimum solitarii, simplicissimi, plerumque pari foliorum ad basin. Flores ad basin ramorum 3-5 superiores bini et solitarii, omnes per intervalla calycibus duplo longiora remoti. Bracteae lanceolato-acuminatae, calyce triplo breviores et angustiores, ciliatae, subinde connato-bifidae. Cal. 5-fidus, laciniis tribus brevioribus lineari-subulatis, parum ultra lineam longis, 2 majoribus, (supremâ et infimâ) spathulatis, mucronatis, 2 fere linearum, subinde lineam latis, omnibus hirsutis, ciliatis. Corolla (quae rubra videtur fuisse) 4-5 lin. longa, tubulosa, sub fauce parum inflata, pilosiuscula, laciniis stamina pistillumque excedentibus, basi subglobosa, minus bene conservata, quam ut describi possit. Filamenta hirsuta, antherâ singulum geminâ, nutante, muticâ. Stylus filiformis, filamentis longior, stigmate simplicissimo. Capsulae (in nostra immaturae) obovato-turbinatae, acumine brevi, hirsutae. Semina? Plures, flores videntur clandesteni. *In Portorico* cls. *Bertero* legit Decembri.

Pag. 172. n. 20. DICLIPTERA *pubescens.* Addatur synonymon: JUSTICIA *caerulea. Poir. Suppl.* II. *p.* 106.

n. 23. DICLIPTERA *procumbens Humb.* et *Bonpl.* in *Herb. Willd. Link* l. c.

Caulis angulatus pubescens; folia breviter petiolata, cuneiformia, acuminata, mucronata, glabriuscula. Bracteae lanceolato-lineares, nervosae, mucronatae. Cal. phyllis 5 lanceo-

lato-linearibus, mucronatis, pubescens. Stylus longissimus *Link.* l. c. In *nov. gen.* non descripta. *Habitat?*

81. NELSONIA.

Pag. 173. Nelsoniis addatur:

n. 6. N. *albicans Humb.* et *Bonpl.*; foliis ovato-oblongis (utrinque) cano-pubescentibus; bracteis acuminatis calycis laciniâ anticâ semibifidâ. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 190.

Radix perpendicularis, ramosa, 5 poll. Caules complures, pedales et longiores, diffusi, procumbentes, ramosi; rami teretes cano-pubescentes; ramuli adscendentes, incano-villosi. Folia caulina 2 poll., ramea 1/2 poll. utrinque acuta, integerrima, reticulato-venosa, tenuissime villosa, breviter petiolata. Spicae terminales in apice ramulorum sessiles, oblongae, subtetragonae, subpollicares. Bracteae imbricatae, subrotundo-ovatae, integerrimae, cano-pubescentes, margine albo-villosae. Calyx profunde 4-partitus, externe villosus; laciniae duae laterales lanceolato-lineares, acuminato-subulatae, uninerves; reliquae latiores, quarum altera ad bracteam spectans oblonga, apice bifida, 5 nervis; altera opposita, subrotundo-ovata, subacuminata, integra, 7-nervis. Corollam non vidi; alba, minuta ex *Bonpland.* Capsula bracteam longitudine superans, oblonga, acuminata, glabra, virescens. Stamina sine retinaculis affixa. *Crescit locis humidis ad ostia fluvii Sinu juxta El Zapote.* ⊙. Nelsoniae *canescen*(Justicia *canescens* Vahl) proxima.

Obs. Nelsoniam *canescentem* in *Herb. Willd.* a *Thunberg* e *Sierra Leona* tam parum esse distinctam a sequente „(sequitur vero apud *Link* N. *albicans* H. et B.)" ut utraque eadem videatur. Nelsoniam *tomentosam* in *Herb. Willd.* a *Roxburgh* missam cum praecedente „(praecedit vero N. *albicans H. B.*)" convenire ex integro, et differre tantum bracteis rotundatis, nec acutis" *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 47. haec Nelsonia *tomentosa* eadem cum Justicia *tomentosa* Roxb. nostra *vestita?*

82. ERANTHEMUM. *)

Pag. 174. n. 3. Eranthemo *eleganti* subjungatur:

n. 3 a. Eranthemum *montanum Roxb.*; fruticosum, diffusum; foliis oblongis, acutis; spicis terminalibus; bracteis linearibus pilosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall. p.* 110. *n.* 1. Justicia *montana Roxb. Pl. Coromand. n.* 176.

Caules plures striati, articulati, glabri, decumbentes, repentesque; rami juniores tetragoni. Folia opposita, petiolata per petiolum decurrentia, 3-4 poll., 2 lata. Spicae plures erectae, graciles. Pedunculi tetragoni. Bracteae exterior

*) „Erantheme ad Selaginis genus amandanda, variantia uti Antirrhinum staminibus duobus." *Thunb. Fl. cap.* 86.

decussatae, acutae, uniflorae; bracteolae 2 ad florem singulum, similes exterioribus, sed minores. Flores pallide caerulei, solitarii. Cal. 5-partiti laciniae subulatae. Cor. tubus longus, gracilis, laciniis aequalibus, obovatis, truncatis. Antherae in tubo corollae, ex quo parum emergit stigma inaequaliter bifidum. Caps. lineari oblonga, compressa, acuta. Semina compressa, 2 in loculo singulo. *Roxb.* l. c. *In Circar montibus.* ♄.

Pag. 174. n. 4. Eranthemum *nervosum.* Addantur synonyma: *Link Enum. alt.* I. *p.* 28. *Targ. Torz. obs. bot. n* 28. Eranthemum *pulchellum*; fruticosum, erectum; foliis ventricoso-oblongis; spicis terminalibus, imbricatis; bracteis ovato-oblongis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 111. *n.* 12. *Donn Hort. Cantabr. ed.* 4. *p.* 4. Justicia *nervosa Bot. Mag.* 1358. Justicia *pulchella Ker. recens. plant. Repos. p.* 41.

Caules plures erecti vel adscendentes, 2-3 ped.; folia intensius viridia, quam in simili *montana;* bracteae quam in hac latiores. Cor. laete caeruleo-purpureae. *Roxb.* l. c. Structura bractearum et calycis Crossandrae *undulifoliae Salisb.;* quae bracteis 2 interioribus exteriores aequantibus differt. *Sims* l. c.

4 a. Eranthemum *suffruticosum Roxb.;* fruticosum, erectum; foliis ovato-oblongis; glabris; spicis terminalibus; bracteis cuneiformibus, nudis; staminibus tubo inclusis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 112. *n.* 3.

Frutex parvus humilis, ramis subereetis articulatis, junioribus subtetragonis, subpilosis. Folia breviter petiolata, subrepanda. Flores in spicis oppositi; bracteae ternae, 1-florae, exterior magna, interior pugioniformis. Cor. tubus longitudine bractearum exteriorum, limbo regulariter 5-partito, pallide caeruleo. Filamenta abortiva ad basin fertilium. Antherae ad medium usque in tubo absconditae. *Roxb. l. c. In insulis Andaman.* Cent. *Hyd.* ♄.

4 b. Eranthemum *diantherum Roxb.;* suffruticosum, erectum; foliis late lanceolatis, utrinque attenuatis, glabris; racemis terminalibus ex umbellulis axillaribus pedunculatis; corollâ subbilabiata; antheris didymis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 112. *n.* 4.

Caulis simplex, incurvus. Folia petiolata, etiam ovato-oblonga, integerrima, obtusa, subulata, 2-3 poll., 1 lata. Flores numerosi, etiam in fasciculis oppositis, vel solitarii in racemo erecto gracili, parvi, albi, erubescentes, punctis minutis rubris ad basin laciniae mediae labii inferioris. Bractea simplex ad basin pedunculi singuli, unâ alterâve minore ad medium pedicelli cujusvis. Cal. ad basin fere usque partitus, laciniis 5 tenuibus, acutis. Cor. tubus longus, gracilis, incurvus, limbo subbilabiato, labio superiore erecto, bipartito, inferiore trifido, laciniis omnibus aequalibus. Filamenta 4

brevia in ore tubi, 2 abortivis minutis. Sem. 2-4 orbicularia, complanata, scabriuscula. Affine E. *racemoso*. Sed inflorescentia et characteribus datis satis distinctum. *Roxb. l. c.* *In Moluccis.* ♄.

4 c. ERANTHEMUM *racemosum Roxb.*; suffruticosum; foliis oblongis, ventricosis; racemis terminalibus; corollâ subbilabiatâ, labio utroque tripartito. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 113. *n.* 5.

Caulis parvus, ramis paucis, gracilibus, 2-ped. Folia petiolata, in petiolum decurrentia, integerrima, glabriuscula, 2-3 poll. Racemi plus minus longi, graciles. Flores oppositi pedicellati, approximati, sat magni, pallide rufo-fusci albive rubro tincti. Bracteae subulatae, altera ad basin pedicelli singuli, duabus in ejusdem medio. Cal. laciniae aequales et subulatae. Cor. infundibuliformis, limbo subbilabiato, labio inferiore majore. Filamenta 4 brevia in fauce tubi, 2 minora, abortiva. Antherae semierectae. *Roxb. l. c.* In *Moluccis.* ♄.

4 d. ERANTHEMUM *barlerioides Roxb.*; fruticosum, erectum; foliis ovato-oblongis, glabris; spicis terminalibus; bracteis cuneiformibus, nudis; staminibus in tubo longo gracili, filamentis 2 abortivis iisdem adnatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 114. *n.* 6.

Frutex parvus, suberectus, articulatus, junior subquadrangularis, subpilosus. Folia breviter petiolata, subrepanda. Flores oppositi. Bracteae ternae, uniflorae; exterior major cuneiformis, nuda; interior pugioniformis. Cor. tubus longitudine bractearum exteriorum. Limbus regulariter 5-partitus pallide caeruleus. Antherae tubo ad medium usque absconditae. *Roxb. l. c.* *In insulis Andaman.* D. Col. *Kyd.* ♄.

4 e. ERANTHEMUM *strictum Celebr.*; suffruticosum, erectum, pubescens; ramis adscendentibus, decussatis, simplicibus; foliis lanceolatis, utrinque attenuatis, obsolete crenulatis; spicis terminalibus gracilibus, multum elongatis; bracteis oppositis, quaternis, remotis, unifloris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 114 *n.* 7.

4-5 ped., pilis raris brevibus. Caulis teretiusculus, articulatus, ramis remotis, gracilibus, tetragonis. Folia 4 poll., utrinque acuta, margine subrevoluta, glabra, lucida, supra cinerea virentia, subtus pallidissima, nervis venisque prominentibus pilosis; suprema s. floralia ad basin spicae magnitudine et formâ Bractearum. Petioli fere pollicares, supra plani, marginati e folii basi decurrente. Spicae solitariae, erectae, 1 ped. Rhachis tetraquetra, fere quadrialata. Flores profunde caerulei, oppositi in paribus alternis, demum remoti. Bracteae adpressae, imbricatae, cuneato-lanceolatae, profunde virides, acutae, ciliatae, pollicares, inferiores steriles: interiores 2 minimae, vix longiores calyce 5-fido, lineares, p

bescentes, uti laciniae calycis. Tubus corollae gracilis, pubescens, faucem versus dilatatus, bracteâ exteriore duplo longior: laciniae limbi obovatae truncatae patentes aequales, subtus pallidissimae. Filamenta sterilia 2 intra Stamina. Antherae in fauce corollae. *N. Wall.* l. c. *In montibus prope Silhet.* ♄.

Obs. Cls *Roth nov. spec.* p. 3. ERANTHEMO *semperflorente ex America* citat ERANTH. *strictum Benj. Hayne ex Ind. orient.* „cujus donata fragmenta *semperflorenti* omnimode respondent.“ Attamen descriptio *semperflorentis*, quae sibi CROSSANDRA *Salisb.* videtur, non quadrat cum illa E. *stricti*.

4 f. ERANTHEMUM *cristatum Humb.* et *Bonpl.*; spicis terminalibus, brevibus; bracteis lanceolatis, acutis, margine serrato spinulosis; foliis breviter petiolatis, oblongo-lanceolatis, acuminatis, attenuatis, integerrimis, hirtis. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 46.

Rami pilis flavescentibus hirsuti. Cor. violacea. *Link.* *Prope Turbaxo Humb.* et *Bonpl.* In *nov. gen.* et *spec.* non descriptum.

Pag. 175. n. 9. ERANTHEMUM *sinuatum.* Addatur synonymon: JUSTICIA *longifolia Forst.* (fide *Steudel.*)

Pag. 176. n. 10. ERANTHEMO *vincoidi* subjungatur:

n. 15 a. U. *longirostris Le Conte*; natans; scapo unitrifloro; calcare labio inferiore parum longiore, subcompresso, adscendente, emarginato. *Nuttall l. c. p.* 13. U. fluitans, involucro nullo; pedunculis 1-2-floris; calcar labium inferius superante, adscendente, emarginato. *Elliot Bot. of S. Carol.* et *Georg. p.* 21.

3-4 poll. Cor. flava, labio obsolete trilobo. Affinis *vulgari* sed flores majores. *Habitat?*

Pag. 196. n. 19. UTRICULARIA *biflora*. Addatur synonymon *Nuttall's Gen. p.* 13.

Obs. *Nuttall* recte monet: *Vahlium* nectarium rectum dixisse et longitudine fere labii superioris; attamen cum *Le Conte* illud longitudine labii inferioris, subulatum, obtusum dicit, non solvit dubium. Nata Cor. integra. *In Carolina meridionali.* An huc fors:

U. *striata le Conte*; scapo bi-trifloro; nectario recto obtuso; labio superiori ovato, rotundato, subemarginato, margine undulato, palato bilobo, labio inferiori trilobo, lateralibus reflexis nectario longioribus, corollâ rubro striatâ (*Torrey in*) *Cat. of plants of New-York.*

n. 19 a. U. *personata Le Conte*; floribus parvis; racemo longo, setaceo, 4-10-floro, squamis bracteato; labio superiore emarginato; inferiore obtuso, truncato, acuminato; calcare recto, subincurvo, subulato, acuto, longitudine fere corollae. *Nuttall* l. c. *p.* 13. U. scapo multifloro; labio superiori emarginato, inferiore obtusiusculo, calcare recto, acuto *Elliott l. c. p.* 23.

1-2 ped; rad. fibrosa. *In Carolina meridionali* prope *Columbiam.*

n. 19 b. U. *gracilis Humb.* et *Bonpl.*; scapo capillaceo bifloro; bracteis calycibusque integerrimis, calcare conico longitudine labii inferioris. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Sp.* II *p.* 183.

Folia radicalia dichotome multipartita, glabra, vesiculifera; laciniis lineari-capillaceis; vesiculis trigonis, obtusis, utroque latere setâ instructis. Scapus gracilis, 2-3-poll., bi- aut triflorus. Flores pedunculati, bracteati. Bracteae subrotundae. Calyx foliolis integerrimis. Corolla flava. *In inundatis Havanae.* ♃.

Pag. 197. n. 20. UTRICULARIA *setacea*. Addatur synonymon *Nuttall Gen. p.* 14.

Obs. *Nuttall* radicantem describit, 2-3-florum, pedunculos nectariique longos; attamen monet *Le Conte* et *Elliot* scapum multiflorum dicere, labium corollae superius ovatum, inferius profunde trilobum nectarii subulati longitudine. In eademne planta?

Pag. 197. n. 21. UTRICULARIA *purpurea*. Addatur synonymon: *Nuttall's Gen. p.* 13. U. *saccata Le Conte*; fluitans; pedunculis axillaribus unifloris; involucro nullo; labio inferiori trilobo; lobis lateralibus saccatis. *Elliott Bot. of S. Carol. et Georg. p.* 21.

Natans; 2-3 ped.; utriculata; foliis digitatis, sessilibus; segmentis pinnatifidis, setaceis; scapis axillaribus, solitariis geminisve, 1-3 floris; flores magnitudine *vulgaris*, labio superiore subrotundo, labii inferioris trilobi lobis lateralibus subtus cucullatis; nectarium compressum, subacuminatum, corollae appressum eâdemque tectum. Calyx persistens. *A New-York et Delaware ad Georgiam.*

n. 22. UTRICULARIA *cornuta*. Addatur synonymon: *Nuttall Gen. l. c. p.* 14.

Obs. Nuttall radicantem describit, 1-2 ped., 1-2-floram, corollae labio inferiore trilobo, calcare breviore. *Ad Niagaram, in calcareis.*

Pag. 198 n 25. UTRICULARIA *juncea*. Huic subjungatur:
25 a. U. *stricta Meyer*; nectario subulato; scapo filiformi sub-4-floro; bracteis ad pedicellorum basin pluribus. *Meyer Essequebo p.* 14.

„Affines videntur U. *juncea Vahl*, et ab hac forte non diversa U. *angulosa Poir.*, floribus 5-8, bracteâ unicâ ad basin pedicellorum diversae. Radices in *stricta* parvae, verticillato-fasciculatae, basi crassiusculae, albidae. Scapus strictus, 1 1/2 ped., filiformis, simplicissimus, tenuissime striatus, glaber, aphyllus. Squamae alternae remotae, oblongo-ovatae, acuminatae, apicem versus carinatae. Flores 3-4 approximati. Pedicelli erecti, 3 lin. Bracteae 2-3 pedicellis paulo breviores, intermedia oblonga, acuminata, laterales lineari-setaceae. Cor. lutea. Caps. globosa, tenuissime punctata, glabra, pallide fusca." *Meyer. In paludosis continentis (Americae) rarius.*

Pag. 199. n. 31. UTRICULARIA *nivea*. Adde synonymon:
U. nuda, suberecta, filiformis; scapo squamis paucis, gibbosis, in racemum tenuem desinente; bracteis tripartitis: laciniâ intermediâ adnatâ, utrinque acutâ, lateralibus minutis; nectario longius labio inferiore adscendente; capsulis globosis nutantibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 144.

Rad. e fibris capillaribus, simplicibus, brevibus. Scapus 6 fere poll., in ramos subinde 2 aequales divisus, fructifer elongatus, volubilis. Flores 4-8, albi, palato integerrimo, flavicante, pedicellis brevissimis, alternis. Cal. persistens, laciniis 2 orbicularibus, superiore majore, concavo. Labium corollae supremum brevissimum, lineare, erectum, denticulis 2, inferius majus, ovatum. Calcar conicum, labio inferiore duplo longius. Caps. calyce semiinclusa. *Roxb.* l. c. *In oryzetis Serampore.*

n. 34. UTRICULARIA *gibba*. Adde synonymon: *Nuttall's Gen. p.* 13. (Natat.)

34 bis. U. *bipartita Elliot;* radicans; corollâ subintegrâ scapo brevi, calcare vix dimidio longitudinis corollae obtusissimo, calycis labio inferiore bifido. *Nuttall l. c. p.* 13. U. pedunculis paucifloris, corollae labiis integris etc. *Elliot l. c. p.* 22.

Pag. 200. n. 39. UTRICULARIA *subulata*. Huic subjungatur:

39 a. U. *fimbriata Humb.* et *Bonpl.;* (aphylla?) scapo capillaceo, trifloro; bracteis calycibusque dentato-fimbriatis; calcare brevissimo, obtuso. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 183.

Folia radicalia nulla? Scapus erectus, setaceus, teres, glaber 4-poll., tri- aut quadriflorus. Flores breviter pedunculati alterni, approximati. Pedunculi basi instructi, bracteolâ ovatâ adpressâ. Bracteae duae sub singulo flore, oppositae, ovatae dentato-ciliatae. Calyx flavus; foliolis bracteis simillimis Corolla flava. *In humidis juxta catarractam Aturensium in ripa flavii Orinoci.* ⊙.

Pag. 203. UTRICULARIIS addantur:

n. 62. UTRICULARIA *alba Hoffmannsegg;* foliis radicalibus, compositis; scapo floribus 2-3 longe pedicellatis calcare brevi, conico, ascendente. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 54.

Vix 3-4 poll. *In Brasilia. Com. ab Hoffmannsegg* in *Herb. Willd.*

n. 63. UTRICULARIA *hirta Klein;* aphylla; scapo hirto subtrifloro; floribus sessilibus. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 54.

Digitalis. *In India orientali. Klein* in *Herb. Willd.*

UTRICULARIA *flexa Aub. du Petit-Thouars;?*

89. STACHYTARPHETA.

Pag. 203. n. 1. STACHYTARPHETA *angustifolia*. Huic praemittatur:

1. STACHYTARPHETA *elatior Schrad.;* caule herbaceo foliis lineari-lanceolatis, utrinque attenuatis, remote serratis, scabris, costâ mediâ margineque ciliatis; spicis longissimis; bracteis calycem subaequantibus. *Schrad. Plant. rar. Hort. Gott. Fasc.* 1.

Caulis 4-5-ped., simplex vel subdivisus. Folia 4-5 poll.; ramorum breviora, linearia. Spica 1 1/2 ped., bracteis subulato-acuminatis. Flores violacei. *Schrad* l. c. *Brasilia.* ⊙. *Princeps Max. a Neowid.*

2. STACHYTARPHETA *indica*. Addatur synonymon: VERBENA *lancifolia Mönch.*

Pag. 203. n. 4. STACHYTARPHETA *jamaicensis*. Addatur synonymon:
Sims Bot. Mag. 1860. VERBENA *decurrens Mönch.*
Deleatur CYMBURUS *urticaefolius Salisb.*, qui propria species.

Obs. Species haec, adductâ scilicet synonymiâ nostrâ, distinguitur in *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. p. 226. „Caule herbaceo; foliis ovato-ellipticis serratis, supra scabriusculis, subtus glabris; bracteis lanceolatis, acuminato-subulatis, calyce brevioribus;" quae hâc solâ diagnosi jam non paucis recedit a *jamaicensi* nostra, quam confer. Dentes foliorum tenuissime ciliati dicuntur, et Statio „*umbrosa juxta Cumana.*" ⊙. cum? dicitur. Hinc non mirum, si a clo *Link Enum. alt.* 1. *p.* 19. *Jahrb.* 1. 3. *p.* 55. ST. *pilosiuscula Humb.* et *Bonpl.* synonymon *jamaicensis* dicitur. Folia ex oblongo attenuata, infra nervis hirtis, bracteas flore longiores, cor. caeruleam petit *Link.*

n. 4 a. S. *pilosiuscula Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo; foliis ovato-oblongis, (grosse) serratis, utrinque scabriusculis; bracteis lanceolatis, subulato-aristatis, calyce paulo longioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 226. *n.* 2.

Caulis tereti-tetragonus, inferne glaber, superne hirtus. Folia opposita, apice angustata et acuta, basi in petiolum decurrentia, dentibus serrulatis, rigidiuscula, in nervo medio pilis sparsis, 2-3 poll. Petioli subciliati. Spicae terminales, demum alares, solitariae, teretes, 5 poll. et ultra, crassitie pennae columbinae. Calyx generis. Corolla violacea. *In ripa Orinoci juxta urbem Angostura.* ⊙. Differt a praecedente (*jamaicensi*): foliis rigidioribus, utrinque scabriusculis, apice angustatis, dentibus serrulatis et bractearum formâ et longitudine; an varietas?

n. 4 b. STACHYTARPHETA *urticifolia Sims*; caule herbaceo foliisque rugosis, scabriusculis: caulinis lato-ovatis, obtusis, inaequaliter serratis; ramorum ovatis, acute serratis; spicis junioribus recurvis; bracteis ovatis, calyce brevioribus. *Schrad. MS.* ST. glabriuscula; foliis ovatis, acutis, ad basin usque serratis; bracteis subulatis; calyce appresso brevioribus. *Sims Bot. Mag. t.* 1814. CYMBURUS *urticifolius Salisb. parad. t.* 53. (excl. syn.) ZAPANIA *urticifolia Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 520.

Differt a *jamaicensi*, praeter characteres datos, caulibus altioribus fere glabris; foliis minus crassis; subtus vix ad nervum scabris, magis acuminatis, acutius serratis, et basi quoque; bracteis subulatis potius quam ovatis, basi solum membranaceis. *Sims.* Cor. violacea. Cal. rhachi spicae immersus, dens interior exteriore latior exteriores dentes majores. *Sims.* *Habitat?* ♃. ♄.

Obs. In hortis haud infrequens *jamaicensis* et *cajanensis* nomine, a quibus foliorum formâ et spicis junioribus recurvis facilis distinctu. *Schrad. in litt.*

Pag. 204. n. 5. S. *dichotoma*. Addatur:

Obs. Species haec in *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* II. *p.* 226 distingui tur: „caule suffruticoso; foliis ovatis, apice angustatis, crenulatis, su pra scabris, subtus cano-hirtis; bracteis lanceolatis, acuminato-su bulatis, calyce brevioribus." „Rami dicuntur" tetragoni, ad articulis compressi, pubescenti-hirti. Folia 1 1/2-2 poll., basi in petiolum de currentia, rigida, crenata, dentibus margine cartilagineo-incrassatis. Spicae crassitie pennae anserinae. Bracteae, Rhachis et Calyces hirta Corolla violacea. — „Haec sane non exactissime conveniunt cum St. *dichotoma Fl. peruv.*, in qua bracteae longitudine calycis, serratura *acuminatae!* nec folia crenata, dentibus margine incrassatis." *Crescit in littore Mexicano Oceani Pacifici juxta portum Acapulco.* ♄

n. 5a. S. *hirta Humb.* et *Bonpl.*; caule suffruticoso foliis ovatis, apice angustatis, crenato-serratis, supra sca briusculis, subtus cano-hirtis; bracteis linearibus, subulato subaristatis, calyce brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 226. *n.* 4.

Caulis tereti-tetragonus, pilis brevibus crebris obsitus. Folia opposita, ovato-oblonga, apice acuta, basi in petiolum de currentia, supra pilis adpressis, brevibus. Petioli brevissimi Spicae terminales, solitariae, subpedales, crassitie penna anserinae. Bracteae strigoso-hirtae. Calyx tubulosus, pilo siusculus, quadridentatus, dentibus acuto-mucronatis. Co rolla in specimine nostro marcida; pallide violacea ex *Bonp.* Ovarium subconicum. Stylus capillaceus, glaber. Stigma de presso-capitatum. Fructus exsuccus, calyce inclusus eoqu brevior, oblongus, compressiusculo-teres, laevis, glaber, fus cus, bilocularis, bipartibilis, 2 lin. longus; loculis monosper mis. *In collibus aridis Regni Novo-Granatensis prop Olleros et Sondorillo*, alt. 800-1000 hex. ♄. Praece denti *dichotomae* simillima, distinguitur tantum foliis crenato serratis, spicis longioribus, bracteisque angustioribus

Pag. 204. n. 8. STACHYTARPHETAE *cajanensi* addantur syno nyma:

Link Enum. alt. I. *p.* 19. ST. caule suffruticoso; foli ovatis, crenato-serratis, obtusissimis, glabris; bracteis li nearibus, subulato aristatis, calycem subaequantibus. *Hum* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 226. *n.* 5.

Folia membranacea, basi in petiolum angustata, dentibus se rulatis (subtus ad nervos hirtis. L.) Bracteae hispidae l (Cor. caerulea. *Link.*) *In Nova-Andalusia jux Cumanam, Bordones, et Caripe: item in Provinci Jean de Bracamoros ad ripam fluminis Amazonum pro Fomependum*, alt. 0-450 hex. ♄.

n. 8a. S. *umbrosa Humb.* et *Bonpl.*; caule suffrut coso; foliis oblongo-ovatis, utrinque acutis, grosse et a gute serratis, utrinque glabris; bracteis lanceolato-subul tis, calyce brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. Spec.* II. *p.* 227. *n.* 6.

Caulis erectus, obtuse tetragonus, pilis minutissimis conspersus. Folia opposita, basi in petiolum angustata; membranacea, 2 poll. Petioli 1/2 poll. et ultra, margine membranaceo-alati. Spicae subterminales, 4-5 poll., crassitie pennae columbinae. Bracteae utroque latere basi membranaceae, scabriusculae. Calyx glaber. Corolla caerulea. *Crescit locis umbrosis prope Camana.* ♄.

n. 8b. S. *canescens Humb.* et *Bonpl.*; caule suffruticoso; foliis ovato-ellipticis, acutis, (argute) serratis, villoso-canescentibus; bracteis lanceolatis, subulato-aristatis, calyce multo longioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 227. *n.* 7.

Caulis erectus, densissime villosus, obsolete tetragonus. Folia opposita, brevissime petiolata, basi cuneata, reticulato-venosa, crassiuscula, praesertim subtus dense cano-villosa, 1 1/2-2 poll. Spicae subterminales, demum alares, solitariae, 8 poll. crassitie pennae anserinae. Bracteae villoso-hirtae, ut Calyx tubulosus, quadridentatus. Corolla generis, violacea. Ovarium subconicum, glabrum. Stylus capillaceus, glaber. Stigma subcapitatum. Fructus exsuccus, oblongus, acuminato-mucronatus, compressiusculus, hinc inde sulcatus, laevis, glaber, fuscus, calyce persistente tectus, bilocularis, bipartibilis, vix 2 lin. *Crescit in Regno Peruviano ad littora Oceani Pacifici prope Santa.* ♄.

Pag. 204. n. 9. St. *orubica.* Addatur synonymon:
St. caule suffruticoso; foliis rhombeo-ovatis, acutis, serratis, utrinque pubescenti-scabriusculis; bracteis subrotundo-ovatis, cuspidato-subulatis, ciliatis, calyce majoribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 227. *n.* 8.

Frutex 6 fere pedum, ramosissimus; ramis teretiusculis, vix manifeste pubescentibus. Folia 2 poll. et ultra, grosse et argute serrata, basi cuneata et in petiolum angustata, rigidiuscula. Spicae subterminales, 8 poll. aut pedales, crassitie pennae cygneae. Bracteae glabrae ut calyx, ciliatae. Corolla violacea ut in Anchusa *officinali. Prope Turbaco Novo-Granatensium*, alt. 186 hex. ♄.

Pag. 204. n. 10. St. *mutabili* adde synonyma:
S. caule fruticoso; foliis ovatis, serratis, rugosis, superne scabris, subtus incano-pubescentibus; bracteis lanceolatis, subulatis, calyce brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 227. *n.* 9. *Link Enum. alt.* I. *p.* 19. *Bot. Mag. t.* 976.

Bracteae hirtae. *Ad ripam amnis Guayre in convalli Caracasana*, alt. 414 hex. ♄.

n. 10a. Stachytarpheta *crassifolia;* caule fruticoso; foliis oblongo-obovatis, obtusis, subserrato-crenatis, supra glabris, subtus reticulato-venosis, pubescentibus; spicis

strictis; bracteis calyce (duplo fere) brevioribus. *Schrader* in *Gött. Gel. Anz.* 1821. *n.* 72. *p.* 709.

Mutabili maxime affinis, sed distincta, praeter characteres dictos, formâ et substantiâ crassiore foliorum, spicâ multo breviore, floribus violaceis. Frutex mediocris ramis glabris. Folia in petiolum attenuata, quam in congeneribus crassiora. Spicae spithamaeae et ultra, bracteis ovato-lanceolatis, acuminatis. Cal., uti bracteae, glaber, 4-dentatus. Cor. violacea. *Schrader MS.* *In Brasilia. Seven. Princ. a Neuwied.*

Pag. 205. n. 12. STACHYTARPHETAE *prismaticae* addatur synonymon:

Link Enum. alt. I. *p.* 18.

Bracteae floribus breviores. Cor. caerulea.

14. STACHYTARPHETA *hirsutissima Link*; caule foliisque ovalibus acute crenatis hirsutissimis, spicâ longissimâ, bracteis calyce minoribus, appressis. *Link Enum. alt.* I. *p.* 1

Caulis 1-2 ped., erectus; folia cum petiolo 4 1/2 poll., 2 pol lata, in petiolum attenuata, acutiuscula, pilis rigidiusculis hirsutissima. Spica terminalis 1-2 ped.; bracteae lanceolato-lineares 3 lin. longae. Cal. laciniis 4 linearibus, 4 lin. Cor. caerulea tubo calycem 3 lin. superante; limbo 3 lin., laciniis obtusis. *Link l. c.* *In Brasilia.* ♃.

Obs. Cl. *Link* STACHYTARPHETAS rectius quidem STACHYTARPHAS dic sed quot non nomina incudi reddenda, si recta velles restituere omni

n. 90. LYCOPUS.

Pag. 206. n. 1. LYCOPUS *europaeus.* Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. Upsal. p.* 10. *Svensk Bot. t.* 26 L. *vulgaris Pers. Syn.* I. *p.* 24. L. *aquaticus Mönc*

n. 3. LYCOPUS *exaltatus.* Addatur synonymon: *Sebast.* et *Maur. Prodr. Fl. Rom. p.* 8. (qui inviti a *europaeo* separant.) LYCOPUS *pinnatifidus Pall.* (fi *Steudel.*)

Pag. 207. n. 4. LYCOPO *Virginico* addatur:

Obs. LYCOPUS *virginicus Willd. Enum. Suppl. p.* 2 potius varietas *europaei*: bracteis parvis, 3-4 lin. *Link Jahrb.* 1. 3. p. 55. (*Nuttall Gen.* p. 16. distinguit L. *virginianum* calyce quadrifido, minibus breviore.

n. 4 a. LYCOPUS *bracteatus Mühlenb.*; foliis oblongo-lanceolatis, acuminatis, attenuatis, serratis, glabris; verticillis sessilibus; bracteis linearibus, acutis, reflexis. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 55.

In America septentr. Mühlenb. in *Herb. Willd.*

Pag. 207. n. 7. LYCOPIS addatur:

8. LYCOPUS *dianthera Buchan.*; annuus, erectus,

tragonus; foliis petiolatis, rhombeo-ovatis, serratis; calyce bilabiato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 145.

1-2-ped. Caules obsolete sulcati, angulis subpilosis. Rami axillares decussati. Folia declinata, anteriore margine serrata, subtus glandulis minutis obscurioribus punctata, circiter pollicaria. Racemi terminales. Bracteae oppositae, lanceolatae, uniflorae. Flores pedicellati, parvi, pallidissime rufo-fusci, fere albi. Cal. labium inferius adscendens, tridentatum, inferius bipartitum, intus pilis munitum. Cor. tubus brevis, subtetragonus, laciniâ limbi superiore latâ, emarginatâ, lateralibus 2 ejusdem longitudinis angustioribus, semicircularibus; infimâ magnâ, subrotundâ. Filamenta 4 brevia, in angulis tubi. Antherae geminae in filamentis longioribus; in brevioribus abortivae. Affinis THYMO. *Roxb. l. c.* *In Nepala.* Dr. *Buchanan.*

9. LYCOPUS *sinuatus Elliott;* repens; foliis profunde sinuatis incisisque, subrugosis; calyce 5-fido: laciniis acutissimis. *Elliott Bot. of S. Carolin. et Georgia. p.* 187.

Quid LYCOPUS *vulgaris Nuttall Gen. p.* 16. (rudimentis Staminum 2 sterilium?)
LYCOPUS *angustifolius Nutt.* l. c. ipsi olo *Nuttall* dubii videntur.
LYCOPUS *pensylvanicus Fisch.?*
LYCOPUS *rubellus Mönch.?*

93. ZIZIPHORA.

Pag. 208. n. 1. ZIZIPHORA *mariana.* Addatur synonymon: CUNILA *mariana Link Enum. alt.* I. *p.* 18. *Nutt. Gen. p.* 16.

Folia glaberrima, subserrata. Cal. sulcatus, glaber, oblongus, superne parum ampliatus, in ZIZIPHORA potius contractus, multo brevior. Cor. purpurascens. *Link.*

n. 2. ZIZIPHORA *clinopodioides.* Addatur synonymon: *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 20 (et, hoc teste: *Z. serpyllacea Bot. Mag.* 906 (excl. syn. praet. *Ait.*) *Link Enum. alt.* I. *p.* 17.

Folia ovata, subserrata. Capitula terminalia. Calyces pubescentes. *Link.*

2 a. ZIZIPHORA *media Link;* foliis ovatis, acuminatis, subintegerrimis, nervosis; floribus capitatis; calycibus hirsutis, basi pubescentibus. *Link Enum. alt.* I. *p.* 17. et *Jahrb.* *Z clinopodioides Herb. Willd.* fide *Link.*

Valde affinis *dasyanthae,* e qua in horto fortassis enata, at calycibus non ita pilosis, floribus nunquam in anthuro (spicâ verticillatâ), foliis rarissime crenâ insignitis. Reliqua conveniunt. *Link.* Cls. *Steudel* eandem dicit cum *dasyantha* esse speciem.

Pag. 209. n. 3. ZIZIPHORA *glabella*. Addatur synonymon: HEDEOMA *glabra* *Pursh Fl. Sept. Amer.* II. *p.* 414.

Obs. HEDEOMA *glabrum*; perenne, glabrum; caule ramoso; foliis radicalibus subovatis, caulinis oblongo-linearibus, obtusis, omnibus integerrimis avenlis; pedunculis longis, basi bibracteatis, terminalibus, plurimum ternis; *Nuttall Gen.* p. 16. huc spectare videtur. Caul. 6-12 poll., acutangulus, a basi ramosus. Folia obtusiuscula, glandulis diaphanis, glabra, sessilia. Flores majusculi, subcampanulati ringentes; calyx subcylindricus et ringens, fauce interne ciliata. *Nuttall.* *In ripa fl. Laurentii et lacuum majorum, Ohio Tennessee, in calcareis.*

n. 4. ZIZIPHORA *pulegioides*. Addatur synonymon: HEDEOMA *pulegioides* *Pursh Fl. Sept. Amer.* II. *p.* 41 *Nutt. Gen. p.* 16.

Flores calyce minores. *Natt.* *A Canada ad Carolina*

Pag. 209. n. 6. ZIZIPHORA *capitata*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 17. *M. a Bieb. taur. cau Suppl. p.* 21.

Folia lanceolata. Bracteae ovatae. Flores capitati. Calyc hispidi. *Link.* An huc instar v. Z. *alpina Mill.?* quaer cl. *Steudel.*

7 a. ZIZIPHORA *acinoides Willd. Enum.*; foliis ovati acuminatis, nervosis, ciliatis; floribus verticillatis, quate nis; verticillis approximatis; bracteis ovatis. *Link Enu alt.* I. *p.* 17.

Similis *hispanicae*. Z. *acinoidem Linn.* cum *clinopodioide* meri junxit *Rudolph*. *Link.* *In Sibiria.* ⊙.

Pag. 210. n. 9. ZIZIPHORA *tenuior*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 17.

Flores verticillati. Cal. hispidus. Cor. tubus inclusus. *Lin*

Pag. 210. n. 10. ZIZIPHORA *taurica*. Addatur synonymon *Link Enum. alt.* I. *p.* 17. *M. a Bieb., Suppl. tau cauc. p.* 21. *Ejusd. Cent. pl. rar. ross.* 2. *t.* 82.

Flores verticillato-spicati. Cal. hirtus. Cor. tubus exsertus.

Pag. 210. n. 11. ZIZIPHORA *serpyllacea*. Addantur syn nyma:

M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p. 21. *Link Enu alt.* I. *p.* 17. et hoc teste Z. *serpyllacea Bot. Mag.* 9 sine dubio, (contrarium sentiente *M. a Bieb.*). Z. *oc ratissima Loddig.* Thym. humil. fol. angustissim *Buxb.* C. 3. p. 28. t. 51. f. 2.

Folia lanceolato-linearia. Flores capitati. Bracteae nullae. (pilis brevissimis reflexis. *Link.*

Pag. 211. n. 12. ZIZIPHORA *dasyantha*. Addatur synonym Z. floribus verticillato-capitatis; calycibus lanatis; fo

subrotundo-ovatis, basi subciliatis; caule suffruticoso; ramulis pubescentibus. *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 21. *Link Enum. alt.* I. *p.* 17.

Folia ovata, acuminata, crenata, nervosa; flores spicato-capitati; calyces undique hirsutissimi. *Link.*

Obs. Differre a *serpyllacea Bot. Mag. t.* 906 staturâ minore, caulibus magis procumbentibus, floribus lilacino-caerulescentibus, staminibus longioribus, odore nullo.

n. 13. ZIZIPHORA *hispida*; ramosa, undique hispido-pilosa; foliis linearibus, nervosis, margine revoluto integerrimis; verticillis subquadrifloris; calycibus hispidissimis; laciniis subulatis. HEDEOMA *hispida Pursh Fl. Sept. Amer.* II. *p.* 414. HEDEOMA *hirta Nutt. Gen. p.* 16.

Vix 2-6 poll. Folia lineari-sublanceolata, utrinque acuta, venosa; verticilli multiflori. Flores exigui, calyce breviores. Bracteae ciliatae. Cal. strigosus. *Nutt.* *In ripis Missouri.* ⊙.

n. 14. ZIZIPHORA *bracteolata*; pubescens; caule simplici, tenui; foliis lineari-lanceolatis, utrinque acutis, integerrimis; pedicellis setaceis bracteolatis, 3-5-floris; calyce oblongo, aequali; corollâ minuta? HEDEÓMA *bracteolata Nutt. Gen.* II. *p.* o. *addend.*

In Carolina cum glabra. Affinis ACYNO.

Quid ZIZIPHORA *verticillata* (CUNILA *verticillata Mönch*) apud *Steudel.*?

94. MONARDA.

Pag. 212. n. 3. MONARDA *mollis.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 10.

Obs. Poiret Enc. Suppl. V. p. 734 monet MONARDAM *mollem Linn.* et *Pursh* non esse eandem cum *molli Willd.*; cl. tamen *Link* l. c. non consentit; bracteas petit virentes, corollam purpurascentem.

Pag. 212. n. 5. MONARDA *clinopodia* restituatur sic:

5. MONARDA *clinopodia*; floribus capitatis; foliis laevissimis serratis. *Linn. Spec.* I. *p.* 32. Monarda foliis ovato-lanceolatis, verticillis lateralibus dichotomis corymbosis, foliis inaequaliter serratis. *Gron. virg.* 9.

Rad repens. Facies plantae praecedentis (*didymae*) quoad staturam, at folia gerit CLINOPODII *incani* omnino; neque huic spica rubra, sed purpurea, nec flores tetrandri; foliisque glaberrimis distincta a prima (*fistulosa*); folia ovato-oblonga, acuminata, profunde serrata, petiolata, utrinque laevia. Caulis quadrangularis, magis quam in prima (*fistulosa*), minus argute quam in secunda. Flores in capitulum bracteis radiatum, pallidi. *In Virginia.* ♃.

Obs. Haec *Linnaeus* l. c. At *Pursh Fl. Sept. Amer.* I. p. 17 sub sua MON. *clinopodia* (capitulis parvis, simplicibus, terminalibus; bracteis exterioribus lato-ovatis, acutis, integerrimis, glabriusculis; calycibus

brevibus, ciliatis; corollis pubescentibus, tenuibus; foliis ovato-oblo gis, acuminatis, serratis, pilosiusculis; caule obtusangulo, glabro), quam M. *glabram Lam. Enc.* IV. *p.* 166. cum? citat, in M. *Clinopod Willd. Spec.* I. p. 125, ergo etiam in ipsis *Linnaei Spec.*, exlu synon. *Gronov.*, quod in *Museo Bankeiano* CLINOPODIUM inc *num* spectare affirmat (s. PYCNANTHEMUM *Mich.*) Flores notat flav maculis purpureis. Divo *Willdenow* Linnaei plantam ignotam fuit monet *Link* sub *affini*. Et divum quoque *Vahl* fefellisse, cujus d scriptio *clinopodiae* ad *purpuream* spectat. Cum flores flavi sint, vix e M. *violacea*, ut videtur clo *Steudel*.

Pag. 212. n. 4. MONARDAE *oblongatae* addatur synonymon: M. undique hirsuta; capitulis simplicibus; bracteis ext rioribus ovatis, acutis; calycibus brevibus, fauce barbati dentibus divaricatis; caule obtusangulo superne hirsu *Pursh Fl. Sept. Amer.* I. *p.* 18. *Link Enum. alt. p.* 9.

Bracteae antice purpureae. Cor. purpurascens.

Pag. 212. n. 7. MONARDA *purpurea*. Huic addatur, mone *Pursh* l. c., descriptio M. *Clinopodiae Vahl* in *Sys Veg. ed. nostr.* sub Nro. 5. (non diagnosis.)

Pag. 213. n. 8. MONARDA *altissima*. Addatur synonymon *Willd. Enum. p.* 33. *Link Enum. alt.* I. *p.* 9. *fistulosa*, *β altissima H. Belved.*

Bracteae nervo rubro. Cor. pubescens, purpurascens. Val similis *affini* et vix diversa. *Pursh* non habet. *Link* l. Huic subjungatur:

n. 8 a. MONARDA *affinis Link*; caule hirto; foliis su cordatis, oblongis, serratis, hirtis; floribus capitatis; bra teis nervo rubro: corollis purpurascentibus. *Link Enu alt.* I. *p* 9. M. *Clinopodia*, foliis ovato-lanceolatis, b rotundatis, inaequalibus, pubescentibus, remote serrat floribus capitatis; bracteis pallidis. *Willd. Enum. Berol. p.* 32. fide *Link*.

M. *clinopodia Linn.* est planta dubia, cui folia glabra tribu M. *clinopodia Pursh* differt a nostra caule glabro, et cor larum colore. Folia molliora quam in *altissima*. *Link*.

Pag. 213. n. 9. MONARDA *rugosa*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 10. *Poiret Enc. meth. Sup* V. *p.* 734.

Obs. MONARDAM *glabram Lam.* a. *Vahlio* huc, dubitando licet, tam rectius ad M. *Clinopodiam*, uti clo *Pursh* videbatur, spect *Poiret*. Bracteae virentes, saepe nervo rubro. *Link*.

n. 10. MONARDA *Kalmiana*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 10.

Bracteae purpureae. Corollae pubescentes. Odor Thymi. *didyma* major.

n. 12. Monarda *ciliata*. Addatur synonymon: Blephilia *ciliata* *Raffinesque* apud *Steudel*.

Pag. 214. n. 14. Monarda *punctata*. Addantur synonyma: *Link Enum alt.* I. *p.* 10. *Bot. Regist.* 87.

Pag. 214/581. n. 15. Monardae *citriodorae*. Addatur synonymon: *Link Enum.* I. c.

Bracteae virentes, floribus subaequales, apice spinulosae. *Link.*

Quid Monarda *dubia* *Fischer*.?

95. ROSMARINUS.

Pag. 214. n. 1. Rosmarino *officinali* addatur synonymon: *Hayne getr. Darst. off. Gew.* VII. B. *n.* 25.

96. SALVIA.

Pag. 216. n. 4. Salvia *canariensis*. Addatur synonymon: Schraderia *hastata* *Mönch*.

Pag. 217. n. 5. Salvia *aurea*. Addatur descriptioni ex *Thunb. Fl. cap. MS.* n. 1.:

„Caulis 2 ped., inferne glaber; rami patentes et divaricati. Flores bini, oppositi, pedunculati. Calycis labium superius emarginatum, inferius bifidum, laciniis obtusis. Labium corollae superius emarginatum, laciniis lateralibus obtusis, reflexis. Filamenta 4, duo inferiora quadruplo breviora. Sem. subrotunda, glabra."

Pag. 217. n. 6. Salvia *dentata*. Addatur synonymae S. *rigidae Thunb.*; foliis lanceolatis, dentatis, tomentosis, ramis erectis, virgatis, descriptio sequens ex *Fl. cap. MS.* *n.* 5.

„Caulis fruticosus, erectus, glaber, ramosissimus, fere orgyalis. Rami et ramuli decussati, inferne teretes et glabri, superne tetragoni, apicibus subtomentosi, incurvati, frequentes. Folia petiolata, acuta, interdum integra, saepe dentata, convoluta, tenuissime tomentosa, attenuata in petiolos, semipollicaria. Axillae foliis minoribus onustae. Flores verticillati, bracteati. Calyces scabri, glandulis aureo-micantibus. Similis S. *chamaecelagneae*, sed diversissima. 1. caule magis erecto, et ramis magis divaricatis. 2. foliis eroso-dentatis, vix rugosis, nec niveis. 3. calycibus scabris, micantibus, nec hirsutis."

Pag. 217. n. 8. Salvia *glandulifera*. Huic subjungatur:

n 8 a. S. *hirta* *Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto, bifariam piloso; foliis ovato-oblongis, acuminatis, crenato-serratis, subtus incano-pubescentibus; spicis paniculatis; verticillis remotis, paucifloris; bracteis (subrotundo-) ovatis, acuminatis, hirsutis, calyce brevioribus,

deciduis; calycibus subglanduloso-pilosis. *Humb. Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 239. *n.* 29.

Frutex ramis tetragonis, glabris, lineis duabus oppositis pilo instructis. Folia 2 poll., petiolata, supra viridia et tenuissir pubescentia. Petiolus subpollicaris, canaliculatus, interne l losus. Spicae verticillatae, pedunculo pedicellisque hirsuti pilis glanduliferis, viscidis. Bracteae acuminato-cuspidata Calyx tubuloso-campanulatus, bilabiatus, striatus, hirtus; l bio superiore acuminato, inferiore bifido, laciniis acuminat mucronatis. Corolla haud suppetit; purpurea, calyce trip longior, superne hirsuta ex *Bonpl.* Stamina longe exser *Crescit in Andibus Peruvianorum prope pagum Ag vaca Avillam Lucarque*, alt. 1000-1400 hex. ♄. SALVI *glanduliferae Cav.* affinis.

Pag. 218. n. 10. SALVIA *punctata* removeatur, et ponatur calycem 2/3 post *n.* 91. ut sit *n.* 91 bis.

n. 11. SALVIA *incarnata*. Addatur cum? SALVIA *bracteata Russel* (Syst. Veg. ed. nostr. n. 164) cundum *Poiret.*

Pag. 218. n. 12. SALVIA *interrupta*. Addatur synonymon: *Jacq. Fragm. p.* 61. *n.* 198. *t.* 90.

Petioli villosi. Foliola acutiuscula, supra atro-virentia. Flo utrinque 2-5, plus quam unciales. Cal. compressus, de bus acutis. Cor. glabra, calyce duplo longior; galea oblon erecta, emarginata, compressa; lobi laterales labii inferio reflexi, parvi, intermedius subrotundus, emarginatus, ma mus. Styl. galeâ longior. Semina glabra. *Jacq.*

n. 13. SALVIAE *pinnatae* addatur synonymon: *Jacq. Fragm. t.* 49.

Pag. 219. n. 16. SALVIAE *rosaefoliae* subjungatur:

16 a. SALVIA *Linkiana*; foliis pinnatis bi-trijugis: fo lis sessilibus, lanceolatis, obtusiusculis, crenulatis, rugo subtus incanis; bracteis cordatis: infimis calyce longi bus. S. *pilantha Link Enum. alt.* I. *p.* 10. *Jahrb.* 1. *p.* 52. S. *rosaefolia H. Berol.* olim.

Nomen mutandum erat (utpote recens adhuc) cum graeca l nis misceri nefas. Caulis 2-3 ped., ramis tomentosis. Pe lus longus, tomentoso-villosus. Foliola ab extimo dec centia, extimum 2-3 poll., 8 lin. latum; infimum 4 lin.; sun in petiolo decurrentia irregulariter crenata, subundulata, nia supra fere glabra, subtus pilis mollibus incana. Bract villosae. Verticilli 6-flori. Cal. villosus, lineatus, subve aus, galeâ crenatâ, labio bilobo. Cor. caerulea, galeâ pil labio dilatato margine caeruleo, disco ochroleucro caeru punctato: tota 14 lin. S. *rosaefoliae* genuinae foliola petiol obverse oblonga, serrata, bracteae lanceolatae. *Link En* l. c. In *Jahrb.* dixit folia non esse interrupte pinnata, u *interrupta, pinnatave*; foliola non dilatata apice et obtusa

in *rosaefolia*, nec serrata pilis adpressis, sed rugosa ut in *interrupta*, lanceolata, crenulata, temento tenui subtus alba. *Habitat?* ♄. In Tepid.

Pag. 220. n. 18. SALVIAE *Hablizianae* addatur synonymon:
S. hirsuta; fol. pinnatis: foliolis linearibus, integerrimis, subverticillatis; bracteis orbiculato-ovatis, acuminatis. *Bot. Mag. t.* 1429. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 22. *Link Enum. alt.* I. *p.* 11. *Clarke's trav.* I. *p.* 574. S. *taurica Hablitz* omnino hujus loci.

Pag. 221. n. 19. SALVIAE *vulnerariaefoliae* addatur:

Obs. In hac foliola ut plurimum 4, extimum triplo quadruplo reliquis majus, ita, ut inferiora fere dispareant, omnia obtusa; in affini *Hablitziana* foliola 6 et 8, omnia aequalia acuta. *Link Jahrb.* 1. 8. *p.* 66.

Pag. 221. n. 20. SALVIA *lanceolata*. Addatur synonymon:
S. caule herbaceo, pubescente; foliis lanceolatis, obtusis, remote serratis, subtus pubescentibus; spicâ subracemosâ; verticillis bifloris; calycibus pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 231. *n.* 2.

Pili caulis et foliorum reflexi. *In convalli Guanaxuatensi Novae Hispaniae*, alt. 1080 hex. ♃.

Obs. Cl. *Kunth* l. c. dubia nostra circa S. *lanceolatam Lagascae* non solvit.

Pag. 221. n. 21. SALVIAE *hirsutae* addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 11. S. *praecox* et *tetragona Hortul.*
Bracteae cordatae imbricatae. *Link.*

Pag. 222. n. 24. SALVIA *angustifolia*. Addatur synonymon:
S. caule herbaceo, hirto; foliis linearibus, glabris, integerrimis, inferioribus subserratis; verticillis paucifloris; calycibus pilosis; labio inferiore latissimo. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 231. *n.* 1.

In alsis Novae Hispaniae prope Totonilco et Grande et speluncam Dantoe, alt. 1100 hex. ♃.

Pag. 223. n. 26. SALVIA *azurea*. Addatur synonymon:
Sims Bot. Mag. 1728.

Pag. 223. n. 26 a. S. *Humboldtiana*; caule foliisque canopubescentibus, subtus albidis, lanceolatis, acutis, crenatis; verticillis multifloris; calycibus pubescentibus. S. *lavanduloides Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 231. *n.* 3.

Caulis herbaceus, ramosus, tetragonus ramique quadrangulares, cano-pubescentes, pilis reflexis. Folia brevissime petiolata, basi cuneata integerrima, utrinque pubescentia, 1 1/2-2 poll. Spicae 2-poll. et ultra, terminales, verticillatae, longe pedunculatae; verticillis approximatis, 10-12-floris. Flores magni-

tudine THYMI *Acinos*, breviter pedicellati. Calyx tubuloso-campanulatus, bilabiatus, striatus, cano-pubescens, caerulescens; labio superiore integro, acuto, breviter mucronato, inferiore bifido; laciniis acutis. Corolla pallide caerulea; tubo calycem vix aequante; labio superiore brevi, rotundato, retuso; labio inferiore trifido, convexo-reflexo, superiorem triplo superante; lacinia intermedia maxima, apice emarginata. *In regione temperata prope urbem Pazcuaro in litore lacu*, alt. 1130 hex. (Nov. Hispan.) ♃.

(*Obs.* Nomen mutandum erat ob *lavandulaefoliam* antiquorem *Vahl.*)

Pag. 223. n. 26b. S. *stachyoides Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, subsimplici foliisque pubescentibus, concoloribus, lanceolatis, acutis, crenato-serratis; spicâ oblongâ, longe pedunculatâ; verticillis (valde) approximatis, multifloris; calycibus cano-villosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 232. *t.* 138. n. 4. S. *longifolia Herb. Willd.*

Herba erecta, tripedalis. Caulis tetragonus, pubescens, subramosus; pilis reflexis. Folia breviter petiolata, basi angustata, viridia pilisque brevibus raris conspersa, 2-3 poll. Petiolus 4-5 poll., canaliculatus, pubescens. Spica 1 1/2 poll., terminalis, verticillata, solitaria; interdum duae axillares, approximatae; verticillo infimo distante. Bracteae oblongae, acuminato subulatae, pubescentes. Calyx tubulosus, striatus; labio superiore integro, acuto; inferiore bifido, laciniis acuminatis. Corollae haud suppetunt; caeruleae ex *Bonpl.* *In montibus frigidis mexicanis prope Los Joares et Santa Rosa de la Sierra*, alt. 1350 hex. ♃.

26c. SALVIA *bengalensis König MS.*; fruticosa; foliis lineari-ovatis, lanceolatis, integerrimis; racemis e verticillis distinctis multifloris: antherâ singulâ ad singulam filamentorum divisionem. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 146. *n.* 1.

Caulis raro erectus, lignosus, saepius crassitie brachii, corticе fisso, dehiscente: rami juniores teretes, pubescentes. Folia fere SALVIAE *officinalis*, hâcque magis aromatica. Racemi terminales, saepius compositi. Verticilli approximati, globosi, multiflori. Cal. gibbus, pubescens, 3-4-dentatus. Cor. alba, labio utroque recurvo s. patente. Filamenta saepe 3-4, apice bifida, et laciniâ singulâ antherâ ovatâ. *Roxb.* l. c. *Ad littora Coromandel.* D. *Parsons.* ♄.

26d. SALVIA *brachiata Roxb.*; annua, erecta, brachiata; foliis oblongis, crenatis, tomentosis; racemis e verticillis 6-floris; seminibus in receptaculo (carnoso) elevato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 146. *n.* 2.

Caulis tetragonus, sulcatus, pubescens, 1-2 ped., ramis adscendentibus. Folia in petiolum decurrentia, undulata, rugosa, subtomentosa, 2-3 poll. Racemi terminales longi: bracte

6 sub verticillo singulo. Flores parvi, pallide purpurei. *Roxb. l. c.* *In humidis Indiae.*

26 e. Salvia *splendens Sellow;* calycibus campanulatis, trilobis, coloratis; verticillis trifloris, subnudis; foliis deltoidibus, acuminatis, serratis. *Nees* ab *Esenb.* in *Princ. Neuwied Reis. App.*

Affinis S. *reglae Cav.* *Circa Cabo Frio.*

Pag. 223. n. 27. Salvia *occidentalis.* Addatur synonymon: S. caule herbaceo, hirto; foliis ovatis, subcuneatis, crenato-serratis, supra (adpresso-) hirtis, subtus (sub) pubescentibus; verticillis subsexfloris, distantibus; calycibus piloso-glandulosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 234. *n.* 14.

Rami hirti; pilis sparsis, reflexis. Folia basi in petiolum angustata, subtus subpubescentia, praesertim in venis. Spicae terminales, solitariae, graciles, verticillatae. Bracteae ovatae, acuminato-subulatae; pubescentes, floribus breviores. Calyx tubuloso-campanulatus, striatus, bilabiatus; labio superiore obtuso, integro; inferiore bifido, laciniis subulatis. Corolla haud suppetit. *Prope Havam in Insula Cuba.* ♃.

n. 28. Salvia *pseudococcinea.* Addatur synonymon: S. caule fruticoso, erecto; ramis pilosis, foliis oblongo-ovatis, acutis, subcordatis, crenatis, subtus cano-pubescentibus; verticillis subsexfloris, distantibus; bracteis oblongolanceolatis, acuminato-subulatis, pubescentibus; calyce pubescente brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 239. *n.* 30.

In Nova Andalusia, declivitate montis Fumiriquiri, alt. 520 hex. ♄.

Pag. 224. n. 29. Salvia *Boosianae* addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 224. Salvia *amoena Sims;* caule fruticoso; foliis cordatis, crenato-serratis, rugosis, undulatis, subtus pallidis; calycibus trifidis; racemis terminalibus verticillatis, ebracteatis. *Bot. Mag. t.* 1294. (fide *Jacquin.*) *Bot. Repos.* 446. S. *violacea Donn H. Cantabr. edit.* 4. *p.* 8. An S. *melissaefolia Cat. H. Paris* quaerit *Poiret Enc. Suppl.* V. *p.* 49.

Obs. Non occurrere in *Herb. Bonpl. Kunth* in *Humb.* et *Bonpl. Nov. Gen.* II. *p.* 246. Caulis obtuse quadrangulus, ad genicula tumidus, ramosus. Folia pendula, saturate viridia, vix pubescentia, acuminata, 3-4 poll., 1 1/2 poll. lata, longitudine petiolorum: superiora ramorum florentium verticillata. Verticilli 6-flori, floribus brevissime pedunculatis. Cal. labium superius integrum, acutum, apice subreflexum, glabrum. Cor. calyce duplo longior, fere pollicaris, laete violacea; labium superius extus pilosum, apice subrecurvum; inferius dependens, trilobum, lobis subaequalibus, obtusis. Stamina corollâ breviora: antherae purpureae, polline flavo. Stylus purpureus, exsertus, pubescens:

stigmata revoluta. Affinis S. *amethystinae Smith*, sed diversa foliis subtus non tomentosis, caulibus magis fruticosis, ramosisque. Foliis convenit cum S. *tubiflora Smith*, sed floribus abunde diversa. S. *violacea Vahl* est planta annua, valde distincta. In India occidentali. ♄.

Pag. 224. n. 30. SALVIAE *roseae* addatur:

Obs. SALVIAM *roseam* a *Klein* missam non habere folia glabra in *Herb. Willd.*, sed tomento gaudere tenui; a *coccinea* tamen differre foliis cordatis minus tomentosis, calycibusque fere glabris. Interea adjacent specimen a *Roxb.* missum vix a *coccinea* discernendum. *Link Jahrb.* 1, 2. p. 67. Etiam div. *Roxburgh Fl. ind.* SALVIAM *roseam Vahl* eandem esse monet cum *coccinea* (HORMINO *coccineo Mönch*), et americanam esse plantam.

Pag. 225. n. 35. SALVIA *mexicana*. Addatur synonymon:

S. caule herbaceo, ramoso, erecto, pubescente; foliis ovatis, acuminatis, dentato-serratis, supra pubescentibus, subtus tenuissime cano-tomentosis; verticillis multifloris, remotis; calycibus pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. p. 235. n. 18. SCLAREA *mexicana* Mill. JUNGIA *altissima* Mönch.

Rami pubescentes pilis reflexis. Folia 2-5 poll., basi acuta, apice basique integerrima. Petiolus 1/2 poll., pubescens. Spicae 3-5 poll., terminales et axillares, verticillatae. Bracteae ovatae, acuminato-subulatae, pubescentes, calyce paulo longiores, deciduae. Calyx campanulato-tubulosus, striatus, bilabiatus; labio superiore acuto, integro; inferiore bifido; laciniis acuminatis. Corolla violacea (1 1/2 poll. *Link*); labio superiore galeato, villoso-pubescente. *Prope Pazcuaro Mexicanorum*, *locis temperatis*, alt. 1130 hex. ♃.

Pag. 226. n. 37. SALVIAE *chamaedryoidi* addatur synonymon *Link Enum. alt.* I. p. 11.

Cor. 6-7 lin.

Pag. 226. n. 38. SALVIA *caesia*. Addatur synonymon:

S. caule fruticoso, erecto, pubescente; foliis oblongo-ovatis, acuminatis, serratis, subtus cano-pubescentibus; spicis paniculatis, secundis; verticillis multifloris, approximatis; bracteis calyce brevioribus, caducis; calycibus hirtis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. p. 238. n. 27. *Link Enum. alt.* I. p. 11., et hoc teste: S. *polystachya Willd. Enum.* 40. et S. *lineatifolia Lagasca Gen.* p. 2. *Syst. Veg. ed. nostr.* p. 582, ubi ergo delenda.

Frutex ramis tetragonis, pubescentibus. Folia petiolata, 2 poll. (3 poll. *Link*) basi rotundata, supra glabriuscula. Petioli 1/2 poll., pubescens, basi biglandulosus. Spicae verticillatae, paniculatae, floribus secundis. Calyx tubuloso-campanulatus, bilabiatus, striatus, labio superiore acuminato, inferiore bifido, laciniis subulatis. Corolla (6 lin. *Link*) ut in SALVIA *polystachya* caerulea, superne pilosa. Stamina inclusa. Stylus vix e

sertus. *Ad littora lacus Pazcuarensis in declivitate occidentali montium Mexicanorum*, alt. 1130 hex. ♄. A SALVIA *polystachya Orteg.* vix diversa, nisi habitu, caule glabriore, foliis angustioribus, subtus pubescentibus, nec tomentoso-pubescentibus, spicis tenuioribus calycibusque hirtis, nec cano-hirtis.

n. 42. SALVIA *procumbens*. Adde synonymon:
S. caule herbaceo, ramosissimo, procumbente, radicante, bifariam piloso; foliis ovatis, utrinque acutis glabrisque, crenato-serratis; verticillis 8- aut 10-floris, distantibus; calycibus piloso-glandulosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 235. *n.* 15.

Rami bifariam pilosi. Folia 1 1/2 poll. Petiolus 3 lin., pilosiusculus. Spicae 4-5 poll. Bracteae ovatae, acuminato-subulatae, pubescentes, calyce paulo breviores. Calyx campanulatus, striatus, bilabiatus; labio superiore integro, acuto; inferiore bidentato; dentibus acutis. Corolla haud suppetit. *In locis salsis ad litus Oceani Pacifici juxta Patibilcam Peruvianorum.* ♃.

Pag. 227. n. 45. SALVIA *integrifolia*. Huic subjungatur:
45 a. SALVIA *lanata Roxb.*; herbacea, tetragona, villosa; foliis sessilibus, ovato-oblongis, integerrimis, lanatis; floribus verticillatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 147. *n.* 3. S. *integrifolia Hardwicke Asiat. Research.* VI. *p.* 349.

In monte altissimo prope Adwaane in via a Hurdwar ad Sirinagur.

Pag. 228. n. 46. SALVIA *triangularis*. Addatur descriptio ex *Thunberg Fl. cap. MS. n.* 6.

Caulis herbaceus, erectus, omnibus partibus hirsutus, pilis albis, bipedalis. Rami et ramuli oppositi, divaricati, flexuoso-erecti. Folia opposita, petiolata, cordata, triangulari-spathulata, patentia, vix pollicaria. Petioli longitudine folii. Florum verticilli remoti, pedunculati. Pedunculi reflexi. Calyces angulati, aristati, corollà paulo breviores. Distinguitur facile a S. *aurita*: 1. petiolis absque auriculis. 2. caule ramoso.

Pag. 228. n. 48. S. *hispanicae* addatur synonymon:
S. caule herbaceo retrorsum pubescente; foliis ovatis, serratis, acuminatis, basi acutis, pubescentibus; verticillis suboctofloris, approximatis; calycibus albido-pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 233. *n.* 9. *Bot. Reg.* 359.

Crescit in Regno Quitensi prope Chillo, alt. 1315 hex. ⊙. An reverà *hispanica* europaea?

Pag. 229. n. 50. SALVIAE *praecoci* addatur synonymon:
HORMINUM *suaveolens Mönch.*

Obs. SALVIAM *praecocem* nec in Horto, nec in *Herb. Willd.* differre a *spinosa*, nisi quod subinde magis hirsuta. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 58.

n. 50 a. SALVIA *scordioides Hort. Paris.*; caule glanduloso, hirsuto; foliis ovato-lanceolatis, obtusis, crenulatis, rugosissimis, tenui-tomentosis, virentibus; racemis (anthuris) elongatis; floribus subsessilibus; calycibus tridentatis, oblongis. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 57.

Glutinosa, fragrans. Flores parvi, caerulei. *Habitat?* Huic subjungantur:

n 50 b. SALVIA *Betonica Herb. Willd.*; caule herbaceo, (sub) simplici, cano-pubescente; foliis oblongis, acutiusculis, basi angustatis, crenato-serratis, concoloribus, superne scabriusculis; spicâ oblongâ, longissime pedunculatâ; verticillis (arcte) approximatis, multifloris; calycibus pilosis. S. *elongata Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 232. *t.* 139. *n.* 5.

Caulis tetragonus, striatus, pilis reflexis. Folia breviter petiolata, subtus glabriuscula, venis pubescentibus, 1 1/2 poll., valde remota; internodiis 6-7 poll. Spica verticillata, 1 1/2-2 poll. Flores vix 4 lin. Bracteae ovato-lanceolatae, calycem subaequantes, persistentes. Calyces tubulosi, striati, bilabiati; labio superiore integrò, acuto; inferiore bifido; laciniis acutis. Corolla violacea; tubo calycem paulo superante; labio superiore subgaleato, emarginato, externe pubescente; inferiore triplo longiore, trilobo; lobo intermedio magno, emarginato; lateralibus abbreviatis. *In declivitate montium occidentalium Novae Hispaniae inter Ario et Aguasarco*, alt. 850 hex. ♃.

Obs. Nomen mutandum ob *elongatam Spreng.*, quae expungenda in editione nostra *S. V.* T. I. *p.* 145, utpote eadem cum *lusitanica*.

n. 50 c. S. *collina Humb.* et *Bonpl.*; fruticulosa; ramis foliisque subtus albo-tomentosis, supra pubescentibus, lanceolato-oblongis, obtusiusculis, basi acutis, crenatis; spicâ longe pedunculatâ; verticillis multifloris, approximatis; calycibus albo-tomentosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 232. *n.* 6. SALVIA *saligna Willd. Herb.*

Fruticulus erectus, ramosus, odoratissimus, ramis tetragonis, inferioribus saepe decumbentibus. Folia breviter petiolata, supra viridia, pubescentia, pollicaria. Spicae terminales, verticillatae; verticillis inferioribus distantibus. Bracteae lanceolatae, tomentosae, caducae. Calyces campanulati, striati, bilabiati; labio superiore ovato, integro, acuto; inferiore bipartito; laciniis acuminatis. Corollae in specimine suppetente deciduae, caeruleae; labio inferiore albo maculato ex *Bonpl. In collibus siccis montium Quitensium prope Riobamba Nuevo*, alt. 1482 hex. ♄.

n. 50 d. S. *cupheaefolia*; *Humb.* et *Bonpl.*; caule her-

baceo, bifariam piloso; foliis ovato-ellipticis, obtusiusculis, basi acutis, crenatis, (utrinque) glabris, margine hirtis; verticillis bifloris, valde remotis; calycibus glabris, ciliatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 233. *n.* 7.

Caulis 1 1/2 ped., ramis tetragonis, purpurascentibus, glabris, lineis duabus oppositis, pilosis. Folia petiolata, basi acuta et integerrima, margine pilis albis, brevibus 6-9 lin. longa. Petioli 4-6 lin. longi, glabri, margine membranacei. Spicae terminales, verticillatae, 4 poll. Pedunculi pilis patentibus apice glanduliferis. Pedicelli albo hirti. Bracteae ovato-lanceolatae, longe acuminatae, glabrae, margine ciliatae, caducae, calycem subaequantes. Calyces tubulosi, sulcato-striati, bilabiati; labio superiore ovato, integro, acuto; inferiore bifido; laciniis acutis. Corollae haud suppetunt. *In sylvis Peruviae.* ♃.

Pag. 229. n. 50 e. S. *rufula Humb.* et *Bonpl.*; caule suffruticoso, erecto, rufo-tomentoso; foliis ovatis, acuminatis, basi angustatis, (argute) serratis, subtus rufo-pubescentibus; verticillis subsexfloris, distantibus; calycibus pilosiusculis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 235. *n.* 16. S. *rufida Herb. Willd.*

Caulis 3 ped., ramis tetragonis, rufo-tomentosis. Folia petiolata, basi apiceque integerrima, reticulato-venosa, supra pilis parvis conspersa, 2-3 poll. Petioli 4-5 lin., canaliculati, rufo-tomentosi Spicae terminales et axillares, solitariae, 3-4 poll, verticillis 6-10 floris. Bracteae ovatae, acuminato-subulatae, pubescentes, ciliatae. Calyx bilabiatus, pilis sparsis obsitus; labio superiore integro, acuto; inferiore bifido. Corolla purpurascens; labio superiore pubescente. Genitalia inclusa. *In Andibus subfrigidis Quinduensibus prope Las Gallegos*, alt. 1382. (Regno Novo-Granatensi.) ♄.

50 f. S. *tolimensis Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto, rufo-pubescente; foliis ovato-lanceolatis, utrinque acutis, (inaequaliter) crenato-serratis, subtus dense (rufo-) pubescentibus; verticillis subsexfloris, distantibus; calycibus hirtis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 235. *n.* 17. S. *reticulata Willd. Herb.*

n. 40 h. V. *Clematitis Humb.* et *Bonpl.;* frutico scandens; ramis teretibus, glabris; foliis ovatis, triplinervibus, subintegerrimis, membranaceis, glabriusculis; paniculis ramosissimis; ramis divaricatis; corollis 5-fidis; staminibus exsertis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 327. *Herb. Willd. Link Jahrb.* 1. 3. *p.*

Folia obtusiuscula, basin versus obsolete denticulata, 12-16 l. 9-10 lin. lata. Petioli 3-5 lin., canaliculati, ciliati. Panicu terminales, sessiles, ramis oppositis, dichotomis, teretibus, pubescentibus. Bracteae oblongae, acutae, pubescentes. Flores alares et terminales, solitarii, sessiles, magnitudine *tomentosae*. Cor. campanulato-infundibuliformis, externe

bescens, laciniis subrotundis, obtusis, aequalibus, uninervibus, gibbere nullo. Stylus longitudine staminum, stigma trifidum. *In alpinis Nov. Granat. prope Paramo de Saragura et juxta Mulalo Quitensium.* ♄!

n. 40 i. V. *crassifolia Humb.* et *Bonpl.*; fruticosa, scandens; ramis teretibus, glabris; foliis ovato-ellipticis, obtusis, integerrimis, subcarnosis, glabris; corymbis trichotomis, divaricatis; corollis 5-fidis; staminibus inclusis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 328. *t.* 274.

Folia basi in petiolum decurrentia, 2 poll., 13-14 lin. lata. Petioli 6-8 lin. canaliculati, glabri. Corymbi terminales, ramis divaricatis, ramulisque subpubescentibus, dichotomis. Bracteae lanceolatae, acuminatae, ciliatae. Flores alares et terminales, solitarii, sessiles paulo majores quam in V. *clematitide.* Cor. infundibuliformi-campanulata, basi gibba, alba, externe pilosa, tubo nullo, laciniis suborbiculatis, obtusis, aequalibus. Stylus exsertus. Stigma trifidum; laciniis revolutis. *Kunth l. c. In alsis juxta villam La Erre et pagum Sebondoi Nov. Granat.* ♄.

n. 40 k. V. *laurifolia Humb.* et *Bonpl.*; fruticosa; ramis teretibus, glabris, junioribus tetragonis; foliis ovato-oblongis, acuminatis, integerrimis, subcoriaceis, glaberrimis, nitidis; paniculis ramosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 328.

Simillima *crassifoliae*, foliis praecipue diversa. Folia basi acuta, 1 1/2-2 poll. Petioli 1/2 poll., canaliculati, glabri. Paniculae terminales, ramis oppositis, dichotomis, ramulisque pubescentibus. Bracteae lanceolato-lineares, pubescentes. Flores monoici. *Mutis.* Specimen unicum in herbario a *Bonpland* in Americam translato: florum structura igitur denuo examinanda. *Kunth* l. c. *In alpinis Nov. Granatens. Mutis.* ♄.

pg. 359. n. 43. VALERIANAE *pilosae* subjungantur:

n. 43 a. V. *longifolia Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, tereti, (tenuissime) pilosiusculo; foliis integerrimis, coriaceis, glabris: radicalibus lineari-lanceolatis, petiolatis; caulinis linearibus, sessilibus; paniculâ ramosâ; corollis 5-fidis; staminibus exsertis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 330.

α. caule pedali; foliis radicalibus tripollicaribus.

β. caule 3 ped.; foliis radicalibus pedalibus.

Caulis erectus, sulcato-striatus. Folia radicalia in petiolum glabrum decurrentia, obtusiuscula, trinervia; caulina basi subconnata et pilosiuscula, obtusiuscula, glabra, in *α* pollicaria, in *β* 5-6 poll. Panicula ramis dichotomis, pilosiusculis, capitato-conglomeratis. Bracteae oppositae, lineares, obtusae, glabrae, ciliatae. Flores in ramulis alares et terminales, solitarii, sessiles, magnitudine FEDIAE *dentatae.* Cor. infundibuliformis, gibba, alba, glabra, tubo brevi, laciniis ovatis, ob-

tusis, aequalibus. Filamenta basi dilatata. Stylus subexsertus. Stigma clavatum? Proxima V. *pilosae*. *β*. V. *plantagineae* valde similis: an species distincta? *Kunth* l. c. *Prope S. Fe de Bogota, alibique in alpestribus Nov. Granat.* ♃

n. 43 b. V. *plantaginea* *Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, erecto, tetragono, sulcato, glabro, nodis pilosis; foliis integerrimis, coriaceis, glabris: radicalibus oblongo-spathulatis, petiolatis; caulinis lanceolatis, sessilibus, basi connatis; paniculis ramosis; corollis 5-fidis; staminibus exsertis; akeniis glabris. *Humb.* et *Bonpl.* *nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 329.

Rad. fusiformis. Caulis 4-6 ped., crassitie pollicis. Folia radicalia pedalia, petiolo lato, canaliculato, ciliato, acuta, ca lina acuta, denticulata, coriacea, 4-6 poll. Paniculae terminales et axillares ramis oppositis, dichotomis, hirtis; ramulis capitato-glomeratis. Bracteae oppositae, glabrae, inferiores lanceolatae, acutae, superiores obovatae, saepius obsolete tridentatae. Flores sessiles. Cor. alba ut anthera. Sem. oblonga, compressa, hinc convexa, unicostata, inde angulata, fuscescentia, 2/3 lin. Pappus radiis capillaceis plumosis, paucis, fructu longioribus. In axillis foliorum mater glutinosa. *In Andibus Quitensium in alta planitie Antisanae et in declivitate occidentali Pichinchae.* ♃.

n. 43 c. V. *procera* *Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, sulcato, glabro; foliis caulinis sessilibus, ovatis, cordatis, valde acuminatis, argute dentatis, rigidis, glabris; paniculis ramosissimis; akeniis villoso pilosis. *Humb.* et *Bonpl.* *nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 329.

Caulis crassitie digiti minoris. Folia radicalia?, caulina amplexicaulia, apicem versus integerrima, 1/2 ped. Paniculae terminales et axillares pedunculatae, ramis oppositis, dichotomis, glabris, nodis pilosis. Bracteae oppositae, lanceolatae, acuminatae, uninerves, glabriusculae. Flores alares terminales, solitarii, sessiles. Corolla? Sem. ovato-elliptica compressa, hinc 1-inde 3-costata, lineae. Pappus 11-12 radiatus, radiis plumosis, semen duplo superantibus. *Kunth* *l. c.* *In r. mexicano prope Pazcuaro.* ♄.

n. 43 d. V. *urticifolia* *Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, erecto, tereti, hirto; foliis subrotundo-ovatis, subcordatis, acutis, dentatis aut sinuato-dentatis, supra pilosiusculis: inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus; paniculà ramosâ; corollis 5-fidis; staminibus exsertis. *Humb.* et *Bonpl.* *nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 330.

Habitus VERONICAE *urticifoliae*. Rad. tuberosa, globosa, simplex. Caulis pedalis. Folia membranacea, subtus glabriuscula, 9-12 lin. longa et lata. Petioli 1/2 poll., pilosiusculi. Panicula ramis dichotomis pubescentibus. Bracteae oppositae, lanceolato-subulatae, ciliatae. Flores alares et terminales, solitarii, sessiles magnitudine *longifoliae*. Cor. infundib

formis, basi gibba, alba, glabra, tubo longo; laciniis oblongis, obtusis, margine undulatis, aequalibus. Stylus exsertus. Stigma 2-3 fidum. *Kunth* l. c. *In frigidis Novi Granat. prope Almaguer et convallem Guaytarensem, et prope Loxam Peruviae.* ♃. An haec fors V. *veronicaefolia Herb. Willd.*

Pag. 360. n. 46. VALERIANAE *rigidae* addatur synonymon: V. acaulis; foliis stellato-congestis, linearibus, pungentibus, integerrimis, coriaceis, glabris; corymbis confertis, capituliformibus; corollis trifidis; staminibus exsertis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 324.

Cespitosa. Rad. fusiformis, crassitie digiti. Folia radicalia creberrima, patentia, basi vaginata, acuminato-mucronata, uninervia, nitida, nervo subtus piloso, basin versus ciliata, 3 fere poll., 3 lin. lata. Vaginae membranaceae, subciliatae. Scapi radicales, crebri, pollicares, glabri Corymbi tripartiti, contracti. Bracteae oppositae, ovato-lanceolatae, pungentes, inferne membranaceae, connatae et ciliatae, corymbum longitudine subaequantes. Flores sessiles magnitudine ASPERULAE *cynanchicae.* Cor. infundibuliformis alba, glabra, tubo longissimo, limbo trifido, laciniis oblongo-ellipticis, obtusis, subaequalibus. Stylus exsertus. Stigma indivisum. Folia in speciminibus ad radicem Chimborazo minora, nervo glabra. *Kunth* l. c. *In regno Quitensi ad radicem Chimborazo et Peruvianorum.* ♃.

n. 47. VALERIANA *obovata;* acaulis; radice fusiformi; foliis radiatis, lineari-spathulatis, obtusis, hirsute pilosis. *Nuttall Gen. p.* 21 sub PHYLLACTI *obovata.*

Flores non visi. *In collibus siccis circa pagum Arikaree ad ripas Missouri.*

Obs. In *Herb. Willd.* asservari adhuc VALERIANAM *laevigatam Humb.* et *Bonpl.* in *nov. gen.* non descriptam; ASTREPHIAS 7; PHYLLACTES 2.

120. FEDIA.*)

Pag. 360. n. 1. FEDIAE *Cornucopiae* addatur synonymon: *Bot. Reg. t.* 155. FEDIA *incrassata Mönch.* (fide *Steudel.*)

n. 3. FEDIA *echinata.* Addatur synonymon: F. bracteis lanceolatis, glabris, margine scabriusculis; fructu compresso subtriquetro: apice dentibus tribus reflexo-uncinatis. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 34. *Stev. Mem. Soc. mosqu.* V. *p.* 353. *Link Enum. alt.* I. *p.* 36.

Folia in hac plerisque e congeneribus breviora, latiora, etiam inferiora dentata. Caules fistulosi, ramis dichotomiae apicem

---

*) Cl. *Link* in *Enum. alt.* I. *p.* 65. 66. FEDIAS omnes VALERIANELLAS dicit.

versus valde incrassatis. Capitula densa, minora, bracteisque arctius quam in affinibus obvallata. Fructus glaber, oblongus compressus: dente apicis unico valido reflexo arcuato, basi altero simili, et multo breviore adstante, et tertio minimo altero, interdum obliterato. *M. a. B.*

Pag. 361. n. 4. Fedia *olitoria*. Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. ups. p.* 14. *Svensk. Bot. t.* 231. F. bracteis oblongis, obtusiusculis, margine ciliato-scabris; fructu compresso-orbiculato, glabriusculo, utrinque bistriato, obscure tridentato. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc.* 3. *p.* 27., et, hoc teste, *Steven Mem. Soc. Nat. Cur. mosqu.* V. *p.* 343. *n.* 1. Fed. *striata Stev.* ibid. II *p.* 173. *n.* 5. Valeriana *Locusta Engl. Bot. t.* 811. Excludatur in *Syn. nostr. Decand. Fl. franc.* 3330 praeter *a.*

n. 4 a. Fedia *costata Stev.*; bracteis oblongis, obtusiusculis, margine glabris; fructu subrotundo, compressiusculo obtusissimo, glabro, utrinque profunde bisulcato. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 28. *Steven Mem. mosqu.* V. *p.* 344. *n.* 2.

Proxima *olitoriae;* differt staturâ quidquam minore; bracteis glaberrimis; corollâ minore; fructu fere duplo minore, minus compresso, formâ fere melonis costati. *Stev.* Fructus sub lente asperiusculus. *M. a Bieb. l. c.* *In vineis vallis Sudac Tauriae meridionalis.* ⊙.

4 b. Fedia *turgida Stev.*; bracteis oblongis, obtusiusculis, ciliatis; fructu hemisphaerico, convexo, concavo submutico, glabro. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 28. *Stev. Mem. mosqu.* V. *p.* 345. *n.* 3. Fedia *olitoria Stev. Mem. mosqu.* 2. *p.* 178. *Lam.* et *Decand. Fl. fr.* 3330 (sub Valerianella.) *Cat. Hort. Gorenk.* 1812 *p.* 43.

Facies *olitoriae.* Dignoscitur caule angulis magis exasperato, foliis superioribus basi latioribus, saepius dentatis; bracteis evidentius ciliatis et praesertim formâ fructus. In hac loculi steriles magis quam in congeneribus turgent, unde fructus tricoccus apparet. *M. a Bieb.* *Passim per Tauriam atque Caucasum.*

Pag. 361. n. 5. Fedia *carinata*. Addatur synonymon: F. bracteis oblongis, obtusiusculis, margine denticulato scabris; fructu oblongo, curvulo, obtuso, submutico, glabro. *M. a Bieb. Suppl taur. cauc. p.* 29! F. fructu subcylindrico, hinc concavo, latere utrinque sulco longitudinaliter exarato: apice denticulo obsoleto. *Stev. Mem. mosqu.* V. *p.* 346. *n.* 5.

Dignoscitur glabritie omnium partium, praeter bractearum marginem cartilagineo-denticulatum, foliis omnibus integerrimis

fructu (abortientibus loculis) veluti naviculari, apice angulo inprimis uno protuberante quidquam inaequali et obtuse subdentato. *M. a Bieb. Ad fluvium Terek.* ⊙.

Obs. Huc fore FEDIA *quadrangularis*, species indescripta ex Pannonia, affinis *olitoriae*, sed pilis sparsis solitariis in caule et ad marginem foliorum, capsulâ oblongâ tetragono-prismaticâ. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 67. Cl. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 410 *F. carinata* fore tantum *olitoriae* varietas videtur.

Pag. 361, n. 6. FEDIA *dentata*. Addatur synonymon: F. bracteis subulatis, glabriusculis, cartilagineo-serrulatis; fructu glabro, ovato, apice oblique urceolato: dentibus urceoli 1 - 5 inaequalibus, rectis. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc. Suppl. p.* 31. *Steven Mem. mosqu.* V. *p.* 347. VALERIANELLA *campanulata Bernard Bivon. Stirp. rar. sicul. manip.* 4. *n.* 45. fide *Sprengel.*

β. fructu setulis brevibus patentibus hispido. *Koch* et *Zitz Catal. p.* 17.

Praeter fructum *dasycarpae* ita similis, ut aegre dignoscatur. Fructus evidenter costatus, costâ hinc unicâ, illinc quinque. *M. a Bieb. l. c.* *β* discrepat a VALERIANELLA *eriocarpa Lois.*, hac notâ affini, figurâ fructus et magnitudine coronae; fructus in *β* ovati, superne in coronam fructu ipso triplo angustiorem sensim attenuati, cum in *eriocarpa* fructus superne parum tantum attenuantur in coronam abeuntes longitudine et latitudine fructum fere aequantem. Koch et *Zitz.*

Pag. 362. n. 7. FEDIA *discoidea*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 64.

Folia summa pinnatifida: calyx nervosus, 12-dentatus, dentibus apice uncinatis, capsulâ hirsutâ. *Link* l. c.

Pag. 362. n. 9. FEDIAE *hamatae* addatur:

Obs. Specimina omnia FEDIAE *coronatae Willd. Enum.* gaudere dentibus apice hamatis; an ergo huc? Se *coronatam* dentibus rectis non vidisse *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 67. Etiam cls. *Poiret* hanc tantum *coronatae* varietatem esse monet *Enc. Suppl.* V. *p.* 410.

Pag. 362. n. 10. FEDIA *coronata*. Addatur synonymon: F. bracteis lanceolatis, pubescentibus, ciliatis; fructu villoso, subtetragono, apice urceolato: urceoli dentibus subsenis, patulis, basi membranaceis, apice uncinatis. *M. a Bieberst. Suppl. taur. cauc. p.* 32. *Fl. taur. cauc. n.* 71. *Steven Mem. mosqu.* V. *p.* 350. *β.* calycibus hirsutissimis. *Lapeyr. Abr. pl. Pyr. Suppl.* 8.

Habitus et inflorescentia conferta F. *olitoriae* et affinium nec proxime praecedentium. Folia saepius dentata. Urceoli fructum coronantis dentibus sex principalibus interponuntur quandoque alii minores, pariter uncinulati. *Moris. hist.* 3. *sect.* 7. t. 16. f. 19. vulgo ad *discoideam* citatam apprime respondere, nec differe specimina *discoidea* gallica, quo dubia cli

tusis, aequalibus. Filamenta basi dilatata. Stylus subexse tus. Stigma clavatum? Proxima V. *pilosae*. β. V. *plantaginea* valde similis: an species distincta? *Kunth* l. c. *Pro S. Fe de Bogota, alibique in alpestribus Nov. Granat.*

n. 43 b. V. *plantaginea Humb.* et *Bonpl.*; caule her baceo, erecto, tetragono, sulcato, glabro, nodis pilosis foliis integerrimis, coriaceis, glabris: radicalibus oblong spathulatis, petiolatis; caulinis lanceolatis, sessilibus, ba connatis; paniculis ramosis; corollis 5-fidis; staminibus e sertis; akeniis glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. re Kunth* III. *p.* 329.

Rad. fusiformis. Caulis 4-6 ped., crassitie pollicis. Folia r dicalia pedalia, petiolo lato, canaliculato, ciliato, acuta, c lina acuta, denticulata, coriacea, 4-6 poll. Paniculae term nales et axillares ramis oppositis, dichotomis, hirtis; ram lis capitato-glomeratis. Bracteae oppositae, glabrae, in riores lanceolatae, acutae, superiores obovatae, saepius solete tridentatae. Flores sessiles. Cor. alba ut anther Sem. oblonga, compressa, hinc convexa, unicostata, inde gulata, fuscescentia, 2/3 lin. Pappus radiis capillaceis plu sis, paucis, fructu longioribus. In axillis foliorum mate glutinosa. *In Andibus Quitensium in alta planitie A tisanae et in declivitate occidentali Pichinchae.* ♃.

n. 43 c. V. *procera Humb.* et *Bonpl.*; caule her ceo, sulcato, glabro; foliis caulinis sessilibus, ovatis, c datis, valde acuminatis, argute dentatis, rigidis, glabr paniculis ramosissimis; akeniis villoso pilosis. *Hum* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 329.

Caulis crassitie digiti minoris. Folia radicalia?, caulina am xicaulia, apicem versus integerrima, 1/2 ped. Paniculae minales et axillares pedunculatae, ramis oppositis, dich mis, glabris, nodis pilosis. Bracteae oppositae, lance tae, acuminatae, uninerves, glabriusculae. Flores alare terminales, solitarii, sessiles. Corolla? Sem. ovato-ellipt compressa, hinc 1-inde 3-costata, lineae. Pappus 11-12 diatus, radiis plumosis, semen duplo superantibus. *Hu l. c.* *In r. mexicano prope Pazcuaro.* ♄.

n. 43 d. V. *urticifolia Humb.* et *Bonpl.*; caule h baceo, erecto, tereti, hirto; foliis subrotundo-ovatis, s cordatis, acutis, dentatis aut sinuato-dentatis, supra losiusculis: inferioribus petiolatis, superioribus sessilib paniculà ramosâ; corollis 5-fidis; staminibus exse *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 330.

Habitus VERONICAE *urticifoliae*. Rad. tuberosa, globosa, plex. Caulis pedalis. Folia membranacea, subtus glab cula, 9-12 lin. longa et lata. Petioli 1/2 poll., pilosius Panicula ramis dichotomis pubescentibus. Bracteae oppo lanceolato-subulatae, ciliatae. Flores alares et termin solitarii, sessiles magnitudine *longifoliae*. Cor. infundib

Stev. Mém. mosqu. V. p. 348. FEDIA *Morisonii Spreng. pugill.* I. p. 4. n. 6. *Wallroth Fl. halens. Suppl.* 3. n. 7. (uterque fide *M. a Bieberst.*, cui huc quoque:) F. *dentata Fl. taur. cauc.* n. 70 (exclusis synonymis praeter *Morison S.* 7. *t.* 16. *f.* 35.)

Habitus gracilis, ob ramos, dichotomiae longiores, sursum vix incrassatos. Folia etiam superiora saepius integerrima, attamen quandoque supra basin dente uno alterove. Fructus costis oblitteratis, ut pene teres; dente apicis minimo, cui tamen opponuntur quatuor alii fere microscopici. F. *mixta Vahlii*, quoad fructum similis, foliis imis bipinnatifidis manifeste discrepat. *M. a B.* l. c. *Frequens in Tauria et Iberia; etiam in Podolia Besser, qui* FEDIAM *conicam Lois. huc trahit.*

Pag. 366. n. 22. FEDIA *exscapa.* Addatur synonymon: F. acaulis; glaberrima; fructibus radicalibus sessilibus, obovatis, costatis; apice protruso subquinquedentato. *Steven Mem. mosqu.* V. p. 354. n. 13. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc.* p. 33. VALERIANELLA *exscapa Stev. Mem. mosqu.* 3. p. 251.

Pusilla. Folia omnia radicalia, lineari-spathulata, glabra, glaucescentia, basi vaginantia flores radicales glomeratos. Fructus oblongus, sursum paulo crassior, mox in collum brevissimum coarctatus, leviter sulcatus, coronatus dentibus sex oblongis, crassis, rectis, ipso multo brevioribus, alternis minoribus, bilocularis: loculo utroque fertili. *M. a Bieb.*

n. 23. FEDIA *muricata.* Deleatur: est enim *eriocarpa.*

Pag. 366. n. 24. FEDIA *tridentata.* Addatur synonymon: F. bracteis lanceolatis, pubescentibus, ciliatis; fructu subhemisphaerico, glabro, hinc excavato-umbilicato, apice retuso; dentibus tribus brevibus, inaequalibus. (tertio majore.) *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc.* p. 29. *Stev. Mem. mosqu.* V. p. 346. n. 4. *et* 2. p. 178. *t.* 11. *f.* 7. (fructus justo angustior.) *Link Enum. alt.* I. p. 63. (Excludatur β *lasiocarpa.*)

Folia angustiora quam in *turgida* et *carinata*, nunc omnia integerrima, nunc inferiora obiter dentata, summa integerrima aut basi pinnatifida. Bracteae late albo-marginatae. Fructus *turgidae* similis. *M. a Bieb.* *In Tauria ad Terek et Derbentum.* ☉.

n. 25. FEDIA *striata.* Deleatur: est enim *olitoria.*

25 a. FEDIA *lasiocarpa Stev.*; bracteis lanceolatis, pubescentibus, ciliatis; fructu ovato, villoso, hinc umbilicato, apice marginato, inaequaliter subtridentato. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc.* p. 30. *Stev. Mem. mosqu.* V. p. 349. F. *tridentata* β *lasiocarpa* S. V. ed. n. p. 366.

Praeter fructum ita refert F. *tridentatam*, ut aegre dignoscatur.

Fructus dense albo-pilosus, obtusus, margine apicis in lanceolum brevem dilatato, reticulato, dente tertio longiore quarto interdum accedente. *M. a B. l. c.* *Rarius in orientali Caucaso et Tauria.* ⊙.

Pag. 366. post n. 121. AXIAM inseratur:

121 a. SONERILA.

1. S. *maculata Roxb.*; foliis oppositis, inaequaliter (late) cordatis, setoso-maculatis, serrulatis, ciliatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 180. Soneri ila *Rheed. Mal.* IX. *p.* 127. *t.* 65.

6-12 poll. Rad. fibrosa. Caules aliquot pollicum, aetate reclinati. Rami oppositi, caule longiores, inferiores declinati radicantes, omnes teretes, setosi. Folia longe petiolata, nervosa, bullata, maculis numerosis, albis, e quorum centro setae subulata, nervis venisque setosis, 2-6 poll., 1-3 lata. Racemi axillares spirales, pedunculo longitudine petiolorum, profunde tincti, pilosi. Flores e convexa racemorum parte, breviter pedicellati, rubri, setosi. Bracteae subulatae, minutae. Cal. triangularis, tubulosus, persistens. Petala lanceolata utrinque attenuata, cum calycis laciniis alternantia, intus glabra, extus setis aliquot tenuibus, longitudine filamentorum. Nectarium squamae 3 laciniatae circa basin styli. Antherae sagittatae, 1/3 longitudinis filamenti. Germen clavatum, trigonum, seminibus ut in OSBECKIA *chinensi Gaertn.* 2. t. 11 affixis. Stylus longitudine staminum, stigmate simplici. Capsula triangularis, clavata, erecta, 1/2 poll., apice dehiscens. Semina minutissima. *Roxb. l. c.* *In montibus ad fines Bengaliae Eurum versus; in Nepala.* Oleracea.

2. S. *emaculata Roxb.*; foliis oppositis, inaequaliter anguste cordatis, acutis, setosis, concoloribus, serrulatis ciliatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 18[illegible] n. 2.

Characteribus datis, statura minore, pedunculis longioribus binde medio bracteatis distincta a *maculata. Roxb. l.* *In montibus Khassie ad fines Bengaliae Eurum versus*

3. S. *angustifolia Roxb.*; foliis oppositis, inaequaliter oblongo-lanceolatis, utrinque attenuatis, serrulatis, pilosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 182. *n.* 3.

In montibus ad fines Bengaliae Eurum versus.

4. S. *moluccana Roxb.*; subcaulescens; foliis per paria dispositis, integerrimis, pilosis: altero minuto, subrotundo; altero inaequaliter cordato; racemis umbellatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 182. *n.* 4.

In Moluccis.

5. S. *squarrosa Wall.*; caulibus brevibus, teretibus aculeolis numerosis, stipuliformibus, innocuis, foliis

subsessilibus confertis, subverticillatis, cuneato-lanceolatis, serrulatis, glabris, deciduis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 182.

4-6 poll. Rad. fibrosa. Caulis cinereus, crassitie pennae corvi, erectus, tuberculis magnis elevatis, quibus folia affixa, et aculeoli minimi, subulati, axillares, suberecti, 2 lin., maculis interspersi. Rami aliquot, simplices. Folia obscure viridia, subinde in fuscum vergentia, in apice plantae conferta, patentia, subcarnosa, subpunctata, evenia, vix ultra 1/2 poll., acuta, serraturis appressis, setosis, purpurascentibus, basin versus integerrimis et attenuatis in petiolum brevissimum planum cum tuberculo articulatum. Stipulae aculei 2 axillares, oppositi. Racemus terminalis axillarisve in pedunculo filiformi, foliis 2-3-plo longiore. Flores unilaterales in pedicellis brevibus, ratione plantae sat magni, rosei. Cal. quidquam coloratus, angulis pubescentibus, laciniis subcarinatis. Petala ovata, acuta, basi contracta. Filamenta nuda. Antherae rostratae, subulatae, basi cordatae. *Wall. l. c.* *In pinetis montium Khassee, Silhet.* D. *Smith.* ♃.

n. 122. TRIPTERELLA.

Pag. 366. n. 1. TRIPTERELLA *capitata.* Addatur synonymon et diagnosis:

T. caule setaceo; foliis remotis, amplexicaulibus, subulatis; cymis bifidis, floribus confertis, subcapitatis; bracteâ sub singulo flore lanceolatâ, acutâ; angulis calycis non marginatis. *Nuttall Gen. p.* 21.

Segmenta tubi flavicantia, reliqua floris alba. *Nutt.*

2. TRIPTERELLA *caerulea Mühlenb.*; caule setaceo; foliis parvis, subulatis; spicâ cymâve bifidâ floribusve subinde geminis, solitariisque; marginibus capsulae subalatis subcuneatis, apice truncatis. *Nutt. Gen. p.* 22. *Mühlenb. Catalog. Elliot's Sketch of the Bot. of South Carol. et Georg. p.* 43. BURMANNIA *biflora*, flore gemino. *Linn. Spec. p.* 411. *Willd. Spec.* II. *p.* 16. *Mill. dict. n.* 2. *Gronov. virg.* 36.

Flores caerulei. *Rara in stagnis arenosis a Florida ad Virginiam.*

Obs. Genus vix a BURMANNIA distinctum; videtur tamen differe defectu staminum 3 et capsulâ inferâ. *Nuttall l. c.*

123. CROCUS.

Pag. 367. n. 1. CROCO *verno* addatur synonymon:

CR. laciniis corollae obtusis, emarginatis; fauce barbatâ; stylo tubo longiore; stigmatibus inclusis, patentibus, cucullato-involutis; staminibus longioribus. *Hayne getr. Darst.* V. *n.* 26. CR. *vernus.*

a. communis; laciniis erectis, conniventibus, ovato-lan-

ceolatis. *Sims bot. Mag. n.* 1240. Cr. *vernus Engl Bot.*, 344. *Redout. Liliac.* 266.

β. *neapolitanus*; laciniis ovatis; stigmatibus antheras su perantibus. *Sims l. c. Bot. Mag.* 860. Cr. *vernu neapolitanus* s. *caeruleus major Parkins. Parad. p.* 16 *n.* 15. *tb. p.* 163. *f.* b. Cr. *vern. latifol. fl. purp. Ge Emac.* 156. Cr. *vern. latifol. fl. majore Clus. Hist.* 20

γ. *obovatus*; laciniis obovatis, obtusissimis, crenulatis antheris stigmata superantibus. *Sims bot. Mag.* 12 Cr. *obovatus*; piliger; laciniis rotundato-obovatis, inflato incurvis, lateribus alto-imbricatis; stigmatibus latissimi *Haw. in Trans. Hort. Soc.* I. *p.* 133. (qui varietatem a bam, variegatam, purpuream et obscure purpuream enum rat.) Cls. *Link Enum. alt.* I. *p.* 48 (quo rectius d stinguatur a sequente *striato*) notat: spatham unicam, p stillum antheris longius, stigmata tubulosa, laciniulata; c rollam violaceam maculis albis, aut albam maculis viol ceis, aut albam tubo tantum violascente.

In β tunicae externae bulbi radicalis fibrillosae ut in speci Stamina et stigmata aequilonga, et limbo corollae dimid breviora. Variat etiam flore albo. *Bertolon. in litt.* β *Apratig.*

Obs. Cll. *Sebastiani* et *Mauri Fl. Rom. prodr. p.* 16 duas notant v rietates floribus lilacinis: α, scapo solitario; β, scapo gemino; 3-4 poll.; folia ut plurimum scapo solitario breviora, vix lin. lata; c rollae tubus pallens spathâ valde longior; limbus segmentis lato-lanc latis, basi obsolete lineis subfuscis, superius evanidis; stylus stami bus brevior, apice tantum trifidus, laciniis cuneatis, margine invol tis, croceis. β subinde major, folia scapo, subinde etiam triplici, e breviora, lineam et ultra lata, cariná lato-complanata, margine evid tius revoluto; corollae tubus pallens spathâ longior; limbus segmen lato-lanceolatis, obtusis; stylus staminibus parum longior, brev trifidus, laciniis antherarum fere longitudine, margine subinvolutis, ferme filiformibus, croceis.

1 a. Crocus *pusillus Tenor.*; stigmate incluso, trifid staminibus sublongiore: laciniis filiformi-cucullatis, crisp ciliolatis; foliis lineari-setaceis; tunicis radicalibus me branaceis. *Tenor. Cat. H. Neap.* 1813. *p.* 31. (*vernus, var. pusillus Id. Fl. Neap. prodr. p.* VII. (*vernus* minor, scapo solitario; corollâ albidâ, segmentis exterioribus luteolis, trilistatis. *Sebast.* et *Mauri Pro Fl. Rom. p.* 16. (fide spec.) Cr. *sativus var. min Sav., Fl. pis.* I. *p.* 30 in descript. Cr. verni varie elegantior prima Jungermann. apud *Clus. Hist.* 2. *p.* 2 (ex descript. et autopsia loci.) Cr. vern. purpur. st virgato flore *J. Bauh. Hist.* 2. 19. *p.* 643 (ex descr. bulbis.)

„Tunicae externae bulbi radicalis membranaceae, continuae nec reticulato-cancellatae. Folia lineari-setacea, angustissima, synantha, flore plus minus longiora, strictiuscula, margine revoluta, nervoque albicante subtus dirempta. Floris tubus nunc brevis, nunc longissimus. Limbus 6-fidus, laciniis oblongis, angustis, obtusiusculis, exterioribus 3 pallidissime violaceis et fere albidis, striis longitudinalibus 5 saturate purpureis, laciniis interioribus totis pallidissime violaceis. Stamina pistillo paullulum breviora. Antherae lineares, longae, flavae. Stigma trifidum, segmentis filiformi-cucullatis, apice paullulum dilatatis et crispo-ciliolatis, longitudine subinaequalibus, croceis. Distinctus a CR. *minimo Redout.* *Frequens in Italia, vix ineunte vere.* ♃." *Bertolone in litt.*

Obs. Quis, nisi *fide speciminis* huc duceretur a cl. *Bertolone* CROCUS *vernus* γ *Seb.* et *Maur* (qui etiam CR. *vernum* γ. *Lil.* n. 81. laudant), hunc CR. *vernum* γ. hujus loci crederet? Describitur enim a cell. *Seb.* et *Mauri* sequentibus: „Flos 1-1 1/2 poll., rarius ultra. Folia quam in α et β „(*verni*)" dimidio etiam angustiora, et subtus anguste carinata, flore sublongiora. Corollae tubus albidus, saepe fuscolineatus, spathâ parum longior; limbus segmentis lanceolatis, 3 interioribus albis, basi tantum lineatis, exterioribus luteolis triplici lineâ atrofuscâ a basi ad apicem insignitis. Stylus staminibus etiam sesquilongior, profunde trifidus, laciniis antherarum fere longitudine, margine subinvolutis, inferne filiformibus, croceis." Huc nobis videtur spectare CROCUS *striatus*; foliis flore longioribus, spathis binis, intimâ angustiore, corollae limbo infundibuliformi, pistillo antheris subaequali, stigmatibus planiusculis, lacinulatis; *Link Enum. alt.* I. p. 49., cum ipse cl. auctor eundem affinem dicat *verno*, at minorem, et tam parum differre a *minimo Redout.*, ut suus fortasse ejusdem varietas hortensis, corollâ majore, laciniis longioribus, acutioribus. Anne huc CR. *lineatus Jan?*

Pag. 367. n. 2. CROCUS *versicolor*. Adde descriptionem:

Bulbo-tubera indusiis scarioso-membranaceis, nervis tenuissimis rectilinee et confertim striatis. Folia in fasciculos subbinos sexfolios collecta. Spatha bivalvis faux corollae filamentaque nuda. Stigmata plurimum inaequalia, lobulis linearibus absque fimbria. (Corollae tubus albidus, purpurascentistriatus; laciniae albae, extus fasciis longitudinalibus plumoso-atro-violaceis, intus lineis ramosis violaceo-purpurascentibus, oblongo-ovatae, obtusae, patentissimae. Filamenta flava antheris luteis. Stigmata aurantiaca. Diameter corollae 2 poll. Differt a C. *marsiaco* filamentis nudis, non adeo approximatis, antheris minus divaricatis, stigmatibus longioribus nec complanatis, nec cristatis vel fimbriatis; a *verno* spathâ bivalvi, ore tubi non glanduloso-pubescente. Odoratissima species: Violam spirans. *Gawl.* *In Gallia meridionali.* ♃.

Pag. 367. n. 5. CROCUS *biflorus*. Addatur synonymon:

CR. bulbo squamis mucronatis, nitidis tunicato; foliis flores stipantibus; spathâ diphyllâ; corollae fauce nudâ; staminibus stigmata truncata subaequantibus. *Marsch. a Bieb. Suppl. taur. cauc.* p. 37. — CR. styli lobis trunca-

tis; combi tunicis enervibus, rigidis etc. *Goldb.* diss. n. 3. *Link Enum. alt.* I. *p.* 49. Cr. *vernus* M. a *Bieb. Fl. taur. cauc. n.* 75. (exclus. syn. praeter *Tournef.* et *Pallas*, suâ ipsâ auctoritate in *Suppl.*, quâ quoque). Cr. *vernus β. bicolor Adami Hoffm. hort mosqu.* 1808.

„Cr. *vernus* alpium Europae occidentalis differt a *bifloro:* bulbo reticulato-fibroso, foliis ratione floris vulgo brevioribus, spatha monophyllâ, corollae tubo minus elongato, fauce glandulosa stigmatibus majoribus." *Goldb. l. c.* Spathas aequales, corollae limbum campanulatum, stigmata tubuloso-lacinulata notat *Link* l. c.

n. 6. Crocus *susianus*. Addatur synonymon:

Cr. laciniis corollae acutiusculis, integris; fauce glabra stylo tubo longiore; stigmatibus inclusis, recurvato-patentibus, tubuloso-involutis, sursum incrassatis, stamina excedentibus. *Hayne getr. Darst. off. Gew.* VI. *n.* 28. (hoc teste: Croc. *praecox H. Berol.*) Cr. *susianus* *Link Enum. alt.* I. *p.* 49.

Cor. laciniae exteriores infra lituris 3 violaceis. *Link.*

Pag. 368. n. 7. Cr. *sulphureus* G. Addatur synonymon:

Cr. bulbo-tuberis indusio exteriore scarioso-membranaceo tenui, nervulis dense rectilineo-striatulo; fasciculo subsexfoliis; corollae limbo aequabiliter radiato, patente (antheris incultis saepius pallidis atque vacuis); stigmatibus clavato cucullatis ore eroso lacinulatis, inaequalibus, pallidis, stamina longe superantibus *Gawl. bot. Mag. t.* 13.. Synonymis adde: sub *a. Raii hist. p.* 1174. *n.* 8. et de in *Parkins.* 166. *n.* 23. sub *β.* Cr. vern. latifol. flore minore et pallidiore. *Bauh. Pin.* 66. *Tournef. Inst.* 352. Narrow-leaved Spring Crocus with small Brimstone coloured flowers *Mill. Dict. ed.* 7. *β. Link Enum. alt.* I. *p.* 49. Differt a *luteo* praeter characte... datos magnitudine bulbo-tuberum; a *susiano* laciniis corollae exterioribus non revoluto-patentibus; a *bifloro* tunicis tenuissime striatis, nec imbricatis et subputamineis, atque colore. *Gawl. l. c.* 938. In *β.* antheras minutas notat *Link.* *a* Specimen spontaneum ex agro haleppensi lect. a. D. *Russel* in *Herb. Banks.*

n. 8. Crocus *luteus*. Addatur synonymon:

Croc. *maesiacus*, laciniis corollae obtusis, integris; fauce glabrâ; stylo tubo vix longiore; stigmatibus inclusis erecto-patentibus, cucullato-involutis, staminibus breviori... *Hayne getr. Darst. offic. Gewaechs.* VI. *n.* 27.

Pag. 368. n. 9. Crocus *reticulatus*. Addatur synonymon:

Cr. foliis florem stipantibus; styli lobis truncatis; co...

fibris rigidis reticulato; spathâ diphyllâ; corollae laciniis erectis. *Goldb. diss. n. 4. Marsch. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p. 37.* et, hoc teste, jungatur τῳ α: Cr. an *sativi* varietas. *Vahl Enum. 2. p. 46.* Cr. *luteus Marsch. casp. p. 82.* τῳ β. Cr. *reticulatus Link Enum. alt. I. p. 49.*

Differt a proximo et nimis affini *sativo*: bulbi rete crassiore, densiore; fibris sub angulo acuto, nec recto intricatis; flore majore; corollae tubo longiore spathas supereminente; laciniis limbi omnibus rectis, nec exterioribus reflexis vel revolutis; stigmatibus majoribus. *Goldb. l. c.*

Obs. Cum cls. *Link* petat: corollam albam, laciniis 3 exterioribus subtus lituris 3 violaceis „in suo, nonnisi β hic esse poterit." Folia aequalia, spathae binae aequales, corollae limbus infundibuliformis, pistillum antheris subaequale, stigmata tubuloso-lacera, tunica bulbi reticulata, apud *Link* l. c. conveniunt.

9 a. Crocus *variegatus Hoppe* et *Hornschuch*; stigmate incluso, trifido, staminibus sublongiore, laciniis cucullatis, fissis; foliis lineari-setaceis; tunicis radicalibus reticulato-cancellatis. — *Hoppe* et *Hornsch. Reis. nach d. adriat. Meere* c. icone: Cr. *reticulatus* β *M. a Bieberst.* (in S. V. ed. nostr. n. 9.) fide specim. *Link Jahrb. 2. H. p. 163.*

Tunicae externae bulbi radicalis reticulato-cancellatae. Folia ut in *pusillo*, sed saepe flore breviora. Flos ejusdem coloris, ac in illo, sed laciniae angustiores, acutiores, exteriores tres pictae venis longitudinalibus 5 saturate purpureis, ad latera magis ramulosis. Stigmata crassiora, apice fissa, nec simpliciter ciliolata. *Bertolon in litt. Reticulati* α tubus multo longior, corolla vero minor, et flava. Pistillum in α multo brevius. Vaginae tenuiores et magis acuminatae. *Link* l. c. *Prope Montefalconem ad Adriam.* ♃.

Pag. 369. n. 10. Crocus *sativus*. Addatur synonymon:
Cr. bulbi tunicâ filamentosâ; foliis flore tardioribus, erectis; spathâ diphyllâ, corollae tubo limbo longiore; stigmatibus truncatis, corollâ paullo brevioribus. *M. a Bieb. Suppl. p. 36. Trattinn. Fl. austr. I. p. 99. t. 68* et bis. *Hayne getr. Darst. off. Gew. VI. t. 25.*

Pag. 369. n. 11. Crocus *autumnalis*. Addatur synonymon:
Crocus *Pallasii*; bulbi tunicâ filamentosâ; foliis flore tardioribus, laxis; spathâ diphyllâ; corollae tubo limbo longiore; staminibus stigmata truncata subaequantibus. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p. 35.* Cr. corollae fauce villis clausâ, styli lobis corollâ brevioribus, erectis. *Goldb. diss. de Croco. n. 13. Link Enum. alt. I. p. 49.*

In Cr. *autumnali Fl. taur. cauc.* synonyma antiquiorum esse excludenda monet exc. *M. a. Bieb.* Folia adultiora flaccida

quaquaversum diffusa, quae in Cr. *sativo* firma, recta, in utroque manifeste revoluta: costâ mediâ crassâ albicante. Stigmata stamina vix excedentia, multo minora stigmatibus Cr. *sativi*, quae tamen nec in hoc corollam superant, nequidem aequant; siccata aromatica. *M. a B.*

Pag. 369. n. 12. Crocus *serotinus*. Synonymis addatur:

Cr. bulbo-tuberis membranis lentis, stupaceo-fibrosis, pallide fuscis; fasciculo partiali subquadrifolio, simul cum flore emicante; corollae fauce intus obsoletissime pubescente; stigmatibus angustis, compresse cucullatis, erectis, multipartitis, antheras exsuperantibus, inclusis. *Gawl. Bot. Mag. t.* 1267. et, hoc teste adhuc: Crocus *autumnalis* campestris. Ad specimm. spontann. Herb. *Pallas.* penes D. A. B. *Lambert* cum aliis *byzantini* intermixta. Cr. alpinus autumnalis. Flores modo candicantes, modo purpurascentes instar sativi, sed dilutiores et minores. *Rudb. Elys. t.* 118. *f.* 1. Et, fide *Sprengel N. Entd.* I. p. 369: Crocus *odorus*; biflorus; foliis linearibus, canaliculatis, margine revolutis; stigmate trifido, incluso; segmentis apice multifidis. *Bernard. Biv. Stirp. rar. sicul. manip.* 3. *n.* 16. *Goldbach diss. d. Croc. p.* 20. Cr. autumnal. mono-, et biflorus. *Cupan. panphyt. sicul. t.* 7. Croc. *neapolitanus* bulbo fibris parallelis tunicato; foliis (5) flores superantibus; corollae laciniis obtusis (caerulescentibus, venis saturatioribus) *Hoppe* ex *Herb. Sternb.* in *Bot. Zeit.* 1818. *p.* 588. Et, ut nobis videtur, Cr. *longiflorus*, foliis linearibus, obtusis, supra canaliculatis, margine revolutis, subtus albidis; corollae tubo longissimo folia limbumque excedente; laciniis limbi obtusis; stigmatibus filiformibus longitudine staminum. *Rafinesq. Schmal Caratteri p.* 84. *t.* 19. *f.* 2. Cr. *sativus Bernard.* I. P. *p.* 46.

Bulbo-tuber in cultis planius, *sativo* duplo minus: vaginae radicales e fusco-dilute flavicantes. Cor. pallide violacea. Stigmata laete aurantiaca. *Gawl.* „In Cr. *odoro*" monente c. *Bertolone* in litt., tunicae radicales externe fibrillosae. Folia hysterantha subinde synantha. Vaginae radicales superiores et spatha acutae. Flos odorus, ut in *sativo*, cui simi sed distinctus stigmate incluso, laciniis apice multifido-penicillatis, nec exsertis, laciniis apice vix crenatis. Distinguitur illico a Cr. *nudifloro* stigmate profunde tripartito, laciniis simplicibus fere ad apicem, ubi solvuntur in penicillum breviusculum." — „Folia paucis post anthesin autumnalem hos apparent bina quaternave; flos ut plurimum solitarius, rarius geminus aut ternus. Tubus 4-6 poll., purpureus vel incarnatus, subodorus. *Raffinesq.* In *Lusitania Clus.*: *montibus Aetna*, *Griffone* etc., *Bernard.*; *in Cherneso Taurica Pall.* 4.

Obs. Crocum *annulatum Steph.* e littore caspico serotino floribus

liisque esse proximum, sed differre bulbo annulis paucis valde prominulis *Link Jahrb.* 3. *p.* 70.

Pag. 370. n. 13 A. Croco *nudifloro*, cui addendum synonymon:

Crocus *fimbriatus Lapeyr.*, fide *Steudel.*, sejungatur:

13a. Crocus *speciosus M. a. Bieb.*; bulbo squamis mucronatis laevibus tunicato; foliis autumnalibus nullis; staminibus stigmate capillaceo-multifido longioribus. *Marsch. a Bieb. Fl. taur. cauc. p.* 27. *Ejusd. Fl. taur. Suppl. p.* 36. *Cent. pl. rar. ross.* 2. *t.* 71. Cr. foliis sub anthesi nullis; styli lobis multifidis; spathâ diphyllâ; combi tunicis incrassatis, nitidis. *Goldb. diss. n.* 14. Crocus *multifidus Rochel* (fid. spec.) *M. a. Bieb. Suppl. p.* 646.

Folia breviora et paulo latiora quam in Cr. *sativo*, caeterum, ut in hoc, firma atque recta, marginibus revolutis. Corollae tubus limbo multoties longior. Varietas flore duplo fere minor ex Iberia, ulterius investiganda. *M. a. B.* Differre a *nudifloro* staturâ majore, vaginâ radicali, radice annulis multis parum prominulis *Link Jahrb.* 3. *p.* 69.

125. IXIA.

Pag. 373. n. 4. Ixia *rosea*. Addatur:

Obs. In Trichonemate *roseo Gawl. Bot. Mag.* 1225. delendum esse synonymon Ixiae *bulbocoidis de la Roche* monet ipsissimus *Gawler* ad Trichonema *caulescens* (Confer *Obs. nostram* ad Ix. *humilem Syst. Veg. ed. nostr. p.* 377. *n.* 16.) *Thunberg* vero in *Fl. cap. p.* 49. Ixiam hanc *bulbocoidem de la Roche* eandem dicit cum *quadrangula de la Roche*, et neutram distinguit a sua Ixia *Bulbocodio*, ad quam quoque et Ixiam *Bulbocodium Jaquin*, et *chloroleucam Jacqu*, tanquam synonyma ducit, nec tanquam varietates.

Pag. 374. n. 4. Ixia *Bulbocodium*. Restituatur sequentibus:

n. 4. Ixia *Bulbocodium*; scapis unifloris, subgeminatis; foliis filiformi-compressis, sulcatis, flexuosis; spathis corollae tubum longe excedentibus; stylo staminibus longiore; stigmatibus bipartitis. *Sebast.* et *Maur. Prodr. p.* 17. (sub Romulea *Bulbocodio.*) I. *Bulbocodium Linn.* I. *Bulbocodium γ grandiflora Vahl* et *Syst. Veg. ed. nostr.* (cum omnibus synonymis nostris, praeter *Redouté*, cujus Ixia *Bulbocodium* B. *Redout. Lil. t.* 88. *f.* 1. 2. a cll. *Sebast.* et *Maur.* laudatur, quibus testibus huc adhuc:) Ix. *Bulbocodium* A. *Tenore Fl. neap.* I. Romulea *Maratti diss. de binis rom. plant.* c. ic. (mala). Romulea flore ex violaceo et luteo variegato. *Hort. Rom.* *. *t.* 4 (mala). Sisyrinchium asprensium angusto folio alterum. *Columm. Ecphras.* 2. *p.* 5. *t.* 7. *f.* 1. (bona). β. I. *Bulbocodium β. media Vahl* et *Syst. Veg. ed. nostr.*

Bulbus obverse pyriformis, solidus, radiculis ex appendice coch-

leariformi oblique bulbo adjecta. Folia lateribus compressa, superius levissime canaliculata, canaliculi marginibus arcte conniventibus, scapo longiora, recurva. Scapi 1-3, subpollicares, erectiusculi, fructiferi recurvati. Spatha bivalvis persistens, valvulis oppositis, lanceolatis, concavis, basi germen involucrantibus, superius corollae adpressis; exterior foliacea rectiuscula; altera membranacea, dorso interdum virens, ultra germen libera, extus flexa. Germen cum continuo scapi apice oblique parum flori subjectum, lineam longum, obscure trigonum. Corolla erecta pollicaris circiter, tubo brevissimo vix 1/2 lin., limbo 6-partito, campanulato, laciniis aequalibus lanceolatis, marcescens convoluta, colore admodum varia, constanter fundo crocea, apicibus subviolacea, caeterum ab albo ad roseum et rubro-violaceum ludens, et laciniae tres exteriores, ut plurimum, dorso colore saturatiore, etiam rubro spadiceo. Stamina erecta corollà duplo saltem breviora, filamentis basi hirsutis, antheris sagittato-oblongis. Stylus staminibus sesquilongior, vel ultra; stigmata 3 filiformia profunde bipartita, nec raro omnino 6. *Seb.* et *Maur.* l. c.

Obs. Ixia *Bulbocodium Link Enum. p.* 49. *Engl. Bot. t.* 1549. omnino hujus loci, et Ixia *purpurascens*, scapis unifloris; foliis linearibus, canaliculatis, angulatis, erectis, rigidis, longissimis; corolli purpureis; petalis 3 exterioribus externe viridibus fusco-lineatis, *Tenore Fl. Neap. t.* 3 hujus tantum varietas videtur spontanea. Utra vero hujus vel sequentis varietas I. *Bulbocodium* β *caulescens*, scapo nudo multifloro, *Lapeyr. Suppl. Abr. Pyr. p.* 9. in Caucampa di nequit.

4 a. Ixia *Columnae*; scapo unifloro, subsolitario, subnutante; foliis filiformi-compressis, sulcatis, flexuosis; spathis corollae tubum longe excedentibus; stylo staminibus breviore; stigmatibus apice bifidis. *Sebast.* et *Maur. Prodr. Fl. Rom. p.* 18 (sub Romulea *Columnae*). Ixia *Bulbocodium* α *parviflora Vahl* et *Syst. Veg. ed. nostr.* Ix. *Bulbocodium* A *Redouté Lil. t.* 88. *f.* A. Ix. *Bulbocodium* B *minima Tenore Fl. Neap.* 1. Romulea *var.* 5. *Maratti Diss. de bin. rom. plant.* Sisyrinchium Theophrasti. *Column. Ecphras.* I. *p.* 327. (ic. bona) *Clus.* l. c. a nobis.

Bulbi et folia ut in J. *Bulbocodio*, ejusdem fere magnitudinis. Scapus interdum geminus, brevissimus, parum terrà elatus hinc nonnihil flexus, demum recurvatus. Spatha *Bulbocodii* sed minor. Germen oblique omnino flori subjectum et horizontaliter fere terrae incumbens, magnitudine et formà *Bulbocodii*. Cor. erecta, vix 3 lin. longa, tubo brevissimo, limbo infundibuliformi 6-partito, laciniis lanceolatis, 3 interioribus, exteriores vix aequantibus; marcescens, convoluta, colore ex albo-lutescens; laciniae 3 exteriores, ut plurimum, dorso lineis fusco-rubris notatae, interiores albidae. Stamina corollà triplo saltem breviora, filamentis simplicibus, ad basin oculo etiam nudo pilosis; antheris sagittato-ovalibus. S

lus stigmatibus filiformibus brevibus, nonnisi staminibus sejunctis conspiciendus. *Seb.* et *Maur.* *In collibus urbis cum* J. *Bulbocodio.*

Pag. 374. n. 4. Ixiae *Bulbocodium* subjungatur:

4 a. Ixia *neglecta*; foliis trinis gracilibus, subjuncoideis, tereti-attenuatis, quadrisulcatis, sulcorum labris coëuntibus, atrovirentibus, rigidiusculis, longius vaginantibus, infimo longissimo, tortiusculo, vaginâ brevi radicali amplexo, summorum uno fere toto spathaceo, pedunculos unifloros subaequante; caule quam infimum aliquoties breviore; pedunculis binis semiteretibus bracteolâ interstinctis, brachiatim bifurcato (rarius unipedunculato); spathae valvulis flore duplo brevioribus, isometris: extimâ herbaceâ, convolutâ, striatâ; intimâ ventricosiore, obtusiore, lateribus late sphacelatis; corollâ breviter campanatim cohaerente, tubo obsoleto, inde recurvatim explanatâ; laciniis inferne subangustatis, extimarum laminâ oblongo-lanceolatâ, angustiore, intimarum elliptico-lanceolatâ, obtusiore; filamentis semitereti-subulatis, villosis, antherâ triplo-brevioribus; stylo tereti-triquetro, stricto; staminibus ad unam tertiam breviore; stigmatibus brevibus, totis bipartitis; segmentis complicato-canaliculatis, margine pube minutâ fimbriatis, ad medias antheras recurvatis. Trichonema *speciosum* *Gawl.* *bot. Mag. t.* 1476. *Ann. of Bot.* I. *p.* 223. *Bot. Mag.* 1225. I. *Bulbocodium var. speciosa Bot. Repos. t.* 170. (a specimine unifloro, flore male expanso). I. *Bulbocodium* δ. *Syst. Veg. ed. nostr. p.* 373. *n.* 4.

Fol. infimum 1-1 1/2 ped., teres videtur, sed quadrisulcatum; cor. fere 1 1/2 poll., laete carmesina, intus basi flava, lineis obscurioribus; laciniae exteriores extus flavicantes striis 5 parallelis purpureis. Differt ab omnibus brevitate filamentorum et stigmatum. (Bulbus globosus fuscus, magnitudine Avellanae.)

Pag. 374. n. 5. Ixia *radians*. Addantur synonyma:

Geissorhiza *setacea* α, caule uni-plurifloro, corollâ cyaneâ fundo discolore. *Gawler Bot. Mag. t.* 1255, et hoc teste: Geissorhiza *rochensis Bot. Mag. n.* 1105. Ixia *rochensis Bot. Mag.* 598. (ergo etiam nostra Ixia *Larochei* *Syst. Veg. p.* 379. *n.* 22.)

Obs. Cls. *Steudel* huc adhuc, tanquam synonymon ducit Ixiam *Bulbocodium* 6. 7. *Thunb. Diss.*

Pag. 375. n. 6. Ixia *fugax* eadem videtur clo *Steudel*, quae Ixia *quadrangula*.

Pag. 376. n. 13. Ixiae *quadrangulae* addatur:

Obs. Maricam *fugacem* *Willd. Enum.* a clo *Sprengel* huc ductam adeo esse dubiam, ut nulli toto speciei applicari possit: *Link Jahrb.* 3. *p.* 72. Ixiam *quadrangulam Delaroche* cls. *Thunberg* in *Fl.*

cap. I p. 218 eandem dicit cum Ixia *bulbocoide de la Roche* e Ixia *Bulbocodio* suo, et cis *Steudel* huc, tanquam synonymon, du cit Ixiam *fugacem Hornem.*

Pag. 277. n. 15. Ixia *humilis.* Adde Observationi in Trichonema *caulescens.*

Obs. Folia in Trichonemate *caulescente* conformia, breviora, alternatim pedunculorum geminorum (rarius unici) basi opposita; spathae valva externa internam sphacelato-membranaceam tenuissimam concludens; laciniae lanceolatae; antherae filamento subbreviores; stigmata juxta et infra harum apices recurvatim adserta. Differt a maxime affini *cruciato* colore et caule; a *roseo* stigmate sub apice antherarum; a *pudico* forma laciniarum corollae et valvâ interiore membranaceâ sphacelatâ. *Gawl.* l. c.

Pag. 378. n. 17. Ixia *pudica.* Addatur synonymon: Trichonema *pudicum Gawl. l. c.*

3-4 poll.; tum floret. Folia 3-4. Flores 2-6 inodori, dilute rubri, fundo albido, stellâ fuscâ. *In Prom. b. Spei.* ♃.

Pag. 378. n. 18. Ixia *pilosa.* Addatur synonymon:

Hesperantha *) *pilosa;* foliis ternis erectis, parum divergentibus, lineari-ensatis, costâ mediâ utrinque prominulâ, pilosis, intimo toto compresse vaginoso, nervoso, longiori caulem altiorem simplicem pilosum ultra medium includente; spicâ flexuosâ, remotius pauci-pluriflorâ; spathâ herbaceâ lanceolato-convolutâ, nudâ, integrâ; valvâ extimâ, sublongiore, apice sphacelatâ, tubum aequante; corollâ erectâ laciniis longitudine tubi gracilis, extimis oblongo-lanceolatis, intimis sublatioribus, brevioribus; stigmatibus linearicomplicatis, angustissimis, pubescentibus, recurvo-divaricatis, stylo isometris, stamina exsuperantibus, apice saepius explicatis; staminibus limbo duplo brevioribus, erecto-divergentibus; antheris subsagittato-linearibus, vibratilibus. *Gawl. Bot. Mag. t.* 1475. *Annal. of. Bot.* 1. 225.

---

*) Hesperanthae character genericus apud elm *Gawler* l. c.: Spatha bivalvis, herbaceo membranacea, externâ valvâ naviculari-conduplicata. Cor supera hypocrateriformis; tubus gracilis superne versus parum ampliatus; limbus sexpartitus, rotatus subaequalis erectus nutansve. *Stigm.* 3 canaliculato-linearia, angusta, os tubi usque ab invicem discreta, infra antheras recurvatim effusa. *Filamenta* summo tubo imposita. *Antherae* lineari-oblongae, verticales, a dorso appensae incumbentesve versatiles. *Caps.* membranacea oblongo-trigona, farcta nodulosa, triloc., trivalv., valvis verticaliter septigeris. *Sem.* numerosa, biserialia, parvula, contactu angulosa, loculamenti angulo interno appacta.

Herbae bulbo-tuberosae; bulbo-tuberis nucleus castaneo-carnosus putamine inclusus campaniformi vel conoideo coriaceo vel ligneo vel etiam lapideo sulcisque elevatis rotundatis notata; folia plura ensata collateral i-disticha, modo complanato-fistulosa ac si crassa, intimum longius vaginans, inflorescentia erecto-spicata, pluri-multiflora. Corolla vespere sese aperiens, mane claudens. *Gawl.*

In *a* scapus 3-4 poll.; spica 2-10 flora; limbus corollae intus albus, laciniae 3 exteriores extus punctis purpureo-cinnamomeis dense aspersae. Flores 2 1/2 poll., noctu sub coelo sicco fragrantes. H. *pilosa β.*; fol tribus, angusto gramineis, rectioribus, parum divergentibus, pilosis, subpilosis nudisve; caule simplici, pubescente planeve impube; spathae valvâ externâ acuminatâ, tubum adaequante; corollae limbo erecto. *Gawl. bot. Mag. t.* 1254. Differt ab *angusta*, praeter characteres datos, scapo minus flexuoso, nec floribus utrinque albis. *a* et *β* specimina prostant in *herb. Banks.*

Pag. 378. n 20. Ixia *secunda.* Addatur synonymon: *Lin Enum. alt.* I. *p.* 49.

Spathas auctas appendice rotundata fuscescente; Corollam 8 lin. notat *Link. l. c.*

n. 10 a. Isolepis *Saviana*; spicis subgeminis ovatis, obtusis; culmo foliisque setaceis strictis; seminibus tuberculatis. *Sebast.* et *Maur. Flor. rom. Prodr. p.* 22. *n.* 56. (sub Scirpo *Savii*, ut *Moretti Giorn. d. Fisic. Dec.* II. *T.* V. *p.* 41.) Scirp. *setaceus Bivon. Cent.* I. *p.* 72. *n.* 85. (non *Linn.*) Scirp. *filiformis Savi Fl. Pisan.* I. *p.* 46. *Bot. Etrusc.* II. *p.* 19. *n.* 282. Isolepis *sicula*, culmo tereti; vaginis foliiferis; spiculis terminalibus subgeminis, involucro diphyllo suffultis; nuce obsoletâ, triquetrâ, excavato - punctatâ. *Presl. Cyper.* et *Gram. sic. p.* 13.

Affinis I. *setaceae*, a qua distincta fructu. Culmi 1-6-poll. Spicae raro 3 infra apicem culmi, ebracteatae: glumae ovatae, mucronatae, fuscae. Semen subrotundum minime costatum. *Seb.* et *Maur.*

Obs. Huc forsitan quoque Scirpus *setaceus Brotero Fl. lus. p.* 66. (culmo nudo setaceo, spicis subterminalibus subsolitariis, sessilibus aut subsessilibus) eum monet: „intermediam quasi sistere speciem Scirpum *acicularem* inter et *setaceum*; nam spicas terminales aliâs simplices, alias binas ternasve; involucrum longum habet.“ *In stagnis circa Conimbricam et alibi in Beira*, ♃.

n. 10 b. Isolepis *minima Schrad.*; culmis foliisque capillaribus; spiculis lateralibus, subsolitariis, ovatis, subnudis; glumis obovatis, obtuse mucronatis, monandris; stigmatibus duobus; acheniis laevibus. *Schrad. Annal. ad Flor. Cap. Sect.* II. *Gött. Gel. Anz.* 1821. *n.* 208. *p.* 2068. Scirpus *minimus Vahl Enum.* 2. *p.* 253. *Röm. Schult. Syst. Veg.* 2. *p.* 128. (utroque excl. *Pluk.* syn.)

Isol. aciculari (Scirpo Linn.), quacum b. *Vahlius* comparat, nonnisi teneritate convenit, in reliquis omnino magis ad *subsquarrosam* et *setaceam* (quandoque justo humiliorem et tenuiorem) accedit. Differt a posteriori, praeter characteres datos, foliis pro ratione longioribus; spiculis vix lineam longis, e glumis multo minoribus, rufescentibus compositis; et acheniis obovato-oblongis, teretiusculis, nigris, nec, ut in *setacea* obovatis et longitudinaliter costatis. — *Pluknetii* syn., a *Vahlio* (et ejus auctoritate etiam in hoc opere) ad hanc speciem et ad *Cyperum tenellum* relatum, sine ullo dubio huic posteriori adscribendum.

Obs. Utrum SCIRPUS *setaceus Thunb.* genuinum Linnaeanum, vel hunc potius ISOLEPIDEM sistat *minimam*, olo *Schrader* dubium videtur in *Gött. Gel. Anz. l. c.*, monens, Is. *minimam* a *setacea*, quacum facilius quam cum *aciculari* commutatur, praeter teneritatem omnium partium consistere, inprimis in figurâ fructus. Confer quoque ECHINOLYSTRUM *Desv. Journ.* I. p. 17. 176. An huc SCIRPUS *minimus Nuttall. gen. p.* 32?

n. 10 c. ISOLEPIS *brachyphylla Link*; culmo triquetro foliis filiformibus triplo quadruplo longiore; spiculis oblongis, ternis, subterminalibus, involucro filiformi brevioribus. SCIRPUS *brachyphyllus Mühlenb.* apud *Link Jahrb.* 3. p. 78. (Ex Herb. *Willd.*)

In America boreali.

n. 10 d. ISOLEPIS *subsquarrosa Schrad.*; culmis setaceis, curvatis; foliis filiformibus; spiculis lateralibus geminis ternisve, ovatis, involucro monophyllo brevioribus; glumis monandris, obovatis, acumine recurvo; stigmatibus duobus; acheniis laevibus. *Schrad. MS.* SCIRPUS *subsquarrosus Mühl. lat. plant. Americ. p. 7.* (fide spec.) β. *minor.*

Radix fibrosa. Culmi cespitosi, 1 1/2 poll., basi monophylli; folia brevissima, filiformi. Spiculae 1 1/2 lin., vix longae, obtusae multiflorae. Involucrum setaceum, spiculis duplo pleramque longius. Glumae rufescentes, nervo carinali viridi. Achenium obovato-oblongum, tereti-subtrigonum. — β. differt, praeter habitum tenuiorem, culmis pollicaribus, spiculis geminis, nec non glumarum acumine evidentiori et magis recurvo. *In America boreali a Pennsylvania ad Georgiam. Mühlenberg.* β. *In Brasilia. Princ. Ser. Max. Neowid.* ☉

Obs. Mühlenberg l. c. notat culmum subinde etiam palmarem, triquetrum, basi purpurascentem; Folia radicalia 2, vaginâ nervosâ, glabri; spiculas sessiles, raro 1; glumas ovatas, acutas, apice subsquarrosas, mucronatas. Pist. bifidum. Affinis *setaceo*, et persimilis, addit CYPERO *minimo*. Cl. *Link Jahrb.* 3. p. 79. ex *Herb. Willd.* notat culmum teretem, spicas 3, involucrum longissimum. Confer FIMBRISTYLIN *castaneam*, in *Obs.*

n. 10 e. ISOLEPIS *trichoides Schrad.*; culmis foliisque capillaribus, glabriusculis; spiculis terminalibus subternis ovatis: intermediâ sessili; involucro diphyllo, spiculis longiori; glumis ovatis, ciliatis; stigmatibus tribus; acheniis laevibus. *Schrad. MS.*

Culmi cespitosi, 2-3 poll., basi foliosi. Folia culmo plus duplo breviora, leviter curva, vaginis margine capillaceo-laciniatis. Spiculae lineam circiter longae, pauciflorae: glumis carinatis, rufis, nervo carinali viridi. Achenium obovatum, albidum. *Schrad.* *Brasiliae arenosis. Princ. Ser. Max. Neowid.*

Pag. 110. n. 17. ISOLEPIS *tristachya*. Addatur: synonymon SCIRPUS *tristachyus*; culmis 6-8 poll., tenuibus, curvis striatis, foliis culmo brevioribus; spicis 2-4 oblongis; invo

lucro diphyllo, altero, e culmi prolongatione, spicis longiore; stylo bifido, villoso; semine obcordato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 110. *n.* 26.

„Differt quidem a *Rottbölli* planta squamis mucronatis, stigmate bifido; attamen eadem videtur. Rad. fibrosa, fusca. Culmi numerosi, cespitosi, varie flexi, licet suberecti, sulcati praecipue ex opposito. Folia pauca, subulata, dura, culmis dimidio breviora. Spicae 1-5, plerumque 3, subinde breviter pedunculatae. Involucrum alterum longius, erectum. Squamae ovatae, submucronatae. Germen cordatum.“ *Roxb.* l. c. *In Bengalia.*

n. 17 a. Isolepis *rariflora Schrad.*; culmis horizontali-obliquis, basi foliosis; foliis setaceo-filiformibus; spiculis subternis, oblongo-ovatis; involucro diphyllo; glumis mucronatis; stigmatibus duobus; acheniis laevibus. *Schrad. MS.*

Culmi cespitosi, spithamaei, glabri. Folia culmum subaequantia, margine apicem versus scabra. Spiculae terminales, ternae, rarius geminae, 3-4 linear.: unicâ sessili; reliquis pedunculatis. Pedunculi inaequales: 1/2 poll. vix excedentes. Involucri foliolum exterius pedunculis duplo tripleve longius. Glumae lato-ovatae, glabrae, nitidae. Achenium obovatum, lenticulari-compressum, album. *Schrad. in litt. In India orientali.*

n. 18. Isolepis *corymbosa*. Addatur synonymon: Scirpus *corymbosus Roth nov. Plant. spec. p.* 28.

Culmus in specimine exsiccato compressus, laevis, flavescenti-viridis, medullâ albâ, 1 1/2 lin. latus, infra apicem nodo ferrugineo, supra nodum terminatus mucrone erecto, rigido, superne teretiusculo, apice cartilagineo fusco. Corymbus supra nodum e mucronis vagina, mucronem vix parum superans, e pedunculis 10-12, inaequalibus, 1-2 poll., vix margine scabriusculis, saepius tortis, apice divisis, 2-3-fidis: pedicelli 1/2 poll., et minores, compressiusculi, subcorymbosi. Bracteae ad basin corymbi universalis et partialium fere 1/2 poll., ovato-lanceolatae, aridae, scariosae, nervosae, pedunculos pedicellosque interstinguentes. Spicae obtusae, fasciculatae, compactae, sessiles, sordide flavo et fusco variegatae, nitentes. Squamae scariosae, nitidae, striatae, costâ dorsali viridescente, mucrone brevi scabriusculo. Stam. 3. *Roth.*

Pg. 111. n. 20. Isolepi *nigricanti* addatur synonymon: Scirpus *nigricans Herb. Willd.* fide *Link.*

n. 21. Isolepis *squarrosa*. Addatur synonymon: Scirpus *squarrosus*; culmis 3-6 poll.; spicis 3; involucro diphyllo; squamis cornu longo recurvo piloso terminatis; seminibus angulosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 224. *n.* 27. Motta — XII. *Rallu Rheed* (fide *Roxb.*) An Is. *squarrosa Carmich. Phil. Trans.*

Rad. fibrosa. Culmi numerosi, varie flexi, ad 4/5 nudi, teretes, glabri, filiformes. Folia pauca tantum, vaginantia, culmo sat

breviora. Spicae terminales, plerumque 3, sessiles, ovatae. Involucrum longius fere pollicare, erectum, continuatio culmi videtur. Squamae numerosae. Semen trigonum, oblongum, glabrum. *Roxb.* l. c. *In aridis, sabulosis.*

Obs. ISOLEP. *squarrosam Humb. et Bonpl.* (quae SCIRPUS *sesquipollicaris Herb. Willd.*) plurimis quidem convenire cum SCIRPO *squarroso Vahl*; sed hunc esse multo majorem, squamas longius acuminatas, magis reflexas. *Link.*

Pag. 112. n. 22. ISOLEPIS *barbata*. Huic addatur synonymon (fide *Wallich.*):

SCIRPUS *antarcticus*; culmis erectis, 3-6 poll., teretibus; capitulo terminali; spiculis pluribus; involucris 2-3, acutis; semine trigono. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 225. *n.* 29.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, glabri. Folia radicalia, basin culmi vaginantia, eôque dimidio breviora. Capitulum s. umbella globosa e spiculis numerosis parvis sessilibus, paucifloris, conicis, acutis. Involucrum vix longitudine umbellulae. Squamae acutae. Semen glabrum. *Roxb.* l. c. *In arenosis, etiam in Nepala.*

n. 23. ISOLEPIS *antarctica*. Addatur:

Obs. SCIRPUM *antarcticum Enc. meth. n.* 38. et *barbatum n.* 39 jungendos esse, addendo: „Juncus maderaspatensis capitatus majr *Petiv. act. lond. n.* 282. *p.* 1261., *fide* HERB. VAILLANT.; et Scirpus parvus maderaspatanus capitulo glomerato fusco, *Scheuchz. gram* 370.“ monet *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 91. Etiam clo *Schrader Gött. gel. Anz.* 1821. *n.* 208. *p.* 2069. ISOLEPIS *barbata Br.* et SCIRPUS *antarcticus Thunb.* jungendi videntur, creditque vir doctissimus, SCIRPOS *Thunbergianos* plures, si curatius examinantur, ISOLEPIDIBUS esse jungendos.

Pag. 113, ante n. 25, ISOLEPIDEM *filamentosam* inseratur:

n. 24 a. ISOLEPIS *paradoxa Schrad.*; culmis basi bulbosis; foliis setaceis culmo brevioribus; capitulo terminali subgloboso, involucrato; involucris vaginisque margine capillaceo-laciniatis; glumis multifidis. *Schrad. Annal. Flor. Cap. Sect.* II. *Götting. Gel. Anz.* 1821. *n.* 208. *p.* 3068.

Species valde singularis. Culmi spithamaei l. pedales, tenues, infra medium foliosi. Folia nonnisi apicem versus scabra. Vaginae laxae, tenuissime membranaceae, albae, ore margineque capillaceo-laciniatae, serius in fila intricata (telam maturo fructu quasi arachnoideam) fatiscentes. Capitulum e spiculis numerosis, parvis 7-9-floris compositum. Involucri foliola 2-3, lato-ovata, subcoriacea, margine membranacea, capillaceo-laciniata, apice in acumen setaceum producta, quorum exterius capitulo duplo longius. Glumae subcoriaceae, obovatae, carinatae, ad medium fere divisae in lacinias lineares, angustissimas, subaequales. Stam. Stylus brevissimus, stigmatibus 3, longis. *In Promontorio bon. Spei. Hesse.*

Pag. 114. n. 28. ISOLEPIS *micheliana*. Addatur synonymon: Sc. culmo folioso; capitulis terminalibus bracteis longissimis cinctis; squamis lanceolatis mucrone brevi. *Stev. Mem. S. N. C. mosq.* V. p. 356. CYPERUS *michelianus* *Delile*.

Etiam ad Nili catarractas legit cl. *Sieber*.

Pag. 115. n. 29. ISOLEPIS *Holoschoenus*; culmis teretiusculis; foliis canaliculatis scabris; spiculis capitato-glomeratis; capitulis globosis, sessilibus pedunculatisve; involucro diphyllo pedunculis multo longiori; glumis pubescentibus. *Schrad. Annal. ad Fl. Cap. Sect.* II. *Seb.* et *Maur. Fl. rom. Prodr.* p. 22.

Diagnosis sic emendanda, ob speciem sequentem: ISOL. *Thunbergianam Schrad.* Etiam auctores *Fl. rom.* SCIRPUM *romanum* ab *Holoschoeno* non distinguunt specie, et eundem insuper cum *australi* conjungunt eādem varietate. Nec SCIRPUS *romanus*, quem cl. *Sieber* prope Jaffam legit, ab *Holoschoeno* differt.

29 a. ISOLEPIS *Thunbergiana Schrad.*; culmis teretiusculis; spiculis capitato-glomeratis; capitulis globosis, sessilibus pedunculatisve; involucro brevissimo; glumis glabris. *Schrad. Annal. ad Flor. Cap. Sect.* II. *Götting. Gel. Anz.* 1821. n. 208. p. 2068. SCIRPUS *Holoschoenus Thunb. Flor. Cap.* 1. p. 368. (excl. syn.)

Holoschoeno vero simillima, specie tamen diversa: culmo pedunculisque glaberrimis, foliis ut videtur, nullis vel tantum brevissimis; involucri foliolis plerumque pedunculis brevioribus, rarissime aequantibus; imprimis vero glumis apicem versus membranaceis albis, et ex toto glabris. *In Promontor. bon. Sp. Thunberg, Hesse.* ♃.

Pag. 117. n. 33. ISOLEPIS *nitens*. Addatur synonymon: SCIRPUS *nitens Nutt. gen.* p. 32.

n. 34. ISOLEPIS *lineata*. Addatur synonymon: SCIRPUS *lineatus Nutt. gen.* p. 32.?

Pag. 118 n. 35. ISOLEPIS *pubescens*. Addatur synonymon: CAREX *tenuifolia Poir. it.* II. S. 254.

n. 36 post ISOLEPIDEM *obtusifoliam* inseratur:

n. 36 a. ISOLEPIS *glomerata Schrad.*; culmo nudo foliisque linearibus rigidis; umbellâ 4-5-radiatâ, glomeratâ; radiis 3-5-stachyis; spiculis sessilibus pedunculatisve, ovatis; involucro diphyllo umbellâ breviori; glumis obtusissimis; stigmatibus duobus; acheniis laevibus. *Schrad. MS.*

Tota planta rigida nitidaque. Culmus palmaris, subtetragonus, glaber. Folia culmo dimidio breviora, recurva, margine apicem versus scabra. Involucri foliola in acumen foliaceum attenuata. Involucella similia, sed minora. Spiculae 1 1/2 lin. circiter longae,

multiflorae, glumis fuscis, margine lato membranaceo albo. Achenium obovatum, lenticulari-compressum. *In Brasilia. Princ. Ser. Max. Neowid.* ♃.

n. 38. Isolepis *capillaris.* Addatur synonymon: Scirpus *capillaris Mühlenb. Descr. uber. p. 36. ?*

Rad. fibrosa. Culmus setiformis, 2 poll., triqueter, subnudus, caespitosus. Folia subradicalia alternaque, setacea, basi vaginâ ore pilosâ. Spicae laterales sub apice culmi 1-4, unâ sessili, ceteris pedunculatis, involucro 1-2-phyllo. Squamae 1-valves; infimâ subulatâ, ceteris obtusis, fusco-purpureis, carina viridi albâve. Stam. 3. Pist. 3-fidum. Sem. subtriquetrum album, imberbe, subrugosum, nervis transversis. *Mühlenb.* qui affinem *autumnali* et *castaneo*, et cui „planta flavescens." *Clayton Virg.* n. 771. *videtur,* „Sc. *capillari proximus.*" *Swartz. In Pennsylv., N. Angl.*

Pag. 119. post n. 39. Isolepidem *dipsaceam* inseratur:

n. 39 a. Isolepis *glaucescens Schrad.*; culmis setaceis, glabris; foliis filiformibus vaginisque pubescentibus; umbellâ simplici 3-7-radiatâ; radiis monostachyis; spiculis oblongo-ovatis; involucro 4-5-phyllo; glumis setaceo-acuminatis, monandris; acheniis laevibus. *Schrad. MS.*

Tota glaucescit. Culmi 1-2 1/2 poll., striati. Folia culmum aequantia. Umbellae radii inaequales: longioribus 4-5-linearibus. Spiculae 1 1/2-2 lin., multiflorae. Involucri foliola structurâ foliorum: unico umbellam superante. Glumae in acumen breve, setaceum, apice patulum desinentes. Stigmata 2. Achenium lenticulari-compressum. *In Brasilia. Princ. Ser. Max. Neowid.* ⊙.

n. 40. Isolepis *globulosa.* Addatur synonymon: Scirpus *globulosus;* culmis 1-2 pedum; umbellâ compositâ involucrum excedente; semine longo, obovato, glabro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 119. n. 16.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, crassitie pennae Corvi, subcompressi, glabri praeter basin involutam vaginis 3-5 magnis, acutis. Umbella terminalis, parva. Spicae ovatae. Involucrum diphyllum, inaequale, erectum. Filamenta 3, lata, membranacea. Stylus latus margine ciliatus. Stigma bifidum. Semen obcordatum, compressum, dilute fuscum. *Roxb. l. c. In humidis arenosis.* (Anne potius Fimbristylis?)

n. 41. Isolepidi *cinnamometorum* addatur synonymon: Scirpus *cinnamomeus Poir. Enc. meth. Suppl.* V. p. 97.

n. 42. Isolepis *complanata.* Addatur synonymon: Scirpus *complanatus;* culmis suberectis, 1-2 pedum, acutis; umbellâ compositâ et supradecompositâ; involucro diphyllo erecto; squamis lanceolatis; seminibus obcordatis, punctatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 232. n. 42.

Rad. fibrosa. Culmi subflexuosi, praeter basin nudi, compressi, ancipites, striati, glabri, saepe torti. Folia radicalia vel basin culmi vaginantia, longitudine fere culmi, linearia, undulata, saepe torta, apice abrupta. Umbella densa. Involucri foliola opposita, inaequalia, longius longitudine umbellae. Involucella paleacea, in setas desinentia. Spicae sessiles et breviter pedicellatae, oblongae, pauciflorae. Squamae ferrugineae acutae. Semen rugosum, album. *Roxb. l. c. In humidis.*

Obs. Cls. *Roth* hanc et sequentem *Willdenowi* junxit cum FIMBRISTYLI *autumnali.*

Pag. 120. n. 43. ISOLEPIS *Willdenowi.* Addatur:

Obs. Synonymon l. c. adductum ex *Willd. Spec.* lege CYPERUM *complanatum Willd. Spec.* I. p. 270, quem ad CYPERUM *autumnalem* ducendum esse suadet *Poiret Enc. méth. Suppl.* V. p. 91. Confer quoque FIMBRISTYLIN *autumnalem.*

n. 43 a. ISOLEPIS? *tetragona;* culmis 1-2 pedum, tetragonis; umbellâ decompositâ supradecompositâque; involucro involucellisque setosis; squamis rotundatis, (sub) diandris; seminibus rotundis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 233. *n.* 43. (sub SCIRPO *tetragono.*)

Rad. fibrosa. Culmi suberecti, 1-2-ped., nudi, (praeter basin) glabri. Folia radicalia et ad basin, bifaria, attenuata, longitudine fere culmi. Umbella rarior, irregularis. Involucra et involucella parva. Spicae parvae, globulosae, multiflorae. Stamina 1-2, rarius 3. Stigma 2-3-fidum. Semen subglobosum, intus compressum, scabrum, album. *Roxb. l. c. In pascuis humidis.* (Cum proxima sit I. *complanatae*, huc interea posuimus.)

n. 43 b. ISOLEPIS? *pentagona;* culmis 6-9 pollicum, fere pentagonis; umbellâ terminali compositâ; involucro paleaceo; floribus monandris; semine obovato triangulari. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 221. *n.* 18. (sub SCIRPO *pentagono.*)

Rad. fibrosa. Culmus erectus, nudus, leviter striatus, caeterum laevis. Vagina una alterave foliorum loco. Umbella parva erecta. Squamae quaedam parvae paleaceae, apicibus longe acuminatis, involucrorum loco. Stigma trifidum. Semen album, scabrum. *Roxb.* l. c. *In pascuis.* Quam hoc nomine a cl. *Wallich* in seminibus tulimus, sequentem potius refert *angularem.*

n. 43 c. ISOLEPIS *angularis Schrad.;* culmis quinquangulis basi foliosis; foliis linearibus, laxis; primariis culmum superantibus; umbellâ decompositâ 5-6-radiatâ, involucro longiori; spiculis glumisque ovatis; stigmatibus tribus; acheniis punctato-scabris. *Schrad. Pl. plant. rar. Hort. Gotting. Fasc.* I.

Radix fibrosa. Culmi spithamaei et minores: primarii erecti, seriores oblique adscendentes. Folia tenera, aeque ac reliquas partes glabra. Umbellae et umbellulae radii patenti-divergentes. Spiculae

acutiusculae, glumis e nervo carinali mucronatis. Stam. 3. Achenium obovatum, subtrigonum. *Schrad.* *In India orientali.*

n. 43 d. Isolepis *curvifolia Schrad.*; culmis subcompressis, basi foliosis; foliis linearibus, curvatis; umbelli subdecompositâ, quinqueradiatâ, involucro duplo breviori; spiculis ovato-oblongis; glumis ovatis; monandris; stigmatibus duobus; acheniis cancellatis. *Schrad. Fl. plant. rar. Hort. Gotting. Fasc.* I.

Culmi cespitosi, spithamaei, glabri ut reliquae partes: Folia culmum aequantia, canaliculata. Umbellae coarctatae; spiculis acutiusculis. Involucri foliola 5-6, inaequalia, structurâ foliorum. Involucelli 3-4, umbellam subaequantia. Glumae mucronatae. *Schrad.* *In India orientali.*

n. 43 e. Isolepis *hirtella Schrad.*; culmis setaceis, basi foliosis, foliisque capillaribus pubescenti-hirtis; umbelli compositâ decompositâque, 5-9-radiatâ involucrum superante; spiculis oblongis; glumis ovatis, alte carinatis; stigmatibus duobus; acheniis laevibus. *Schrad. MS.*

Culmi 1-1 1/2 ped., et altiores, setacei. Folia culmo triplo quadruplove breviora, rigidula; vaginis ore margineque capillaceo-laciniatis. Umbella contracta, radiis 5-7 linear., cum intermediis brevioribus. Spiculae 1 1/2-2 lin., glumis ferrugineis carinâ quam in affinibus magis prominente. Achenium obovatum, triquetrum, sordide album. *Schrad.* *In Brasilia. Princ. Ser. Max. Neowid.*

n. 43 f. Isolepis *congesta Schrad.*; culmis gracilibus basi foliosis foliisque setaceis glabris; umbellâ 4-5-radiata involucro breviori; spiculis subsessilibus, congestis, oblongo-ovatis, mucronatis, scabris; stigmatibus tribus; acheniis laevibus. *Schrad. MS.*

Radix fibrosa. Culmi cespitosi, 1-1 1/2 pedales, per aetatem magis vel minus curvati, teretiusculi. Folia culmo plus duplo breviora, glauco-viridia; vaginis ore ciliis longis capillaribus. Umbellae radii 3-4-lineares et breviores. Spiculae sesquilineares, glumis fusco-ferrugineis. Achenium obovatum, trigonum, album. *Brasilia. Princ. Ser. Max. Neowid.*

n. 43 g. Isolepis *fusca Humb.* et *Bonpl.*; foliis filiformibus, acutis, culmo multo brevioribus; spicis umbellatis, elongatis, tetragonis, 4-7-nis; glumis carinatis; involucro diphyllo, spiculis aequali. *Link Jahrb.* 3. p. 79. *Herb. Willd.*

Caulis 3 poll. *Link*, qui desiderari hanc speciem in *Nov. G.* *In America meridionali Humb.* et *Bonpl.*

n. 44. Isolepis *asperula* addatur synonymon: Scirpus *humilis Herb. Willd.* fide *Link Jahrb.* 3. p. Huic subjungatur monente clo *Bertolone* in litt:

n. 44 a. ISOLEPIS *dichotoma* *Humb.* et *Bonpl.* *Nov. gen.* I. *p.* 179., quam nos in Observatione ad FIMBRISTYLIN *dichotomam* *Syst. Veg. ed. nostr.* II. *p.* 95. *n.* 14.

Pag. 121. n. 46. ISOLEPIS *junciformis*. Addatur synonymon: SCIRPUS *junciformis* *Herb. Willd.* fide *Link* l. c.

n. 47. ISOLEPIS *densa*; culmis cespitosis, foliisque brevibus setaceis; vaginis barbatis; umbellâ decompositâ, radiis inaequalibus capillaribus; involucris squarrosis, subulatis; spiculis ovalibus, longe pedunculatis, centralibus sessilibus. SCIRPUS (Isolepis) *densus* *Wall.* in *Roxb.* *Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 231. *n.* 40.

Radix, culmus, folia, vaginae elegantis hujus et parvi graminis simillimae ISOL. *barbatae*, inflorescentia vero diversa. Gracillima, glauca, capillaris, patens, glabra. Rad. cinerascens, fibris innumeris, longis. Culmi 6-12 poll., triangulares. Folia 3-4 ad basin, plerumque radicalia, culmo triplo quadruplo breviora, vaginis brevibus, flaccidis, fuscis, dorso oreque pilis multis, longis, curvis. Radii 5 circiter, plerumque pollicares, aliis umbellâ e spicis paucis, aliis spicâ solitariâ. Squamae involucri paleaceae, fuscae, imbricatae, alterâ in folium capillare desinente. Spiculae minimae, fuscae, subangulares, squamis ovatis, carinatis, cuspidatis. Setae o. *Wall.* l. c. *In Nepala tempore pluvia.*

n. 48. ISOLEPIS *depauperata* *Link*; foliis planis, angustissimis, glabris, culmo aequalibus; spiculis umbellatis, ternis duabusque pedunculatis; involucro diphyllo: phyllo altero umbellae aequali; glumis acutis, carinatis; semine transversaliter tenuissime striato, splendente. SCIRPUS *depauperatus* *Mühlenb.* apud *Link* *Jahrb.* 3. *p.* 80. ex *Herb. Willd.*

Caulis 2 poll. *Link.* *In America boreali.* *Mühlenb.*

Quid ISOLEPIS *bicolor* *Carmich.* *Linn. Trans.* XII?
— *inclinata* *Delisle?*

n. 122. SCIRPUS.

Pag. 122. n. 2. SCIRPO *confervoidi* addatur synonymon: SCHOENUS *confervoides* *Herb. Willd.* fide *Link*.

n. 3. SCIRPUS *cespitosus*. Addatur synonymon: *Svensk Bot.* 563. *f.* 1.

Pag. 123. n. 5. SCIRPO *Baeothryo* addatur synonymon: *Wahlenb.* *Fl. Ups.* *p.* 17. *Svensk Bot.* 563. *f.* 2. SCIRPUS *cespitosus* *Pollich* *palat.* (fide *Koch* et *Ziz.*) Etiam SCIRPUS *cespitosus* *Linn.* *herbat. Upsal.* *Amoen. ac.* LIII. *p.* 437. (fide *Wahlenb.* l. c. qui etiamnum SCIRPUM *acicularem* *Fl. Dan.* *t.* 167. laudat.)

Obs. SCIRPUS *alpinus Schleich.* nil nisi Sc. *Baeothryon* minor, radice in nostris speciminibus subrepente.

n. 5 a. SCIRPUS *planifolius Mühlenb.*; culmo nudo, triquetro; foliis planis, linearibus, culmi longitudine; spicâ solitariâ; glumis carinatis, aristatis, extimâ spicâ aequali; seminibus setis 3 brevibus cinctis; stylis deciduis. *Link Jahrb.* 3. *p.* 78. *Mühlenb. Descr. uber. gram. p.* 32. *Barton Fl. philad.* I. *p.* 33. ISOLEPIS *planifolia Spreng. N. Entd.* III. *p.* 10.

Differt a simili *Baeothryo* foliis culmeis longioribus trinervibus, spiculis flavicantibus, bracteolis acuminatis. *Link.* Culmus spithamaeus, flaccidus, basi vaginatus. Folia subinde culmo parum breviora, striata, margine scabra. Spica ovata, pallide flavicans bracteis 2 basilaribus ovatis, cuspidatis, nervo viridi. Squamae appressae, glabrae. Setas, quas *Mühlenberg* indicat, invenire non potui, licet filamenta speciem setarum prae se ferant. *Spreng.* Folia subradicalia, carinata, scabra, inferiora lata, abbreviata nervosa, mucronata, cetera 3-nervia. Spica acuta, 6-flora bracteâ brevior. Pist. 2-3-fidum. Semen fuscum, triquetrum longitudine setarum. *Mühlenb.* In *America boreali Pennsylv.*, *Delaware.*

Pag. 124. n. 6. SCIRPUS *turgidus* deleatur, utpote ELEOCHARIS *ovata.*

n. 7. SCIRPUS *parvulus.* Addatur synonymon: SCIRPUS *humilis* *Wallroth Sched. crit. p.* 27.

Differt a simili *fluitante*: radice fibrosa, folia tereliuscula in caespitem juncta sustinente, in *fluitante* radicante; culmis radicalibus, qui in *fluitante* ex geniculis; involucri valvis exterioribus spiculas subaequantibus, nec his brevioribus; totoque denique habitu pygmaeo. *Wallroth.*

n. 9. SCIRPO *trichoidi* addatur synonymon: SCIRPUS *acutus Herb. Willd.* fide *Link. Jahrb.* 3. *p.* 81.

n. 9 a. *SCIRPUS *Chaeta*; radice fibrosâ; culmo acicalari biunciali, quadrangulo; spicâ terminali, ovatâ, acutâ, 1-6 florâ, bracteâ unâ obtusâ; glumâ obtusiusculâ, margine fuscâ, carinâ viridi; staminibus 3. SCIRPUS *trichodes Mühlenb. p.* 30.

Cl. *Sprengel N. Entd.* monet Sc. *trichodem Mühlenb.* p. 30 (excl. syn. SCIRPI *capillacei Mich.*, quem rite distinxere *Elliot* et *Torrey* in *Cat. New. Sock* p. 13) omnino esse hujus loci. Attamen, si a *capillaceo Mich.* s. *pusilla Vahl* diversus Sc. *trichodes H. et B.* minime esse poterit, ut ex diagnosi luculenter apparet; convenit sane pluribus cum *pusillo.* „Habitus, addit *Mühlenberg* l. c., omnino *acicularis.* Culmus basi purpurascens, cespitosus; vagina truncata, obtusa. Pist. bifidum. Semen triquetrum, album s. flavescens, brevius setis 4 albis.“ *Pennsylvania.*

Pag. 125. *n.* 10. SCIRPO *festucoidi* addatur synonymon: SCHOENUS *festucoides* *Herb. Willd.* fide *Link.*

n. 10 a. SCIRPUS *strobilinus* *Roxb.*; culmis 2 pedum, triangularibus, basi foliosis; foliis triangularibus; spicâ laterali solitariâ; squamis cordatis cuspidatis; stigmate bifido; semine teretiusculo (?) setoso. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 222. *n.* 22.

Rad. stolonifera, fibris pallidis. Culmi simplices erecti. Folia 2-3, diversae magnitudinis, basin culmi amplexantes, longius culmi fere longitudine, profunde canaliculatum, carinatum, glabrum. Spica sub apice ad 1/5 longitudinis culmi circiter posita, ovato-oblonga, pollicaris. Involucrum monophyllum praeter apicem culmi, longitudine spicarum. Squamae glabrae. Setae numero fere duplici staminum (quae 3.) Antherae lineares, effoetae spirales. Germen obovatum. Stigma bifidum. Semen planum, intus praecipue, teretiusculum, obcordatum, coronatum particulâ styli residui, cinctum setis 6 gracilibus, mollibus, persistentibus, ejusdem longitudinis. *Roxb l. c.* *Ad ripas Gangis humidas, molles.* (An ELAEOCHARIS?)

n. 13. SCIRPUS *multicaulis* *Smith* addatur: *Fl. Dan. t.* 287 et *β.* bracteis in folia abeuntibus. *Decand. Fl. gall. Suppl.* 299.

Patriae addantur: Pyrenaei circa lacum d'Espingon.

n. 13 a. SCIRPUS *bifolius* *Wallroth*; culmo tereti, glauco; vaginis foliiferis; foliis canaliculato-teretiusculis, junceis; spiculis ovatis, solitariis, sessilibus, lateralibus, involucro diphyllo suffultis; stigmatibus 2. *Wallroth Schrad. crit. p.* 27.

Rad. repens, fibris plurimis circa genicula, stoloniferae ut in AGROPYRO *repente.* Culmi 1-1 1/2 ped., plures, remoti, mole JUNCI *glauci*, strioti, diphylli, inferne squamis fuscis. Vaginae teretes, striatae. Folia culmo breviora, digitos 2 longa, striata, glauca, marginibus integerrimis, apice callosa. Involucrum externum longitudine digiti, minoris ut folia culmea; internum multo brevius, spiculam subaequans. Spicula sessilis, 8-9-flora, nitida, ferruginea. Glumae ovatae, integerrimae, scariosae, marginem versus diaphanae, trinerves, nervo carinali in mucronem brevissimum abeunte. Nux subtrigona, basi attenuata, apice mucrone mediocri fusco-nigricante. Setae 3 flexuosae, apice corpusculis parvis, nec retrorsum hispidae. Simillima CARICI *Mordorhizae.* *Wallr.* *Ad lacum Koelmensem et piscin. Wansleben.*

Pag. 126. n. 14. SCIRPUS *obtusus.*

n. 15. SCIRPUS *glaucescens.*

n. 16. SCIRPUS *tenuis.*

Pag. 127. n 18. SCIRPUS *fistulosus*, fide *Link*, verae sunt ELEOCHARES, hinc iisdem inserendi, hic delendi.

Obs. SCIRPUS *alpinus* Schleich. nil nisi Sc. *Baeothryon* minor, radice in nostris speciminibus subrepente.

n. 5a. SCIRPUS *planifolius* Mühlenb.; culmo nudo, triquetro; foliis planis, linearibus, culmi longitudine; spicâ solitariâ; glumis carinatis, aristatis, extimâ spicâ aequali; seminibus setis 3 brevibus cinctis; stylis deciduis. *Link Jahrb.* 3. *p.* 78. *Mühlenb. Descr. uber. gram. p.* 32. *Barton Fl. philad.* I. *p.* 33. ISOLEPIS *planifolia Spreng. N. Entd.* III. *p.* 10.

Differt a simili *Baeothryo* foliis culmeis longioribus trinervibus, spiculis flavicantibus, bracteolis acuminatis. *Link.* Culmus spithamaeus, flaccidus, basi vaginatus. Folia subinde culmo parum breviora, striata, margine scabra. Spica ovata, pallide flavicans, bracteis 2 basilaribus ovatis, cuspidatis, nervo viridi. Squamae appressae, glabrae. Setas, quas *Mühlenberg* indicat, invenire non potui, licet filamenta speciem setarum prae se ferant. *Spreng.* Folia subradicalia, carinata, scabra, inferiora late, abbreviata, nervosa, mucronata, cetera 3-nervia. Spica acuta, 6-flora, bracteâ brevior. Pist. 2-3-fidum. Semen fuscum, triquetrum, longitudine setarum. *Mühlenb. In America boreali. Pennsylv., Delaware.*

Pag. 124. n. 6. SCIRPUS *turgidus* deleatur, utpote ELEOCHARIS *ovata*.

n. 7. SCIRPUS *parvulus*. Addatur synonymon: SCIRPUS *humilis* Wallroth Sched. crit. *p.* 27.

Differt a simili *fluitante*: radice fibrosa, folia teretiuscula in caespitem juncta sustinente, in *fluitante* radicante; culmis radicalibus, qui in *fluitante* ex geniculis; involucri valvis exterioribus spiculas subsequantibus, nec his brevioribus; totoque denique habitu pygmaeo. *Wallroth.*

n. 9. SCIRPO *trichoidi* addatur synonymon: SCIRPUS *acutus Herb. Willd.* fide *Link. Jahrb.* 3. *p.* 81.

n. 9a. *SCIRPUS *Chaeta*; radice fibrosâ; culmo aciculari, biunciali, quadrangulo; spicâ terminali, ovatâ, acutâ, 1-6-florâ, bracteâ unâ obtusâ; glumâ obtusiusculâ, margine fuscâ, carinâ viridi; staminibus 3. SCIRPUS *trichodes Mühlenb. p.* 30.

Cl. *Sprengel N. Entd.* monet Sc. *trichodem Mühlenb. p.* 30. (excl. syn. SCIRPI *capillacei Mich.*, quem rite distinxere *Elliott* et *Torrey* in *Cat. New. Sock* p. 13) omnino esse hujus loci. Attamen, si a *capillacea Mich.* s. *pusilla Vahl* diversus Sc. *trichodes H. et B.* minime esse poterit, ut ex diagnosi luculenter apparet; convenit sane pluribus cum *pusillo*. „Habitus, addit *Mühlenberg* l. c., omnino *acicularis*. Culmus basi purpurascens, cespitosus; vagina truncata, obtusa. Pist. bifidum. Sem. triquetrum, album s. flavescens, brevius setis 4 albis.“ *In Pennsylvania.*

Pag. 125. n. 10. SCIRPO *festucoidi* addatur synonymon: SCHOENUS *festucoides* *Herb. Willd.* fide *Link*.

n. 10 a. SCIRPUS *strobilinus* *Roxb.*; culmis 2 pedum, triangularibus, basi foliosis; foliis triangularibus; spicâ laterali solitariâ; squamis cordatis cuspidatis; stigmate bifido; semine teretiusculo (?) setoso. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 222. *n.* 22.

Rad. stolonifera, fibris pallidis. Culmi simplices erecti. Folia 2 - 3, diversae magnitudinis, basin culmi amplexantes, longius culmi fere longitudine, profunde canaliculatum, carinatum, glabrum. Spica sub apice ad 1/5 longitudinis culmi circiter posita, ovato-oblonga, pollicaris. Involucrum monophyllum praeter apicem culmi, longitudine spicarum. Squamae glabrae. Setae numero fere duplici staminum (quae 3.) Antherae lineares, effoetae spirales. Germen obovatum Stigma bifidum. Semen planum, intus praecipue, teretiusculum, obcordatum, coronatum particulâ styli residui, cinctum setis 6 gracilibus, mollibus, persistentibus, ejusdem longitudinis. *Roxb l. c.* *Ad ripas Gangis humidas, molles.* (An ELAEOCHARIS?)

n. 13. SCIRPUS *multicaulis* *Smith* addatur: *Fl. Dan. t.* 287 et *β.* bracteis in folia abeuntibus. *Decand. Fl. gall. Suppl.* 299.

Patriae addantur: Pyrenaei circa lacum d'Espingon.

n. 13 a. SCIRPUS *bifolius* *Wallroth*; culmo tereti, glauco; vaginis foliiferis; foliis canaliculato - teretiusculis, junceis; spiculis ovatis, solitariis, sessilibus, lateralibus, involucro diphyllo suffultis; stigmatibus 2. *Wallroth Schrad. crit. p.* 27.

Rad. repens, fibris plurimis circa genicula, stoloniferae ut in AGROPYRO *repente*. Culmi 1 - 1 1/2 ped., plures, remoti, mole JUNCI *glauci*, stricti, diphylli, inferne squamis fuscis. Vaginae teretes, striatae. Folia culmo breviora, digitos 2 longa, striata, glauca, marginibus integerrimis, apice callosa. Involucrum externum longitudine digiti, minoris ut folia culmea; internum multo brevius, spiculam subaequans. Spicula sessilis, 8 - 9 - flora, nitida, ferruginea. Glumae ovatae, integerrimae, scariosae, marginem versus diaphanae; trinerves, nervo carinali in mucronem brevissimum abeunte. Nux subtrigona, basi attenuata, apice mucrone mediocri fusco - nigricante. Setae 3 flexuosae, apice corpusculis parvis, nec retrorsum hispidae. Simillima CARICI *Mordorhizae*. *Wallr. Ad lacum Koelmensem et piscin. Wansleben.*

Pag. 126. n. 14. SCIRPUS *obtusus*.

n. 15. SCIRPUS *glaucescens*.

n. 16. SCIRPUS *tenuis*.

Pag. 127. n 18. SCIRPUS *fistulosus*, fide *Link*, verae sunt ELEOCHARES, hinc iisdem inserendi, hic delendi.

n. 19. Sc. *coniferum* fore esse Restionem *articulatum* *Retz*, monet ipse hujus speciei auctor *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 90.

n. 20 a. Scirpus *tenuiculus Schrad.*; culmis setaceis, compresso-trigonis; vaginis truncatis, mucronatis; spicâ ovato-oblongâ; glumis ovatis, obtusissimis; margine membranaceis; stigmatibus tribus; acheniis obovatis, trigonis. *Schrad. MS.*

Culmi 1 1/2-2 poll., erecti vel parum curvati, tenues, rigiduli. Vaginae interiores mucrone foliaceo terminatae. Spiculae 1 1/2 lin., obtusae, multiflorae; glumis sensim deciduis, carinatis, margine membranaceo albo cinctis. Gluma infima reliquis paulo major, vacua. Setae quatuor. *Schrad.* *In Brasilia.* *Princ. Ser. Max. Neowid.*

n. 20 b. Scirpus *simplex Elliott.*; culmo tereti, aphyllo, monostachyo; spicâ subovatâ; glumis obtusis; semine obovato, triquetro; setis glandularibus. *Elliott. Bot. of S. Carolin* et *Georg. p.* 76. *Nuttall. gen. p.* 32. Sc. *capitatus Mühlenb. Descr. uberior gramin. p.* 30. (Anne potius Eleocharis? *Nuttall.* Sc. *capitatum* tanquam distinctam speciem proponit.)

n. 20 c. Scirpus *equisetoides Elliott.*; culmo tereti, duplicato, articulato; spicâ cylindricâ, terminali; squamis obtusissimis. *Elliott l. c.* *Nuttall. gen. p.* 32.

Simillimus Equiseto *hyemali.* *Prope Salem in North-Carolina legit Schweinitz.*

n. 20 d. Scirpus? *acuminatus Mühlenb.*; culmo nudo compresso, pedali; spicâ unicâ terminali, ovatâ, acuminatâ. *Mühlenb. Descr. uber. p.* 27. (Nec plura.)

n. 20 e. Scirpus *albo marginatus*; culmo subnudo, quadrangulo, bipedali, crasso; vaginâ foliaceâ; spicâ terminali semunciali; squamis ovatis, obtusis, margine albis, staminibus setisque 3. Scirpus *marginatus Mühlenb. Descr. ub. p.* 28.

In Carolina. (Nomen mutandum erat, ob antiquiorem marginatum *Thunberg.*)

n. 20 f. Scirpus *Mühlenbergianus*; culmo nudo quadrangulo; vaginâ truncatâ, purpurascente; spicâ terminali, ovata; squamis atropurpureis, acutis. Scirpus n. 4. *Mühlenb. Descr. ub. p.* 24. (sine nomine).

In Delaware.

n. 21. Scirpus *minimus.* Deleatur; est enim, monente clo. *Schrader*, Isolepis *minima.*

n. 22. Scirpus *debilis.* Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 34. *Nuttall. gen. p.* 32.

Culmus nudus, erectus, canaliculatus, pedalis, cespitosus, basi vaginatus, apice strictus. Spicae laterales, sessiles, ovatae, 1-9, ebracteatae, multiflorae Squamae ovatae, obtusae et acuminatae, margine albae, carinâ viridi. Pist. bifidum. Sem. subtriquetrum s obovatum, apiculatum, nitidum, atrum, rugosum vel punctatum. Setae 3-5 albae, hispidae, semine paulo longiores. *Mühlenb.* a quo huc ducitur Scirpus *lupulinus Smith M. S. t.* Proximus *triquetro Swartz*, affinis *Pluk.* 40. 1. *Etiam in Carolina.*

n. 25. Scirpus *pungens*. Addatur:

Obs. Scirpus *triqueter;* culmo nudo; paniculâ aphyllâ; spicis lateralibus, ovatis, obtusis, subsessilibus pedunculatisque, istis culmi mucronem erectum aequantibus *Broter. Fl. Lusit.* p. 66 videtur huc spectare, cum culmi anguli obtusi.

Pag. 129. n. 26. Scirpus *conglomeratus* apud *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 95. scribitur *agglomeratus*.

n. 27. Scirpus *americanus*. Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 33. Scirpus *triqueter Bigelow Fl. bost. p.* 14. *Mühlenb. Descr. uber. p.* 33.

Culmus subnudus, 3-5-ped., (2-3 ped. *Bigel.*) apice mucrone erecto, lateribus excavatis. Spicae laterales, ovatae, fuscae 1-5, sessiles. Squamae ovatae, fuscae, mucronatae, carinatae. Stam. 3. Pist. bifidum. Semen subtriquetrum, acumine coronatum, hinc planum inde convexum, nigrescens, basi setosum. *Mühlenb.* specimen e Noveboraco notat folio subradicali, spicis lateralibus, et *Pluk.* t. 40, 2 vix respondere. Contra *Bigelow* convenire cum *Pluk* l. c., non vero cum *Fl. brit.*, et squamas margine dilatatas notat, laceras, spiculasque ad poll. 2 sub apice. *In uliginosis ad rivos, Pennsylv. Carolinae.* ♃.

Obs. Hujus fors esse varietatem Scirpum n. 16. culmo 1 1/2 ped., triquetro, mucronato; folio subradicali, 1-2 lin., vaginâ obtusâ, foliiferâ; spicâ laterali unicâ, ovatâ, sessili; squamis ovatis, obtusis, mucronatis, fuscis, carinatis; pist. bifido, semine ovali. *Mühlenb. Ad Sassafras river, etiam in N. Eborac.*

Pag. 130. n. 28. Scirpus *littoralis*. Addatur synonymon: Scirpus *fimbrisetus Delile Descr. de l'Egypte* 7. *n.* 1. (fide spec. a clo *Sieber* in Candia lecti.)

n. 29. Scirpus *mucronatus*. Addatur synonymon: Sc. culmis 6-12 pollicum, triangularibus; spicis pedunculatis sessilibusque sub apice; semine nigro, subtriangulari. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 219. *n.* 13. *Nutt. gen. p.* 32.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, firmi, nudi, striati, angulis rotundatis, supra spicam semiteretes, latere plano sulcato. Spicae laterales, 6-12, nudae, oblongae, multiflorae. Setae ad germen nullae. *Roxb. l. c.* *In arenosis.*

n. 29 a. Scirpus *triangulatus Roxb.*; culmis cespitosis,

erectis, 2 pedum, nudis, acute triangularibus; spicis 8-12 sub apice recto trialato sessilibus; germine setis 6 longis gracilibus, filamentisque 3 latioribus cincto. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 219. *n.* 14.

In Chittagong humidis demissis.

Pag. 131. n. 30. Scirpum *erectum* nonnisi varietatem esse Isolepidis *supinae* monet hujus speciei auctor *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 91.

n. 31. Scirpus *articulatus.* Addatur synonymon: Sc. culmis 2-4 pedum, septis conspicuis; spicis acutis in capitulum confertis prope basin; seminibus nudis, triangularibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 217 *n.* 8. *β. tenuis Roth Nov. plantt. Spec. p.* 26.

Rad. stolonifera. Culmus erectus, teres, glaber, nudus, septis 1/2 poll. distantibus interceptus. Foliorum loco vagina brevis una aut terave, basin culmi involvens. Capitulum laterale, sessile ad basin culmi, subglobosum, e spicis 50-60 oblongis, sessilibus, multifloris. Squamae late cordatae, subacutae. Stam. 3, setis 0. Stylus obsolete bifidus. Semen triquetrum, glabrum, album. *Roxb.* l. c. *In stagnis non salsis.* *β.* Convenit structurâ spicularum et culmorum: recedit 1. culmis vix ultra 1/2 ped., filo empor. vix crassioribus, glauco-viridibus et flaccidis; capitulis longe minoribus, vix ultra pollicem a radice remotis. *Roth.*

Obs. Scirpum *articulatum Herb. Willd.* certe distinctum esse a *fistuloso Forsk.* *), (hinc excludendo) quem *Delille* (sub Isolepi *fistulosa*) ex Aegypto attulit; articulos illius esse multo breviores crassiores; flores plurimis quidem convenire, attamen squamas in aegyptiaco minus esse coloratas *Link Jahrb.* 3. *p.* 79.

n. 32. Scirpus *praelongatus Poiret*, denuo examinatus auctori *Poiret* non videtur differre ab *articulato*. Conf. *Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 91.

n. 32 a. Scirpus *subarticulatus Roxb.*; culmis 2-3-pedalibus dissepimentis innumeris interceptis; spicis obtusis in capitulum prope basin coacervatis; semine triquetro, acuto. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 217. *n.* 9.

Rad. similis *articulati.* Culmus erectus, teres, glaber, aphyllus, membranâ ad quamlibet lineam tertiam interstinctus, externe neq

---

*) Differt etiam descriptio data a. div. *Forskål*, licet ipsissimus *Vahl* pro synonymo habuisset, haud paucis: „Culmi ex uno cespite multi, stricti, subulati, 1 1/2 ped., obscure virides, obsolete striati, longiores apice marcescentes, omnes basi vaginis aliquot alternis, obtusis, in cylindrum connatis. Rad fere bulbosa. Folia nulla. Capitulum laterale non procul a basi supra vaginam supremam, globosum, diametro fere pollicis, spiculis sessilibus ovato-pentagonis, imbricatis, squamis acutis, dorso viridibus, lateribus ferrugineis, apice albidis. Medulla spongiosa, intervallis pollicis distantiâ extus conspicuis." *Forsk.*

dem in sicco apparens. Foliorum loco vagina una alterave. Capitulum laterale sessile, globosum, spiculis circiter 100 parvis, ovatis, sessilibus, multifloris. Squamae ovales, membranaceae. Semina alba, glabra. *Roxb.* l. c. *Cum articulato.*

n. 32 b. SCIRPUS *dubius Roxb.*; radice tuberosâ; culmo nudo; interstitiis innumeris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 218. n. 10. ISOËTES *coromandeliana Linn. Suppl. p.* 417? apud *Spreng. N. Entd.* III. *p.* 103.

Stolones fibraeque inde innumerae, extus fuscae, intus albae. Folia erecta, teretia, glabra, pedalia. Flores nulli unquam visi, unde olim ISOËTES. Incolis radices edules. *Roxb.* l. c. *In sabulosis humidis.*

n. 32 c. SCIRPUS *pectinatus Roxb.*; culmis 3-4 pedum; paniculâ laterali sub apice culmi subulato, recto; squamis pugioniformibus; stigmate bifido; seminibus rotundatis, setis 4 pinnatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 220. *n.* 17.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, crassitie calami scriptorii, nudi, rotundi, glabri. Vagina una alterave ad basin culmi, foliorum loco. Umbella suâ longitudine ab apice remota, composita vel decomposita, arcuata. Spicae oblongae. Involucrum apex culmi. Squamae paleaceae. Setae 2 utrinque, persistentes, elegantes. Semen obovatum, compressum, glabrum, fuscum. *Roxb. l. c. In uliginosis sabulosis.*

Pag. 133. n. 40. SCIRPUS *hemisphaericus*. Addatur synonymon:
Roth Nov. spec. plant. p. 29.

Culmus 4 unc., angulosus, glaber, subincurvus. Capitulum ferrugineum, hemisphaericum. Involucrum vix unciâ longius, glabrum, basi capitulum amplexante, lineari-subulatum, canaliculatum, siccitate convolutum, fine obtuso, adscendens. Squamae uninerves glabrae. Nux oblonga, subcompressa, utrinque parum attenuata, glabra, costata, squamâ suâ paulo brevior. Ne capitulum ob involucrum saepe erectum laterale putes, cave. *Roth. Cum arctico.*

Pag. 134. n. 45. SCIRPUM *nanum* affinem esse ISOLEPIDI *argenteae Vahl*, monet hujus speciei auctor *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 99. An ergo ISOLEPIS?

Pag. 135. n. 47. SCIRPUS *lupulinus* deleatur: est, monente ipso auctore *Sprengel N. Entd.* I. *p.* 239., CYPERUS *mariscoides Nuttall. gen. p.* 35.

n. 50. SCIRPUS *lacustris*. Addatur synonymon:
Wahlenb. Fl. Ups. p. 18. *Svensk Bot. t.* 150. *Nutt. gen. p.* 32. *Mühlenb. Descr. uber. p.* 32.

Obs. Mühlenberg l. c. notat pistillum bifidum, semen obovatum, enerve, cinereum, setis 4 hispidis, semine sublongioribus. An omnino idem cum nostro?

erectis, 2 pedum, nudis, acute triangularibus; spicis 8-11 sub apice recto trialato sessilibus; germine setis 6 longi gracilibus, filamentisque 3 latioribus cincto. *Roxb.* *Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 219. *n.* 14.

In Chittagong humidis demissis.

Pag. 131. n. 30. Scirpum *erectum* nonnisi varietatem esse Isolepidis *supinae* monet hujus speciei auctor *Poiret* *Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 91.

n. 31. Scirpus *articulatus*. Addatur synonymon: Sc. culmis 2-4 pedum, septis conspicuis; spicis acutis i capitulum confertis prope basin; seminibus nudis, triang laribus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 21 *n.* 8. *β. tenuis Roth Nov. plant. Spec. p.* 26.

Rad. stolonifera. Culmus erectus, teres, glaber, nudus, septis 1/2 poll. distantibus interceptus. Foliorum loco vagina brevis una terave, basin culmi involvens. Capitulum laterale, sessile ad ba culmi, subglobosum, e spicis 50-60 oblongis, sessilibus, multif ris. Squamae late cordatae, subacutae. Stam. 3, setis o. Styl obsolete bifidus. Semen triquetrum, glabrum, album. *Rox* l. c. *In stagnis non salsis.* *β.* Convenit structurâ spicular et culmorum: recedit 1. culmis vix ultra 1/2 ped., filo empor vix crassioribus, glauco-viridibus et flaccidis; capitulis longe noribus, vix ultra pollicem a radice remotis. *Roth.*

Obs. Scirpum *articulatum Herb. Willd.* certe distinctum esse a *fi laso Forsk.**), (hinc excludendo) quem *Delille* (sub Isolep *fistulosa*) ex Aegypto attulit; articulos illius esse multo brevior crassiores; flores plurimis quidem convenire, attamen squamas aegyptiaco minus esse coloratas *Link Jahrb.* 3. *p.* 79.

n. 32. Scirpus *praelongatus Poiret*, denuo examinati auctori *Poiret* non videtur differre ab *articulato*. Conf *Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 91.

n. 32 a. Scirpus *subarticulatus Roxb.*; culmis 2-3-pe dissepimentis innumeris interceptis; spicis obtusis in capi lum prope basin coacervatis; semine triquetro, acu *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 217. *n.* 9.

Rad. similis *articulati.* Culmus erectus, teres, glaber, aphyll membranâ ad quamlibet lineam tertiam interstinctus, externe ne

---

*) Differt etiam descriptio data a div. *Forskål*, licet ipsissimus *Vahl* synonymo habuisset, haud paucis: „Culmi ex uno cespite multi, stri subulati, 1 1/2 ped., obscure virides, obsolete striati, longiores ap marcescentes, omnes basi vaginis aliquot alternis, obtusis, in cylind connatis. Rad fere bulbosa. Folia nulla. Capitulum laterale non p cul a basi supra vaginam supremam, globosum, diametro fere pollic spiculis sessilibus ovato-pentagonis, imbricatis, squamis acutis, d viridibus, lateribus ferrugineis, apice albidis. Medulla spongiosa, i mis pollicis distantiâ extus conspicuis." *Forsk.*

dem in sicco apparens. Foliorum loco vagina una alterave. Capitulum laterale sessile, globosum, spiculis circiter 100 parvis, ovatis, sessilibus, multifloris. Squamae ovales, membranaceae. Semina alba, glabra. *Roxb.* l. c. *Cum articulato.*

n. 32 b. SCIRPUS *dubius Roxb.*; radice tuberosâ; culmo nudo; interstitiis innumeris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 218. n. 10. ISOËTES *coromandeliana Linn. Suppl. p.* 447? apud *Spreng. N. Entd.* III. *p.* 103.

Stolones fibraeque inde innumerae, extus fuscae, intus albae. Folia erecta, teretia, glabra, pedalia. Flores nulli unquam visi, unde olim ISOËTES. Incolis radices edules. *Roxb.* l. c. *In sabulosis humidis.*

n. 32 c. SCIRPUS *pectinatus Roxb.*; culmis 3-4 pedum; paniculâ laterali sub apice culmi subulato, recto; squamis pugioniformibus; stigmate bifido; seminibus rotundatis, setis 4 pinnatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 220. *n.* 17.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, crassitie calami scriptorii, nudi, rotundi, glabri. Vagina una alterave ad basin culmi, foliorum loco. Umbella suâ longitudine ab apice remota, composita vel decomposita, arcuata. Spicae oblongae. Involucrum apex culmi. Squamae paleaceae. Setae 2 utrinque, persistentes, elegantes. Semen obovatum, compressum, glabrum, fuscum. *Roxb. l. c. In uliginosis sabulosis.*

pag. 133. n. 40. SCIRPUS *hemisphaericus.* Addatur synonymon:

Roth Nov. spec. plant. p. 29.

Culmus 4 unc., angulosus, glaber, subincurvus. Capitulum ferrugineum, hemisphaericum. Involucrum vix unciâ longius, glabrum, basi capitulum amplexante, lineari-subulatum, canaliculatum, siccitate convolutum, fine obtuso, adscendens. Squamae uninerves glabrae. Nux oblonga, subcompressa, utrinque parum attenuata, glabra, costata, squamâ suâ paulo brevior. Ne capitulum ob involucrum saepe erectum laterale putes, cave. *Roth. Cum arctico.*

pag. 134. n. 45. SCIRPUM *nanum* affinem esse ISOLEPIDI *arenteae Vahl*, monet hujus speciei auctor *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 99. An ergo ISOLEPIS?

pag. 135. n. 47. SCIRPUS *lupulinus* deleatur: est, monente eo auctore *Sprengel N. Entd.* I. *p.* 239., CYPERUS *mariscoides Nuttall. gen. p.* 35.

n. 50. SCIRPUS *lacustris.* Addatur synonymon:

Wahlenb. Fl. Ups. p. 18. *Svensk Bot. t.* 150. *Nutt. gen. p.* 32. *Mühlenb. Descr. uber. p.* 32.

Obs. Mühlenberg l. c. notat pistillum bifidum, semen obovatum, enerve, cinereum, setis 4 hispidis, semine sublongioribus. An omnino idem cum nostro?

n. 50 a. Scirpus *acutus Mühlenb.*; culmo tereti, nudo aequali, (maculato); spiculis sub apice pluribus, oblongis umbellatis; (glumis pubescentibus.) *Bigelow Fl. bost. p.* 15. *Mühlenb. Descr. uber. p.* 33.

Differt a *lacustri* culmo minore, 4 ped., superne inaequali, nec attenuato, maculis oblongis, fuscis; pedunculis compressis, inaequalibus; stam. semper 3, setis 3-4. *Mühlenb.* *In aquis Pennsylvaniae, Nov. Angliae.* ♃.

Pag. 136. n. 51. Scirpus *Tabernaemontani.* Addatur: *Wallroth Sched. crit. p.* 28.

n. 52. Scirpus *Duvali.* Addatur synonymon: Scirpus *carinatus Quorumd.*

Pag. 137. n. 53. Scirpo *Brayii* addatur synonymon: Scirpus an nova species? *Com. de Bray Denkschr. Bot. Gesellsch.* I. *p.* 57.

n. 54. Scirpus *tranquebariensis.* Addatur synonymon: Scirpus *tortuosus Herb. Heynean.* fide *Roth nov. Plant. Spec. p.* 29.

n. 55. Scirpus *validus.* Addatur synonymon: *Nuttall. gen. p.* 32.

Pag. 138. n. 58. Scirpus *tetragonus* jungendus Fimbristylis *miliaceae*, monente ipso auctore *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. p. 91.

n. 59. Scirpus *maritimus.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 32. *Wallroth Sched. crit. p.* 29.

Obs. Scirpus *maritimus* in *Herb. Willd.* dicitur, monente Li Sc. *decumanus.* — Anne hic fors Sc. *macrostachyus Mich.*? *robustus Pursh* et *maritimus Big.*? An illa „varietas perquam… geta circa Nikitam in Tauria stylo trifido" *M. A. Bieb. F. T. Suppl. p.* 60? Scirpus *maritimus* a clo *Sieber* in Aegypto … ziore lectus nobis E videtur *maritimi.*

Pag. 140. n. 59 a. Scirpus *tridentatus Roxb.*; culmis erectis, 2-5 pedum, angularibus; umbellâ compositâ; involucris 2-3; spiculis acutis; squamis lobatis, laceris, pugniformibus; semine rotundato, triangulari, setoso. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 229. *n.* 35. (qui confer… dum esse cum *maritimo.*)

Div. *König* hunc *maritimum indicum* dixisse videri, formam te… seminis culmumque articulatum speciem sistere bene distinct… Rad. stolonifera, tuberibus aliquot parvis fibrisque multis. C… rigidi, foliosi, articulati, triangulares, glabri, angulis acutis… lia numerosa, vaginantia, suberecta, rigida, carinata, gl… Umbella ratione plantae parva. Involucrum erectum, inaeq… longissimum umbellâ triplo longius, brevissimum longitudine… bellae. Spicae lanceolatae vel cylindricae, magnae, aliae pe…

culatae. Squamae tridentatae, dentibus lateralibus laceris, medio longo, subulato, carina viridi, ferrugineae. Semen breve, crassum, glabrum, setis ad basin. *Roxb. l. c.* *In fossis, canalibus aquae non salsae.*

n. 60. Scirpus *affinis*. Addatur synonymon: *Roth Nov. plantt. Spec.* p. 31. *β.* spicâ unicâ, breviter pedunculatâ ad involucrum exterius, pedunculo tereti-usculo. *Roth l. c.*

Obs. Differt a simillimo Scirpo *compacto* (quae olo *Roth* Scirpi *maritimi* varietas minor) praeter characteres datos: capitulo plerumque majore, sordide flavescente; nuce ovali-subrotundâ, compressâ, utrinque breviter et obtuse mucronatâ: nec triquetrâ; setis in receptaculo nuci longitudine aequalibus: nec illâ longioribus *Roth*.

n. 60 a. Scirpus *strictus Roxb.*; culmis erectis, 12-18 pedum; umbellâ compositâ; involucris paleaceis; squamis obtusis, diandris, subrotundatis, compressis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 229. *n.* 36.

Rad. fibrosa. Culmi nudi, rigidi, teretes, glabri. Folia radicalia brevia, rigida, utrinque glabra. Umbella terminalis, subinde decomposita, contracta, raro ultra 2 poll. longa, pollicem lata. Involucrum e vaginis, 2-4 parvis, paleaceis, attenuatis. Spicae ovatae, parvae, multiflorae. Squamae margine membranaceo, albo, lato. Stigma bifidum. Semen multum compressum, obcordatum, fusco punctatum. *Roxb.* l. c. *In dariis, sterilibus, arenosis, non nimis siccis.*

n. 62. Scirpus *robustus*. Addatur synonymon: Scirpus *macrostachyus Mühlenb. Descr. uber. p.* 45.

Culmus exacte triqueter, ultrapedalis, glaber, basi foliosus. Folia lineari-lanceolata, nervosa, carinata, glabra, culmo longiora, basi vaginâ glabrâ, striatâ, nervis transversis: ligulâ nulla. Involucrum inaequale, 3-phyllum. Spicae sessiles et pedicellatae, ovatae, 6-12. Squamae ovatae, puberulae, trifidae, laciniâ mediâ aristiformi, squarrosâ. Stam. 3. Pist. nigrescens. Sem. apiculatum, setis retrorsum hispidum. *Mühl.* *A N. Caes. et N. Eborac. ad Carolin.*

p. 141. n. 63. Scirpo *triquetro* addatur icon: *Fl. Dan. t.* 1563.

n. 64. Scirpus *grossus*. Addatur synonymon: Sc. culmis erectis, 6-10 pedum, triangularibus; umbellâ supradecompositâ; semine triquetro, setis 6 retrorsum hispidis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 236. *n.* 49. et excludatur Sc. *grossus Retz.* An etiam *Linn. Suppl. p.* 104?

Culmi plerumque nudi, angulis acutis, lateribus concavis. Folia radicalia et circa basin vaginantia, valde carinata, longitudine fere culmi, margine scabriusculi. Umbella 5-8 poll. in diametro. Involucrum 3-phyllum, maximum bipedale, brevissimum 6 poll.,

utrumque in acumen acutum attenuatum, margine laeve. Involucella paleacea. Spicae oblongae, atrofuscae, multiflorae. Stamina 3. Stylus 3-fidus. *Roxb. l. c.* *In stagnis non salsis.*

n. 64 a. Scirpus *maximus Roxb.*; culmis strictis, 6-15 pedum, triangularibus; umbellâ decompositâ; spiculis teretibus; seminibus obcordatis, triangularibus, nudis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 237. *n.* 50. Scirpus *grossus Retz Obs.* V. 15. et fors *Linn. Suppl. p.* 104.

Rad. fibrosa, stolonifera. Culmi rigidissimi, praeter basin nudi, 1-2 poll. in diametro, angulis acutis, lateribus subconcavis. Folia plerumque radicalia, culmi fere longitudine, multum carinata, glabra, intus tantum substriata. Umbella plerumque pedalis. Involucrum 3-4-phyllum, maximum 3-4 pedum, minimum 3-4 poll. Involucella paleacea. Spicae minutae, ovatae, pauciflorae, squamis brevibus latis. Stam. 3. Stigma 8-fidum. *Roxb. l. c.* *In stagnis profundis, non salsis.* (An Isolepis?)

n. 64 b. Scirpus *Kysoor Roxb.*; culmis (4.-)5-6 pedum, triangularibus, hispidis; umbellâ supradecompositâ; spicis ovatis; semine oblongo, triangulari, coronato setis 5 villosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 235. *n.* 48.

Differt a *grosso*, cui setae 6 barbatae vel retrorsum aculeolatae. Rad. tuberosa, fibris numerosis ferrugineis. Culmi erecti, lateribus profunde sulcati, angulis acutissimis, retrorsum hispidis. Folia plura in culmo singulo, longitudine ejusdem; basi vaginantia, ibidem canaliculata, juniora carinâ et margine hispida, acumine longo, subulato. Umbella terminalis. Involucra 3 circiter, maxime inaequalia, longissimum 1-2 ped., brevissimum aliquot pollicum, simile foliis. Spicae fuscae. Squamae rotundato-ovatae, concavae, paleaceae, fuscae, glabrae, nervo in mucronem subulatum prominentem terminato. Stamina 3 extus ad germen, setâ barbatâ intra utrumque filamentum, et 3 ad dorsum. Germen ovatum. Stylus basi cordatâ, intumescente, persistente. Stigma trifidum. Semen oblongum, triangulare, setis illis 5 cinctum. *Roxb. l. c.* *Ad ripas lacuum, stagnorum non salsorum in Bengali[a].* (An Eleocharis?)

Pag. 142. n. 66. Scirpus *sylvaticus*. Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. Ups. p.* 18.

Pag. 143. n. 68. Scirpus *atrovirens*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. uber. p.* 43. *Link Enum. p.* 45.

A *sylvatico* valde differt, nec spicae duplo majores. Spiculae in capitula globosa coacervatae, paniculâ arctâ. *Link.* Culmus strictus, glaber, 3-ped. Folia radicalia et culmi lanceolata, carinata, illa longa, hae scabra: vagina striata, glabra, transparens. Panicula terminalis prolifera, involucro triphyllo, margine et carina scabro. Rami paniculae vel pedunculi inaequales 5-6, spicis pedicellatis 12, ovatis, acutis, fuscis, uti squamae carinatae, pubescentes. Stam. 3. Pist. trifidum. Semen triquetrum, album

minimum, setis brevibus. *Mühlenb.* *In Pennsylv. N. Angl.*

n. 69. Scirpus *exaltatus*. Addatur synonymon: *Nuttall gen. p.* 32. Scirpus *brunneus Mühlenb. Descr. ub. p.* 42.

Culmus striatus, glaber, 2-ped; folia alterna, lineari-lanceolata, nervosa, carinata, margine scabra, basi vaginata, ligulâ integrâ. Vagina striata, glabra. Spicae paniculatae, pedunculis 5 inaequalibus, hinc teretibus, basi vaginâ truncatâ et folio lanceolato vel involucrato. Involucrum erectum, 4-phyllum, paniculâ longius. Spiculae pedicellorum 3-16, glomeratae. Squamae bruneae carinâ viridi. Antherae 3, rubrae. Pist. 3-fidum, purpurascens. Sem. triquetrum, album, enerve, setis semine longioribus. *Mühlenb.* *In Pennsylvania, N. Caesarea.*

n. 71. Scirpus *cuspidatus*. Addatur synonymon: *Roth Nov. plantt. Spec. p.* 31.

Culmus 1 1/2 ped., simplex, a basi ad apicem foliosus, crassitie culmi secalini, angulis scabris. Folia planiuscula, carinata, margine cartilaginea et subaspera, rigida, glabra: infima duo lanceolata, vix ultra unciam lata; sequentia 2 linearia, vix digito longiora, acuminata; superiora 1 1/2 ped. Ochreae compressae, glabrae, ad oras membranâ sanguineâ pubescente. Umbella terminalis, radiis brevibus, triquetris, pilosis, subdivisis, pedunculis 2, rarius 3, brevibus. Involucrum umbellâ 2-3-plo longius, triquetrum, scaberrimum, basi latiore pubescens: partialia solitaria, universali similia, at breviora. Spicae 3-7 in quovis pedunculo, sessiles, rarius una alterave pedicellata. Squamae obtusae, ad lucem maculis oblongis, sanguineis, costâ dorsali in mucronem brevem subulatum terminatâ. Stam. et Stigmata 3. Germen trigonum, basi nudum. *Roth.* (An Isolepis?)

n. 72. Scirpus *polyphyllus*. Addatur synonymon: *Nuttall gen. p.* 32.

Pag. 144. n. 73. Scirpus *glomeratus*. Addatur synonymon: Sc. culmis 4 poll.; foliis numerosis 1-2 poll.; umbellâ compositâ spiculis 6-12 ovatis; involucro involucellisque longitudine spicularum. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. p. 226. n. 31.

In Coromandel et Bengal.

Pag. 145. n. 77. Scirpus *mucronulatus*. Addatur:

Obs. Delendus in synonymis Scirpus *autumnalis Willd. Spec.*, a divo *Römer* ex *Pursh* huc iterum laudatus, cum moneante *Willdenow Berl Mag.* II. p. 188. Fimbristylis sit, *Michaux* vero de suo Sc. *mucronulato* in definitione petat: „*stylum glabrum trifidum.*" Magna interea Scirpi *mucronulati* et *autumnalis* affinitas, cum ipse *Mühlenberg Descr. uber.* p. 38. de Scirpo *autumnali* dicat: „Scirpus *mucronulatus* videtur."

n. 79 Scirpus *quinquangularis.* Addatur synonymon: Sc. culmis 1-2 pedum, quinquangularibus; umbellâ supradecompositâ; involucro umbellâ multo breviore; squamis ovatis, monandris; semine trigono, rugoso. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 233. n. 44.

Rad. fibrosa. Culmi ut in *complanato* et *tetragono*, sed semper 5-angulares, angulis acutis, lateribus concavis. Folia ut in *complanato*. Umbella rarior, inaequalis, ut in *tetragono*. Involucrum triphyllum, longius longitudine umbellae. Spicae plerumque pedicellatae, ovatae, parvae, paucae, 6-8-florae. Stigma trifidum. Semen oblongum, trigonum, rugosum. *Roxb. l. c.* *In pascuis humidis.* In speciminibus e seminibus a clo *Wallich* benigne missis natis involucra umbellâ longiora.

n. 79 a. Scirpus *pallescens Roxb.*; culmis 6-10 pollicum umbellis supradecompositis, involucro quidquam breviori bus, monandris; squamis obtusis; semine obcordato, no[n] angulato, striato, (transverse) rugoso. *Roxb. Fl. ind. e[d.] Car.* et *Wall.* I. *p.* 233. *n.* 45.

Rad. fibrosa. Culmi suberecti, plerumque nudi, teretiusculi, striat[i]. Folia vaginantia, longitudine culmi, concava, obsolete serrulat[a], sublanuginosa. Umbella terminalis, ratione plantae magna. Inv[o]lucrum diphyllum, suberectum, umbellâ longius, leviter serrulatum squamis parvis paucis intermixtis. Spicae minutissimae. Squam[ae] ovatae, concavae. Stylus bifidus. Semen subcompressum. *Rox[b.]* l. c. *In pascuis demissis.*

n. 79 b. Scirpus *anceps Roxb.*; culmo erecto, pedal[i] ancipite; involucro diphyllo, umbellâ supradecomposit[â] quater-quinquies divisâ breviore. *Roxb. Fl. ind. ed. Ca[r.]* et *Wall.* I. *p.* 234. *n.* 46.

In Bengalia.

Obs. Cum Scirpus *anceps Poiret* Lepidosperma sit, nomen *Roxburgh* inditum remanere potest.

n. 79 c. Scirpus *latifolius Bertolon.*; corymbis co[m]positis axillaribus pedunculatis; spiculis solitariis, ova[tis] acuminatis, glumisque apice mucronato-setaceis; foliis e[n]siformibus. *Bertolon. piant. d. Bras. p.* 2. *n.* 3. *Opusc. scient. d. Bologn.* 3. *p.* 406. *n.* 3.

Culmus angulatus, foliosus. Folia lato-ensiformia, elongata, m[ulti]nervia, vaginantia. Corymbi solitarii, ramis pedicellisque alter[nis] distichis. Bracteae lineares, elongatae, acuminato-setaceae, [...] dae, basi paullulum dilatatae et vaginantes. Spicula solitaria apice pedicellorum parva, turgidula, ovata, acuminata, ferrugi[nea]. Glumae undique imbricatae, numerosae, ovatae, acuminatae, [mu]cronulo scabrido, supremâ tantum floriferâ, reliquae vac[uae]. *In Brasilia. v. s. Bertolon. in litt.*

n. 79 d. Scirpus *comosus Wall.*; glaucus; foliis radi[ca]libus et involucri longissimis, canaliculatis, acumine tri

gulari capillari; corymbo supradecomposito, nutante; spicis geminis ternatisque sessilibus, oblongis; pilis seminum longis, rectis, argenteis." *Wall.* in *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 234. *n.* 47.

Affinis SCIRPO *eriophoro*, sed brevior, minor, spicis oblongis subcylindricis, hujus forte varietas. Rad. fibrosa. Culmi plures, erecti, cespitosi, 6-12 poll. et ultra, gracillimi, pennâ corvi vix crassiores, obsolete trigoni, glabri, nudi. Folia radicalia copiosa, basin culmi amplexantia, vaginis fuscescentibus, membranaceis, altero latere hiantibus, culmo plerumque duplo longiora, angusta, obsolete carinata, margine et carinâ scabra. Corymbus terminalis, unilateralis, radiis circiter 12 inaequalibus, gracilibus, subcomplanatis, glabris, 3-6 poll., basi ochreâ brevi, fuscâ, angustâ, bicarinatâ, umbellulâ partiali plus minus compositâ, pedunculis plerumque 4-5 simplicibus divisisve, brevibus, capillaribus. Involucrum foliis 5 longissimis, radicalibus similibus, apicem culmi amplexantibus insertionibus suis membranaceo-alatis fuscis, maximo 12-18 poll.; involucella e squamis aliquot paleaceis, fuscis, subulatis. Spicae numerosissimae, 3 lin., terminales lateralesve, quibusdam pedicellatis in centro umbellae et umbellulae intermixtis. Squamae lanceolatae, carinatae, fuscae, cuspidibus brevibus subulatis; inferior latior, subaristata, sterilis. Germen lineare, oblongum, basi pilis circiter 12 nitentibus, rectis, squamam duplo excedentibus. Stylus trifidus, brevior pilis, scaber. *Wall.* *E Katmandu et Gossein-Than, ad radices montium Himalaya.*

n. 80. SCIRPUS *anceps* deleatur hic; est enim, monente *Link*, LEPIDOTOSPERMA.

Pag. 146. n. 82. SCIRPO *anomalo* addatur: HYPAELYPTUM *trinervium*. *Herb. Willd.* fide *Link.*

Pag. 147. n. 87. SCIRPUS *eriophorus*. Addatur synonymon: TRICHOPHORUM *cyperinum* *Mühlenb. Descr. ub. p.* 47. *Nutt. gen. p.* 36. *Link Enum. p.* 48. ERIOPHORUM *cyperinum* *Bigelow. Pl. bost. p.* 16.

Culmus 4-ped., fistulosus. Folia lanceolata, nervosa: vagina striata, punctata, ore fusca. Panicula apice pendula, pedunculis et pedicellis scabris. Spicae glomeratae, 3-4. Pist. bifidum fuscum. Lana alba, semine paulo longior s. setulae longe exsertae, capilliformes. *Mühlenb.*

n. 88. SCIRPUS *iridifolius* et

Pag. 148. n. 90. SCIRPUS *lavarum* deleantur hic et ponantur ad finem LEPIDOSPERMATUM. SCIRPUM *lavarum* esse SCIRPUM *iridifolium* *Bory de St. Vincent. It.* 2. 34. *t.* 23. et MACHAERINAM *vestioidem* *Vahl*, *Link Jahrb.* II. *p.* 75.

Pag. 149. n. 94. SCIRPO *tenuifolio* addatur:

Sc. culmo setaceo angulato-sulcato; spicis umbellatis; ovato-oblongis; glumis ovatis, brevissime mucronatis. *Meyer Essequebo p.* 44.

Descriptionem cli *Rudge* non in omnibus convenire naturae; hinc sequentem se subjunxisse: „Radices fibrae tenerrimae, simplices, flexuosae, ferrugineae. Culmi cespitosi, palmares et altiores, glabri, supra radicem squamis nonnullis membranaceis, laxis, lanceolatis, nervosis striatisque, dilute ferrugineis, basi foliosi, superne nudi. Folia 2-3, culmo duplo breviora, setacea, tenuiter sulcata, glabra. Vaginae membranaceae fere pollicares, latiusculae, striatae, glabrae, ore pilosae, e ferrugineo-purpurascentes. Involucra 2-3 membranacea, ovata, foliolo maximo umbellam paulum superante, reliqua umbellâ breviora. Umbellae parvae, radii 1-1 1/2 poll., teneri, simplices, rarius sub apicem ramulo uno alterove. Spicae terminales solitariae. Glumae membranaceae laxe imbricatae, nervo dorsali viridi paululum excedente, subcompressae, carinatae, ferrugineae, infima sterilis, acuminata. Antherae oblongae. Stylus longitudine staminum, apice trifidus. Nux ovata, triquetra, glabra. *Meyer.* l. c. *In arenosis.*

Scirpis addendi:

n. 98. Scirpus *sulcatus Aub. d. Pet. Thouars;* culmo nudo, (sub) compresso; capitulo globoso. *Flor. trist. d'Acugn. t. 9. Enc. meth. Suppl.* V. p. 97.

Culmi 8-10 poll., recti, foliis destituti, sulcati, basi vaginâ membranaceâ pollicari, mucronatâ; spiculae multae, sessiles, conicae, breves, obtusae, bracteâ sub capitulo; squamae obtusae; stylus profunde trifidus. *In insula Tristan d'Acuña.*

n. 99. Scirpus *Thouarsianus;* culmo repente, stolonifero spiculis paucis, (saepe) proliferis. Sc. *proliferus Aub. d. Pet. Thouars Fl. trist. d'Acugn. t. 9.*

Parva, cespitosa; culmi glabri; spiculae sessiles lanceolatae; vaginae elongatae in folia secta, subulata, ut plurimum culmo breviora. *In aridissimis montium insulae Tristan d'Acuña.* (Nomen mutandum, cum sit antiquior Sc. *prolifer Rottb.*, nunc Isolepis)

n. 100. Scirpus *brizoides Willd.;* culmo triquetro, folioso; umbellâ supradecompositâ; spicis ellipticis; squamis e nervo dorsali aristatis. *Link Jahrb.* 3. p. 89. Scirpus *pendulus Mühlenb. Descr. uber. p. 44.* Trichophorum *pendulum* (apud *Mühlenb.*)

Culmus 3-ped., glaber, foliosus. Folia culmi alterna, plana, striata (uti vagina) margine scabra. Panicula terminalis et lateralis nutans vel pendula, s. umbella composita. Inv. 1-phyllum. Spicae oblongo-cylindricae, pedicellatae, solitariae. Glumae imbricatae ovatae, acuminatae, albae, carina viridi. Pist. 3-fidum, album. Sem. triquetrum, apiculatum setis plurimis contextis, semine longioribus. *Mühl. In uliginosis a Pennsylvania ad Carolinam.* ♃.

Obs. In *Herbario Willdenowiano* asservadtur missi a cl. *Aubert du Petit Thouars* Scirpus *repens, rigescens;* ab *Bory de St. Vincent palmaris, cinereo-fuscus, parviflor fascicularis.*

n. 101. Scirpus *ambiguus*; culmo trigono, glabro, folioso; foliis planis, striatis, lanceolatis, margine glabris; paniculâ terminali, patulâ; spiculis lanceolatis, solitariis 10-floris; involucro 1-2-phyllo, paniculâ multum breviore. Scirpus *lineatus* *Mühlenb. Descr. ub. p.* 43.

Fir. *Mühlenberg* huc duxit, eum?, Scirpum *lineatum* *Mich.*; cum hic vero, teste *Vahl* et *Pursh*, setis careat, Trichophorum *lineatum* esse nequit, quod *Mühlenberg* sine dubio laudat. „Culmus 3-ped., lineatus. Folia culmi alterna, vaginâ glabrâ, striatâ, lingulâ o. Inv. margine scabrum, involucellum simile. Pedunculi 10, ocreâ retusâ. Spiculae parvulae, pedicellis pubescentibus. Squamae ovatae, acutae, carinâ viridi, margine albae. Semen triquetrum, apiculatum, basi setosum." *Mühl.* *In Carolina.*

n. 102. Scirpus *Baldwinianus Elliott*; culmo tereti; foliis radicalibus serrulatis, culmum aequantibus; umbellâ compositâ involucrum subaequante; spicis ovato-lanceolatis, subacuminatis. *Elliott Bot. of S. Carolin* et *Georg.* p. 86. (sub Scirpo *sulcato*, ut etiam *Nutt. gen.* p. 32.)

Prope Savannah. D. *Baldwin.* (Nomen mutandum erat ob Sc. *sulcatum Thouars.*)

n. 103. Scirpus *divaricatus Elliott*; culmo trigono, folioso; umbellae decompositae ramis divaricatis; spicis ovatis, pendulis. *Elliott Bot. l. c.* p. 88. *Nutt. gen.* p. 32.

n. 104. Scirpus *schoenoides Elliott*; culmo triquetro, folioso; paniculis decompositis, axillaribus terminalibusque, pendulis; spiculis fasciculatis; semine obovato, rugoso, setulis obvallato. *Elliott Bot. l. c.* p. 89. *Nutt. gen.* p. 32.

Quid Scirpus *bracteatus Bigelow* S. Aplostemon *bracteatum Rafin.* *)
— *costatus Presl.*
— *lemburgensis Lejeun.*
— *pollicaris Delisle?*

---

*) Aplostemon a Scirpis genere proprio sevulsit cl. *Rafinesque* ob „stamen unicum." Confer *Prodr. nov. gen.* in *Journ. d. Phys.* t. 89. p. 106. Huc ab illo referuntur, praeter Scirpum *bracteatum* Scirpus *atropurpureus* et *polytrichoides Retz.*, *monander Rottb.* (quem *triquetrum* nominat) eumque *compressum.* Scirpi diandri l. c. genus aliud, Diplarinus dictum, et Scirpi species *stylo* bifido; stigmatibus 2, tertium genus, Dichromus ab illo dictum, ibidem constituunt.

n. 178. ELEOCHARIS.

Pag. 149. n. 1. Eleocharis *sphacelata*. Addatur synonymon: An huc E. *elegans Humb.* et *Bonpl.?*

Pag. 150. n. 3. Eleocharis *elegans*. Addatur synonymon: An Eleocharis *sphacelata Brown?* Scirpus *sphacela-tus Willd. Herb.* certe huc, fide *Link Jahrb.* 3. *p.* 81.

n. 4. Eleocharis *plantaginea*. Addatur synonymon: Scirpus *plantagineus*; culmis 2-4 pedum, interceptis; spici terminali nudâ, subcylindricâ; squamis oblongis, obtusis semine setoso. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p 214. *n.* 2.

Rad. stolonifera, fibris crassis, spongiosis. Culmus erectus, tere glaber, nudus, praeter basin vaginâ membranaceâ unâ alteri tectam, intus ad, quamvis 4/5 pollicis septis rigidis transversis in terceptus, praeter innumera minora. Spica 2 poll. nuda. Squa mae obovatae, glabrae, subcarinatae, marginibus membranacei Stam. 3, setis intermixta ad basin germinis. *Roxb.* l. c. I *stagnis non salsis.*

Obs. Hippuris *indica*, scapo nudo, radice tuberosâ, *Lour. Fl. coc* I. p. 21. a plerisque huc refertur: utrum recte, videant autopta Cl. *Willdenow* l. c. genus esse proprium monuit. Planta hucdu dubia, de qua sequentia *Loureiro*: „Palustris, acaulis, radi fibrosâ repente, tuberibus multis subrotundis sparsis parvis nigris pil sis edulibus; folia subulata longa erecta, congesta; scapus 4 pe rectissimus simplicissimus teres striatus, intrinsecus tubulosus, inte ceptus, membranis transversis plurimis; spica terminalis coarcta longa erecta reticulato-squamosa, crassitie culmum vix superans. C et Cor. o. Stamen longum, 1. Stylus stamini aequalis, stigma bus 2 oblongis. Sem. unicum orbiculatum nudum, squamâ spi fotum. Cyperus dulcis *Rumph. Amb.* 10. c. 5. t. 8. *f.* 1. Aque Cochinchinae.“ *Lour.*)

n. 4a. Eleocharis *tumida*; culmis 2-3 pedum, tere bus, regulariter interceptis; spicâ cylindricâ terminal squamis late lanceolatis; seminibus setis simplicibus. *Rox Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 215. *n.* 3. (sub Scir *tumido.*)

Similis *plantagineae*, radice eâdem. Culmus nudus, glaber, tu dulus, interstitiis transversis, manifestis, lin. 2 à se invicem stantibus. Folia o, sed vaginae ut in *plantagineâ*. Spica soli ria, erecta, pollicaris; squamae acutae, subcarinatae, laeves. I liqua ut in *plantagineâ*. *Roxb.* Cum *plantaginea*, rarior.

n. 4b. Eleocharis? *tuberosa*; radice tuberosâ; culm articulatis, aphyllis; spicis terminalibus, cylindricis, nud squamis oblongis; basi styli cordatâ; semine obcordato, tis glochidibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et I. *p.* 21 *n.* 1. (sub Scirpo *tuberoso.*)

Rad. fibrosa, stolonifera, tuberibus rotundis. Culmi erecti, leviter ad dextrôm torti, intus intercepti membranis tenuibus, 1-1 1/2 lineam distantibus, 8-10 a quâvis firmiore et extus conspicuâ. Vagina brevis, tenuis, una alterave ad basin culmi. Spica solitaria. Squamae margine membranaceae. Stylus 2-3-fidus. *Roxb.* l. c. *Cantone Sinarum*, *cultus*. (Ex affinitate huc posuimus.)

n. 5a. ELEOCHARIS *geniculata*. Addatur synonymon: SCIRPUS *geniculatus*; culmo tereti, dissepimentis approximatis interstincto; spicâ ovato-oblongâ; glumis ovato-subrotundis. *Meyer Essequebo* p. 42.

Etiam in Brasilia fide specim D. Princ. Neow. *Schrad.*

Obs. An huc, vel ad *interstinctam*, SCIRPUS *geniculatus Nutt. gen.* p. 32.

n. 5a. ELEOCHARIS *constricta*; culmis teretibus, approximate interstinctis, glabris; spicâ cylindraceâ; glumis oblongo-ovatis, acutiusculis, uninervibus; stigmatibus tribus; acheniis oblongis, trigonis. SCIRPUS *constrictus*. *Schrad. Mspt.*

Culmi 1 1/2-2 ped. erecti, laxi, pennâ cygneâ crassiores, articulis 3-4 lin. Vaginae interiores truncatae, mucrone brevissimo foliaceo. Spica 8-10 lin, culmo angustior; glumis albescenti-bruneis, nervo virescenti distinctis. Achenium glabrum — *Sc. geniculatus* VAHL., proximus differt: culmis minus crassis, spicae et glumarum formâ, atque stigmatum numero. *Schrad.* *In Brasiliae paludstribus. Princ. Ser. Max. Neowid.* ♃.

Pag. 151. n. 8a. ELEOCHARIS *nodulosa*; spicâ terminali ovatâ; squamis lanceolatis, aequalibus: inferioribus obtusis; culmis filiformibus, teretibus, approximate interstinctis; vaginis truncatis, dente solitario. SCIRPUS *nodulosus* *Roth nov. Spec. plant. p.* 29.

Rad. fibrosa, caespitosa, nigra. Culmi caespitosi, erecti, glabri, nitidi, flavescentes, nudi, palmares et longiores, crassitie fili emporii tenuioris, annulis approximatis, parum elevatis, interstincti; interstitiis latitudine annulorum. Vaginae culmos basi arcte investientes, 1-1 1/2 unc., flavescentes, truncatae, margine sphacelatae, hinc dente solitario brevi. Spica obtusa, nuda, 2-3 lin., flavescens, nitida, arcte imbricata. Squamae superiores acutiusculae. Stylus bifidus. Nux ovata, ventricosa, nigricans, basi setis 4, apice basi dilatatâ styli delapsi brunnea coronata. *Roth.* E *Brasilia tulit cls Mertens.*

n. 8b. ELEOCHARIS *limosa*; radice repente; culmis teretibus; vaginis truncatis, mucronatis; spicâ cylindraceâ, nudâ, glumisque obtusis; stigmatibus tribus. SCIRPUS *limosus*. *Schrad. Annal. ad Flor. Cap. Sect.* II. *Gött. Gel. Anz.* 1821. N. 208. p. 2069.

Facies *Sc. palustris* (ELEOCHARIS *Brown*). Culmi spithamaei l.

pedales, glabri. Vaginae semper mucrone brevi, foliaceo, instructae. Spicae quam in *palustri* longiores, cylindracae, obtusae, nigro-purpureae. Glumae (exceptis duabus inferioribus) oblongae, obtusae, nec ovato-oblongae et acutiusculae. Stigmata etiam constanter tria, neo, ut in illo, duo. *In Promont. b. Spei. Hesse.* ♃.

Pag. 151. n. 9. Eleocharis *palustris*. Addatur synonymon: Scirpus *palustris Mühlenb. Descr. ub. p.* 28. *Wahlenb. Fl. Ups p.* 16. *Svensk. Bot. t.* 257. *Turpin* in *Mém. d. Mus.* 3. *Ann.* 2. *Cah. t.* 1. *f.* 17. 18. Scirpus *nanus Quorumd.* Bulbostylis *palustris Stev. Mem. S. N. C. Mosqu.* V. *p.* 355.

n. 9 a. Eleocharis *leptophylla*; squamis tridentatis; spicâ sublaterali, ovoïdeâ; stylo simplici; stigmatibus duobus; setis tribus; foliis angustissimis, carinatis; culmis triangularibus, laevibus, nudis. Scirpus *tenuifolius Decand. Suppl. Fl. fr. p.* 300.

Nomen mutandum ob antiquiorem *tenuifolium Rudge*. Culmi recti 6-12 poll., graciles, basi foliis 2-3, rigidis, patentibus, culmo brevioribus; spica rufescens, bracteâ rectâ elongatâ triangulari; squamae oblongae, dentibus duobus lateralibus, membranaceis, intermedio duriore aristato; germen subovatum, compressum; semen albidum; setae rubellae. *In limosis ad mare circa Burdigalem.* ♃.

n. 9 b. Eleocharis *uniglumis*; spicâ basi squamâ unica amplexante. Scirpus *uniglumis Linkii Dethardin Link Jahrb.* 3. *p.* 77.

Proxima *palustri*, eidemque multum affinis, sed minor, spica brevior, squamae fuscae magis in nigrum vergentes, alterâ ad basin spicae totam spicam amplexante, eum in *palustri* squamae ad basin duae. *Link l. c. Prope Rostockium ad Warnemünde.*

n. 9 c. Eleocharis *caduca*; spicâ ovatâ, nudâ; squamis oblongis, obtusis, caducis; floribus triandris; stigmatibus duobus, culmis teretiusculis; vaginis muticis, aphyllis; radice repente. Scirpus *caducus Delisl. Descr. de l'Egypt.* 6. *p.* 2.

Diagnosis a nobis ex icone. Cespes densus culmorum 2-6 poll., erectiusculorum. Vaginae 1/2-1 poll. Spica obtusa. Glumae glabrae. Setae 6, retrorsum hispidae. Semen obcordatum, striatum. *In Aegypto.*

Pag. 152. n. 10. Eleocharis *ovata*. Addatur synonymon: Scirpus *turgidus Thuill. Fl. paris* II. *p.* 22. Scirpus *nutans Berg. Fl. pyr.* 1. *p.* 43. Scirpus *ovatus*; culmo tereti, aphyllo, filiformi; spicâ ovatâ, terminali, erectâ peristachyo univalvi. *Schrank Denkschr. Münch. Akad.* VI. *p.* 166.

Obs. Nomine SCIRPI *elliptici Mühlenb.* (qui vero in *descr. ub.* non occurrit) in *Herb. Willd.* species asservari 2 distinctas, ab E. *ovata* parum diversas. An huc SCIRPUS *ovatus Nutt. gen.* n. 32?

n. 11. ELEOCHARIS *tuberculosa.* Addatur synonymon: SCIRPUS *tuberculosus Nutt. gen. p.* 32.

Obs. SCIRPUS *filiformis Lam.* nunc cl. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. p. 162. omnino distincta videtur ab E. *tuberculosa.* Div. *Mühlenberg Descr. ub. p.* 29. sub suo SCIRPO n. 7. describit speciem imperfecte, quam conferre cum *tuberculosa Mich.* suadet, quae vero media quasi ELEOCHARIN inter *tuberculosam* et *glaucescentem*, ut dubius haereas: quorsum trahenda: „culmus in n. 7. „glaucus, 1 1/2 ped., nudus, multangulus. Vagina striata, glabra, acuta. Spica terminalis ovata, acuta, albo-fusca. Squamae ovatae, obtusae, emarginataeque, membranaceae. Pist. bifidum, fuscum. Semen orbiculare, appendice triangulari. Setae semine longiores, hispidae, 4, appendice breviores."

n. 11 a. ELEOCHARIS *obtusa.* SCIRPUS *obtusus Willd.* et *Syst. Veg. ed. nostr.* II. *p.* 126. *n.* 4. *Link Enum. alt. p.* 42.

„Spica terminalis 2 lin., 1 1/2 lin. fere lata. Germen apophysi coronatum, unde articulatus stylus. Culmus SCIRPI *palustris.*" *Link* l. c.

n. 11 b. ELEOCHARIS *tenuis.* SCIRPUS *tenuis Willd.* et *S. V. ed. nostr.* II. *p.* 126. *n.* 16. *Mühlenb. Descr. ub. p.* 127. *Link Enum. alt. p.* 42.

„Spica terminalis 2 lin., lineam lata. Culmus tenuis." *Link.* Rad. horizontalis, repens. Culmus infra purpurascens, vaginâ truncatâ, submucronatâ. Spica elliptica, utrinque acuta, bracteis ovatis, obtusis, atris, margine albis. Squamae atrae, obtusae, margine albae. Stam. 3. Pist. 3-fidum, album. Semen subrotundum, fuscum, rugosum, basi setis 2 et pluribus, rostello orbiculato. *Mühlenb.*

n. 11 c. ELEOCHARIS *glaucescens.* SCIRPUS *glaucescens Willd.* et *S. V. ed. nostr.* II. *p.* 126. *n.* 17. *Link Enum. alt. p.* 43.

„Intermedium *obtusam* inter et *tenuem*, hoc crassior, illo tenuior. Spica 2 lin., lineam lata." *Link.*

n. 11 d. ELEOCHARIS *fistulosa.* SCIRPUS *fistulosus S. V. ed. nostr.* II. *p.* 127. *n.* 18. Huic addatur synonymon: SCIRPUS *angulosus Herb. Willd.* fide *Link.*

n. 11 e. ELEOCHARIS *macrostylis Spreng.*; culmo teretiusculo, aphyllo, stricto; spiculis capitatis, lineari-lanceolatis; involucro polyphyllo capitulum superante; foliis culmo brevioribus, linearibus, ciliatis. *Spreng. N. Entd.* III. *p.* 12.

Culmus dodrantalis, pedalis, glaber, crassitie fili lintei. Folia radicalia erecta, culmo breviora, inferne hirsuta, superne ciliata.

striata. Capitulum terminale, bruneo-flavum, spiculis plurimis, *Marisci* more convolutis. Involucri foliola sena, inaequalia, patentissima, hirsuta, capitulum superantia. Stylus longissimus, filiformis, persistens. Setae hypogynae ternae, scabrae. *Spreng. In Cuba. Patrin.* In S. *Domingo. Bertero.*

Pag. 153. n. 14. ELEOCHARI *capitatae* addatur synonymon: SCIRPUS *capitatus*, culmo setaceo, angulato-sulcato, aphyllo; vaginis hinc truncatis, inde acutis; spicis subglobosis; glumis oblongo-ellipticis. *Meyer Essequebo p.* 43. Sc. culmis nudis, 4-8-poll.; spicis terminalibus, globosis; semine atro, subgloboso, setoso. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 218. *n.* 11. Sc. culmo tereti, aphyllo, filiformi; spicâ subglobosâ, terminali, erectâ; peristachyo bivalvi. *Schrank Denkschr. Münch. Akad.* VI. p. 165.

„*Vahl* vaginas culmi in diagnosi muticas, in descriptione in aristam desinentes dicit: in nostris speciminibus hinc truncatas, inde in lacinulam brevem acutam desinentes invenimus. (Sic etiam nos in specimine e Porto-Rico.) Culmi variant a 3-4 poll. usque ad pedem." *Meyer l. c.* „Rad. fibrosa. Culmus erectus, teres, glaber. Folia nonnisi vaginâ unâ alterâve. Spica nuda. Stylus bifidus. Semen obcordatum, compressum, glabrum, lucidum." *Roxb. In sterilibus sabulosis, humidis.*

Obs. *Mühlenberg Descr. ub. p.* 30. SCIRPUM *capitatum* vix ab *ovato Willd.* diversum credit, et dubitat anne *tuberculosus Mich.* idem. Sunt qui SCIRPUM *capitatum Mühlenb.* ad *simplicem Elliott* trahunt, et *Nuttall gen.* p. 82. et *capitatum* et *simplicem* speciatim adducit, et descriptio SCIRPI *capitati* a *Mühlenberg* imperfecte licet data, ad *capitatum* potius spectare videtur. Flosculos in *capitata* triandros, in affini *ovata* plerumque diandros notat rev. *Schrank.*

n. 14 a. ELEOCHARIS *juncoides*, culmis 1-3-pedum; spicis ovalibus 3-5, in capitulo sessili longe ab apice; semine rotundato, setoso. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 218. *n.* 12. (sub SCIRPO *juncoide*).

Rad. fibrosa. Culmi erecti, nudi, teretes, graciles, striati. Vaginae foliorum loco culmum amplexantes. Spicae laterales sessiles nudae, 4-5 pollices ab apice culmi remotae. Involucrum o. Stamina 3, setis intermixta. Stigma bifidum. Semen obcordatum, compressum, glabrum, album. *Roxb. l. c. In humidis et uliginosis.* (Ex affinitate huc ducta.)

Pag. 154. n. 17. ELEOCHARIS *chaetaria*. Addatur synonymon: CYPERUS *setaceus*, culmis setaceis 2-3 poll.; spicâ terminali, solitariâ, nudâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 190. *n.* 1.

n. 18. ELEOCHARIS *acicularis*. Addatur synonymon: SCIRPUS *acicularis*; culmo compresso, canaliculato, basi vaginâ muticâ; spicâ solitariâ, acutâ, terminali; setis nullis

Hooker Fl. Lond. New. Ser. 9. *t.* 49. *Wahlenb. Fl. Ups. p.* 17. MARISCUS *acicularis Mönch.*

Stylus basi insigniter incrassatus. Nux triquetra, longitudinaliter punctato-striata. *Hooker.* Synonymon *Fl. dan.* t. 287. cl. *Poiret* (qui huc etiam SCIRP. *multicaulem* ducit) dubium videtur; sed laudatur a cl. *Wahlenberg l. c.*, ut nullum sit dubium. Varietatem insignem, fere spithamaeam, ad lacum Riegsee in Bavaria legit D. *Einsele.*

n. 18 a. ELEOCHARIS *intermedia*; radice fibrosâ; spicâ terminali ovato-oblongâ, acutâ, subbifidâ; glumis acutis; culmo quadrangulo, cespitoso, aride sulcato; vaginâ baseos acuminatâ. SCIRPUS *intermedius Mühlenb. p.* 31.

Culmus viridis, palmaris. Glumae fuscae, carinâ viridi. Pist. bifidum. Semen pyriforme, flavescens, per lentem rugulosum, apice coronatum. Setae 6, semine longiores. ACICULARI affinis, et media hanc inter et Sc. *trichodem Mühlenb.* qui SCIRP. *capitatum Swartz* laudat. *In palustribus Pennsylvaniae.*

n. 19. ELEOCHARIDI *exiguae* addatur synonymon: SCIRPUS *acicularis Herb. Willd.* fide *Link Jahrb.* 3. *p.* 81.

Pag. 155. n. 21. ELEOCHARIS *spiralis*. Addatur synonymon: SCIRPUS *spiralis*; culmis 2-3 pedum, trigonis; spicâ terminali, nudâ, cylindricâ, obtusâ; squamis lobatis; seminibus setosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 215. *n.* 4.

Rad. ut in *plantaginea*. Culmi erecti, nudi, angulis acutis, glabri, non intercepti. Folia nulla, sed vagina una alterave basin culmi cingens. Spica ut in *plantaginea*, sed flores copiosiores. Squamae inordinate imbricatae, glabrae, marginibus latae, membranaceae. Stamina setaeque ut in *plantagineo* et *tumido*. *Roxb. l. c.*

n. 21 a. ELEOCHARIS *acutangula*; culmo 2-3 ped., triangulari; spicâ terminali, attenuatâ, acutâ; squamis subacutis; seminibus setosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 216. *n.* 5. (sub SCIRPO *acutangulo*.)

Rad. ut in simili *spirali*, a quo differt angulis culmi fere alatis, scabris, floribus paucis spiralibus, squamis striatis oblongis, acutiusculis. Culmi nudi, glabri. Foliorum loco vagina una alterave ad basin. Squamae spiraliter dispositae, ovatae, striatae, margine membranaceae. Filamenta membranacea. Setae ut in *spirali Roxb.* l. c. *Cum spirali*. (Cum 21 b et c ex affinitate huc posita.)

n. 21 b. ELEOCHARIS *media*; culmis 1-2 pedum, triangularibus; spicâ terminali subcylindricâ; squamis obtusis; seminibus setosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 216. *n.* 6. (sub SCIRPO *medio*).

Rad. ut in *spirali*. Culmus erectus, angulis rotundatis, glaber. Squamae obovatae, glabrae. Spica, stamina et pistillum ut in *spirali*. *Roxb.* l. c. *Cum spirali.*

n. 21 c. Eleocharis *incurvata*; culmis cespitosis, 6-9 pollicum, incurvis, aphyllis, interceptis; spicis in verticillo globoso nudo ad basin culmi; stigmate trifido; semine triangulari. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 216. *n.* 7. (sub Scirpo *incurvato*.)

Rad. e fibris capillaribus ferrugineis. Culmi numerosi, incurvi, globum fere sistentes, teretes, glabri, interstitiis ad 1/2 fere quemvis pollicem, crassitie pennae corvi. Vaginae quaedam radicem intra et spicas. Spicae numerosae, sessiles, ovato-oblongae, in verticillo 1 1/2 poll. supra radicem. Squamae rotundae, ovato-obtusae. Semen ovato-triangulare. *Roxb.* l. c. *In humidis prope Calcuttam.*

n. 23. Eleocharis *quadrangulata*. Addatur synonymon: Scirpus *quadrangulatus Nuttall gen. p.* 155.

n. 25. Eleocharis *tortilis*; culmo triquetro, spiraliter torto; foliis culmi similibus?; spicâ terminali, solitariâ, ovatâ, ebracteatâ; squamis obtusis; semine triquetro setis cincto; stylo basi dilatato persistente. Scirpus *tortilis Bosc.* apud *Link Jahrb.* 3. *p.* 78.

In America boreali.

n. 26. Eleocharis *Baeothryon*; culmo compresso, striato, nudo; vaginâ truncatâ mucrone; spicâ terminali ovatâ, acuminatâ; bracteâ cuneiformi; squamis oblongis, fuscis, obtusis carinatis; semine triquetro, glabro, appendice acuminata; setis 4, semine longioribus, albis. Scirpus n. 6. *Mühlenb. Descr. ub. p.* 29.

Scirpo *Baeothryo* affinis. *Mühl.* *In N. Eboraco.*

n. 179. ELYNA.

Pag. 156. Elyna *spicata*. Addatur synonymon: Kobresia *scirpina Svensk Bot.* 527. *f.* 1. Elyna *stricta Hoppe Anl. Graes. n.* 1. Kobresia *Bellardi Degland.*

n. 180. ERIOPHORUM.

Pag. 156. n. 1. Eriophorum *alpinum*. Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. Ups. p.* 19. *Svensk Bot. p.* 426. Trichophorum *alpinum Link Enum. alt. p.* 48. β. Trichophorum *hudsonianum Nutt. gen. p.* 36.

Pag. 157. n. 2. Eriophorum *vaginatum*. Addatur synonymon:
Wahlenb. Fl. Ups. p. 19. *Svensk Bot. t.* 281. E. *cespitosum Nutt. gen. p.* 37.

n. 3. Eriophorum *capitatum*. Addatur synonymon: *Flor. Dan. t.* 1502.

n. 4. ERIOPHORUM *triquetrum*. Addatur synonymon: *Flor. Dan. t.* 1441. ERIOPHORUM *gracile Wahlenb. Fl. Ups. p.* 20. *Svensk Bot. t.* 490. *f.* 2. ERIOPHORUM *polystachyon γ. Linn. Suec. n.* 49. *Mühlenb. Descr. ub. p.* 48. *Nutt. gen. p.* 37.? ER. *angustifolium Schleich. Cat. p.* 20. (utrumque fide *Wahlenb.*)

Pag. 158. n. 5. ERIOPHORUM *angustifolium*. Addatur synonymon:
Mühlenb. Descr. ub. p. 49. *Nutt. gen. p.* 37. *Flor. Dan. t.* 1442. *Svensk Bot. t.* 490. *f.* 1. ER. *polystachyon Wahlenb. Fl. Ups. p.* 20. et, hoc teste, E. *polystachyon α Linn. Suec. n.* 49.

Obs. Vaillanti t. 16. *f.* 1, a cl. *Gaudin* ad E. *angustifolium β* ducta, nunc est ERIOPH. *Vaillantii Poit. et Turp.*; caule subramoso; spicis terminalibus subdentatis; pedunculis brevissimis; setis longissimis. *Poiret Enc. Suppl.* V. p. 720. *Poit. et Turp. Fl. paris. t.* 52. *Merat Fl. paris.* 20. (*In paludibus Montmorency, St. Leger.*)

n. 5a. ERIOPHORUM *tenellum Nuttall*; culmo gracili, triangulari, folioso; spiculis pedunculatis, involucro vix longioribus; semine lineari. *Nuttall's genera* 2. *Additions.*

Ut videtur E. *polystachyum* Ph. sed multo tenuius, et distinctissima species. Culmus 12-18 poll.; folia angusta, carinata, margine scabra, pungentia. Spiculae 4-5. Lana alba, longa, sericea. *In sphagnosis paludibus of New Jersey.* Rara.

Obs. An huc *angustifolii* specimen involucro monophyllo, spicis cernuis 4 pedunculatis longiore; squamâ calycinâ ovatâ, striatâ; pappo elongato. *Mühlenb. Descr. ub. p.* 49.?

Pag. 159. n. 6. ERIOPHORUM *latifolium*. Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. Ups. p.* 20. *Fl. Dan.* 1381. ERIOPH. *polystachyon β Linn. suec. n.* 49. *Svensk. Bot. t.* 180.

n. 7. ERIOPHORUM *virginicum*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. uber. p.* 49. *Nuttall gen. p.* 37. *Pluk.* 299. 4.

Sub spicis folium est elongatum, et bractea bifida.

n. 8. E. *intermedium Baster*; culmo subtereti; foliis canaliculato-plicatis, apice triquetris; pedicellis simplicibus, nutantibus; involucro basi dilatato, apice triquetro. *Jorn. Bot.* III. *p.* 19.

In paludibus Galliae. An E. *Vaillanti*?

n. 181. A B I L D G A A R D I A.

Pag. 159. n. 1. Abildgaardiae *monostachyae* addatur synonymon:
Iria *caribaea Rich.*

n. 2. Abildgaardia *indica*. Addatur synonymon:
Iria *indica Rich.*

Pag. 160. n. 4. Abildgaardia *polystachya* deleatur; est enim, monente ipso auctore clo. *Sprengel*, idem ac Pharus *pubescens*. Hujus loco inseratur:

- *Obs.* Abildgaardiam *laevigatam Humb.* et *Bonpl.* in *Herb. willd.* vix differre a *monostachya*, et sub hac quoque militare in *Nov. gen.*; folia ratione plantae longiora esse; Xyridem *brasiliensem Spreng. nov. prov.* p. 48. esse hanc ipsam A. *monostachyam*: *Link Jahrb.* 3. *p.* 81.

n. 4. Abildgaardia *polygama Spreng.*; paniculae strictae ramis villosis; spicularum linearium polygamarum squamis paucis; culmo triquetro, glabro; foliis petiolatis, lato-lanceolatis. *Spreng. nov. Prodr. p.* 45.

Culmus brachialis, foliosus, glaber. Folia pedalia et ultra, pollicem fere lata, glaberrima. Petioli e vaginis sensim orti. Panicula terminalis. Spiculae fuscae, pedunculatae, uniflorae: hermaphroditae squamis 3-4 inaequalibus: semen pistillo curvato, crasso, pilosiusculo terminatum; setae hypogynae nullae. Spiculae masculae intermixtae, steriles. *Spreng. In Brasilia.*

Pag. 161. Abildgaardiis addatur:

n. 7. Abildgaardia *barbata P. de Beauv.*; foliis radicalibus setaceis; culmis angulatis, gracilibus, nudis; spiculis terminalibus; squamis basi pilosis, lanatis; bracteis mucronatis; carinâ viridi. *Flor. Owar.* et *Benin.* II. *p.* 47. *t.* 86. *f.* 1.

Culmus basi squamosus, repens; capitulum e spiculis 3-5, elongatis, acutis, sessilibus, bracteis spiculâ brevioribus; squamae fere distichae, acutissimae; inferiores steriles; stamina 3; stylus basi bulbosus; stigmata 3 villosa. *Ad ripas fluvii Formose.*

n. 182a. H E M I C H L A E N A.

Pag. 161. Post n. 182. Arthrostylin inseratur:

n. 1. A. *capillifolia Schrad.*; culmo elongato; foliis sparsis, capillaribus; pedunculis terminalibus, lateralibusque. *Schrad. Annal. ad Flor. Cap. Sect.* 2. *Gött Gel. Anz.* 1821. *n.* 208. *St. p.* 2066.

Culmi 1 1/2 ped., filiformes, tenaces, ut folia et pedunculi, superne ramosi; ramis culmo parallelis. Folia 3-4 poll., tenuissima, fere capillacea, canaliculata, distantia, ad ramos confertiora et breviora. Vaginae integrae. Pedunculi 2-4 poll., foliis simillimi, ba

ochreati. Spica 1 1/2 poll., linearis, saepe bractea setacea stipata, 5-7 flora; glumis lanceolatis. Fructus pedicello minimo fultus. *In Promont. b. Spei. Hesse. Schrad. in litt.*

n. 2. H. *angustifolia* Schrad.; culmo diffuso; foliis confertis lineari-setaceis; pedunculis terminalibus. *Schrad. Analect. ad Pl. Cap. Sect. 2. Gött. Gel. Anz. l. c.*

Culmi praecedente duplo breviores, crassiores, diffusi, ut rami dense foliosi. Folia 2-3 poll., linearia, angustissima, setaceo-acuminata, supra canaliculata, subtus cum vaginis evidenter nervosa. Pedunculi culmum ramosque terminantes, solitarii, 4-5 poll., filiformes, curvati. Spica praecedentis, at semper nuda; glumis latioribus, obtusioribus: inferiori setaceo-acuminata. Rami culmi CARICEM *pyrenaicam v. stenophyllam* referunt. *In Promont. b. Spei. Hesse. Schrad. in litt.*

n. 161. CYPERUS.

Pag. 163. n. 12. CYPERUS. Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p. 43. Nutt. gen. p. 35. Mühlenb. Descr. uber. p. 18.*

Pag. 165. n. 15. CYPERUS *pusillus*. Adde synonymon: CYPERUS *pygmaeus Retz* Obs. IV. *p.* 9. (monente *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 166.)

Pag. 167. n. 23. CYPERUS *depauperatus*. Addatur synonymon: *Vahl Eclog. americ.* III. *p.* 2.

n. 23 a. CYPERUS *geminatus Schrad.*; culmis compresso-tetragonis; vaginis mucronatis; spiculis terminalibus, geminis, lanceolatis, nudis; glumis mucronulatis. *Schrad. MS.*

Caespitosus. Culmi digitales, tenues, rigiduli, basi vaginati, ceterum nudi. Vaginae in mucronem foliaceum desinentes. Spiculae plerumque geminae, rarissime solitariae, 3 1/2-4 lin., acutae, compressae, 4-5-florae. Glumae ovatae, uninerves, nervo in mucronem exiguum producto. Stam. 3. Stigmata 3. Achenium triquetrum. *In Brasilia. Princ. Ser. Max. Neowid.*

n. 24. CYPERUS *tenellus*. Adde synonymon: *Link Enum. alt. p.* 43. Dele vero synon. *Pluk. t.* 300. *f.* 5. CYPERUS *minimus Nutt. gen. p.* 35.

Spiculae 2-3 lin., 1-2 lin. latae. Fide *Nuttall l. c.* etiam in Pennsylvania.

n. 24 a. CYPERUS *Rothianus*; spiculis subternis, sessilibus, ovatis; involucro diphyllo: altero spiculas aequante; culmis triquetris foliisque setaceis, pubescentibus. CYPERUS *minutus Roth. Pluk. Alm. p.* 179. *t.* 300. *f.* 5. bona!

Differt a proximo accedente CYPERO *tenello Vahl*: (praeter charac-

teres datos) pubescentiâ, spiculis terminalibus ut plurimum ternis, nec 1-2 infra apicem culmi; valvulis obtusis, nec acutis. Plantula cinerascenti-viridis. Radices fibrosae, tenuissimae. Folia vix crinis equini crassitie, flaccida, canaliculata, 1-1 1/2 unc., sub lente subpubescentia, basi vaginantia vaginis laxis, membranaceis. Culmi plures 1 1/2-3 unc., praeter basin nudi. Spiculae 2, saepius 3, terminales, sessiles, ovales, lineam fere longae, 1/3 lin. latae, 8-10-florae, fuscescentes, ad lentem subpubescentes. Squamae ovatae, obtusae, tenuissime striatae, carinatae, infra medium flavescentes, supra purpurascentes, margine tenui perangusto, albo, membranaceo, subrevoluto. Stam. 3 longitudine squamae. Stigmata 2. Involucri foliolum alterum spiculis 3-4-plo longius, crassitie et figurâ foliis simile, at evidentius pubescens, revolutum, basi dilatatum, submembranaceum; alterum longitudine spiculae adjacentis, adpressum, e basi membranacea in mucronem foliaceum, vix 1/2 lin., strictum, attenuatum. *Roth.* *E. Promont. b. Spei* tulit cl. *Roth.*

Pag. 169. n. 25. Cypero *mucronato* addatur in Observatione:

Obs. Cyperus *leucostachys. Humb.* et *Bonpl.* in *Herb. Willd.*, in *Nov. Gen.* 1. *p.* 164. ad *mucronatum* ductus, squamis spicarum brevioribus, basi latioribus, unde spica ipsa latior breviorque, differt; alius vero Cypero *mucronato* in *Herb. Willd.* assumtus Cyperus *uliginosus* a cl. *Aub. du Pet. Thouars* missus, qui idem cum specimine *Humboldtiano*. *Link Jahrb.* 3. *p.* 82. Ad Cyp. *junciformem Cav.*, seu *mucronatum* δ (cui addendus C. *distachyus Biv. Bernard. Sic. Cent.* 1. *p.* 30.) utrum, monet ipsissimus auctor *Cavanilles Annal. d. Cienc. nat.* III. *p.* 7. *junciformem Desfont.* s. *mucronatum* E. sibi quidem eundem videri, sed addit: „tanc tantum esse justam observationem cl. *Desfontaines* circa involucrum, quando apex culmi pro foliolo habetur involucri, et quando hujus foliolum inferius non deest, quod, ubi adest, ut plerumque fieri solet, spiculis brevius est. Spiculae nigrae, culmi erecti, foliolum inferius involucri spiculis brevius distinguunt *junciformem* a *pannonico*." Circa Girapetro legit cl. *Sieber*. „Sic etiam C. *mucronatus*, culmis 6-8 poll., teretibus, incurvis, seminudis; spicis lateralibus sessilibus; involucro monophyllo praeter culmi continuationem; semine ovato, rotundato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 190. n. 2. diversus videtur. Rad. repens, vaginis fuscis inclusa. Culmi seminudi, e radice per intervalla emersi, subteretes, adscendentes, 6-8 poll., basi ad medium vagina e folio singulo culmo dimidio breviore, inclusi. Capitulum 1 1/2 poll. sub apice, e spiculis 5-6 parvis, ovatis, 10-12-floris. Involucrum longitudine spicarum, squamisque parvis, paleaceis, calyciformibus. Semen nudum ovale, compressum, album. In β (quod etiam in insula St. Thomas) excludendus Cyperus *lateralis Forsk*, qui propria fora species

n. 25 a. Cyperus *lateralis Forsk.*; culmis erectis, 8-12 poll., nudis; capitulo e spiculis 5-6 sub apice rigido culmi sessilibus; stigmate bifido; semine ovato, compresso. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 190. *n.* 3. Cyp. *mucronatus Schrank Denkschr. Münch. Akad.* VI. *p.* 16? quo teste: *Retz Obs.* V. *p.* 10.

Rad. repens, obscure ferruginea. Culmi stricti, teretes. Foliorum loco vagina una alterave, basin culmi amplectens. Capitulum parvum. Involucrum foliolum parvum, minutum, immediate sub spiculis et longitudine earumdem. Squamae spicularum numerosae, ovato-oblongae, albae, glabrae, obtusiusculae. Stam. 3. Stigma bifidum. Semen ovatum, intus planum, plumbeo-griseum, glabrum. Differt a *mucronato Retz* staturâ erectâ, proceriore, absentiâ foliorum, squamis obtusis; sed forte eadem species. *In Coromandel et circa Roseltam.*

Obs. Capitulum horizontale spiculis 5, Eragrostidis similibus, pedicellis brevibus suffultis notat rev. *Schrank.* Pedicelli, ait, undique teguntur squamis brevibus, imbricatis, unde sessiles videntur spiculae.

25 b. Cyperus *gymnos;* culmo 3-4 pedum, tereti, nudo, intus intercepto, aphyllo; umbellâ compositâ; involucro paleaceo; stigmate trifido; semine triquetro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 191. *n.* 4. (sub Cyp. *nudo.*)

Rad. fibrosa; culmus erectus, articulatus, glaber, superne crassitie calami scriptorii. Vagina ferruginea foliorum loco una alterave ad basin culmi. Umbella terminalis, subinde etiam decomposita. Involucra et involucella squamae plures paleaceae. Umbellulae longae, graciles, pedunculatae, incurvae, e spiculis 8-12 linearibus, sessilibus, ferrugineis. Semen fere lineare, glabrum, pallide fuscum. *Roxb. l. c. In Indiae stagnis aquisque non salsis tarde fluentibus.* Nomen mutandum erat ob *nudum H. et B.* ♃.

25 c. Cyperus *seminudus Roxb.;* culmo 2-6 pedum, tereti, apicem versus subangulato, nudo, aphyllo; umbellis decompositis; involucro dimidiae altitudinis; stigmate trifido; semine triquetro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 192.

Rad. repens, fibrosa; culmus erectus, glaber, basi vaginis 3-4, foliorum loco. Umbella erecta. Involucrum 3-phyllum, aequale, umbellâ brevius, carinâ margineque hispidum. Umbellae et umbellulae partiales pedunculatae, spicis lineari-lanceolatis, flavicantibus. Semen glabrum. *Roxb. l. c. Cum nudo.* ♃.

Obs. Cl. *Sprengel N. Entd.* III. *p.* 97. Cyperus *seminudus* „forte" Cyp. *Königii*, Cyperus *gymnos* vero „sine dubio" Cyperus *articulatus* videtur: nobis circa utrumque dubia plura supersunt.

n. 26. Cypero *pannonico* varietati γ addatur synonymon: Cyperus *exilis Herb. Willd.* fide *Link. Jahrb.* 3. *p.* 82. (qui omnino speciem propriam esse affirmat.)

n. 28. Cyperus *niveus.* Addatur synonymon:
C. culmo 5-18 poll.; umbellis seu potius capitulis sessilibus; involucro diphyllo; stylo bifido; semine triquetro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 195. *n.* 12.

Rad. repens, fibrosa. Culmi plerumque nudi trigoni, glabri. Folia ad basin caulis, vaginantia, infima fere vaginae tantum, interiora longitudine fere culmi, undulata. Umbellae terminales, simplices

pollicis circiter diametro. Spiculae sessiles, lineares, multiflorae. Involucrum longitudine spicarum. *Roxb. l. c.*

Pag. 170. n. 31. post Cyperum *rigidum* inseratur:

n. 31 a. Cyperus *flavissimus Schrad.*; culmo trigono, glabro, basi bulboso; foliis culmo brevioribus, carinatis, margine scabris; spiculis capitato-congestis, ovatis, compressis; involucro polyphyllo, capitulo duplo longiori. *Schrad. Annal. ad Flor. Cap. Sect.* II.

Planta elegans. Culmus spithamaeus et brevior, rigidus, versus basin foliosus, ipsâ basi e reliquiis vaginarum copiosis bulbosus. Folia rigida, linearia, apicem versus attenuata, margine et ad supremum carinae partem scabra; vaginis flavescentibus. Spiculae 12-15 in capitulo terminali, 5 circiter lin., 3-4 lin. latae, compresso-planae, 13-15-florae, citrinae, nitidae. Involucri foliola foliis similia, basi dilatata, flava. Glumae lanceolatae, acutiusculae, nervosae. Stigmata 3. Achenium triquetrum. *Schrad.* in litt. *In Promontor. bon. Spei. Hesse.* ♃.

n. 32. Cypero *globoso* addatur synonymon:
Cyperus *conglomeratus Herb. Willd.* fide *Link.*

Pag. 171. n. 35. Cypero *ornithopodi* addatur:

Obs. Cyperus *ornithopus Pers.* et *filiformis Swartz* in S. V. ed. nostr. p. 175. n. 49 et Mariscus *filiformis Humb.* et *Bonpl.* in S. V. ed. nostr. p. 242. n. 5 in *Herb. Willd.* junguntur. Attamen Cyperus *ornithopus Spreng.* alia species videtur, cum *tetrastachyo* proximus dicitur. A Cypero *ornithopode* differt Cyp. *filifolius Herb. Willd.*, in *Nov. gen.* non estricandus, foliis longis, nec rigidis. *Link Jahrb.* I. p. 82. Etiam *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. p. 167 monet Cyperum *ornithopoda* sistere re vera eandem speciem cum Cypero *filiformi* Swartz s. Marisco *filiformi Kunth.*

Pag. 173. n. 41. Cyperus *kylingaeoides.* Addatur synonymon Cyp. *dubius*; culmo 6-12 poll.; capitulo terminali, globoso, sessili; involucro foliis 4-5 longis, quibusdam culmo longioribus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 19 n. 6. et, hoc teste, *Cyp. long. Rheede Mal.* VI. p. t. 2 f. 1. *Nuttall gen.* p. 35. ?

Rad. capitulum subtuberosum, fibris capillaribus multis ferrugineis. Culmi erecti, triangulares, glabri, ad 1/4-1/3 a basi involuti vaginis foliorum radicalium, quae glabra, et plura culmo longiora. Capitulum magnitudine Cerasi majoris, spiculis pluribus lanceolatis, sessilibus, apice albis. Semen trigonum, acutum, ferrugineum, glabrum. *Roxb.* l. c. *Cum simillima* Kyllinga *monocephala.*

n. 41 a. Cyperus *intricatus Schrad.*; culmis triquetris laxis; foliis angustissimis, brevibus; capitulis glomeratis involucro triphyllo multo minoribus; spiculis paucifloris glumis carinâ prominente serrulatis. *Schrad. MS.*

Habitus *Kylingaeoidis.* Culmi 1 1/2 ped., glabri, infra medium

liosi. Folia rigidula, lineari-setacea, carinata, margine et ad supremam carinae partem scabra. Vaginae glabrae. Capitulum densissimum, e spicularum glomerulis 3 l. 4, inaequalibus compositum. Spiculae minutissimae, ovatae, 5-6-florae. Involucri foliola, 2-5, foliis tenuiora. Squamae insuper glomerulis subjectae, membranaceae, mucronatae. Glumae carinâ apicem versus membranâ serrulatâ auctae, quâ notâ facile ab affinibus dignoscitur. *Schrad. In Brasilia. Princ. Ser. Max. Neowid.*

n. 41 b. Cyperus *monocephalus Roxb.*; culmo 12-18 poll., erecto; capitulo terminali ovato, composito; involucro 3-4-phyllo; spiculis ovatis; stylo indiviso; semine triquetro supra receptaculum spongiosum. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 193. *n.* 7.

Rad. fibrosa. Culmus triqueter, glaber, foliis 3-5 vaginantibus, longissimum longitudine culmi. Involucri foliola divergentia, inaequalia, longissimum longitudine culmi, brevissimum pollicare. Capitulum terminale, majore in centro, 4-5 minoribus in ambitu, omnia rigida, sessilia. Spiculae ovatae, incurvae, squamis 10-12, spiculà singulà basi bracteà ovato-cordatâ, glabrâ, atro-fuscâ. Squamae naviculares, acutae, carinâ viridi, lateribus castaneae nitidae. Stylus simplex, integerrimus. *Roxb. In humidis demissis.* — An generis?

n. 41 c. Cyperus *Mulen-pallu*; diffusus, 2-4 poll.; capitulis terminalibus, glomeratis, sessilibus; spiculis incurvis; squamis pugioniformibus; involucro polyphyllo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 193. *n.* 8. (sub Cypero *diffuso*.) Mulen-pullu *Rheed. Hort. Mal.* 12. *p.* 101. *t.* 54.

Rad. fibrosa. Culmi triquetri, glabri, basin versus foliosi, intense castanei, foliis vaginantibus 2-3, longitudine fere culmi. Capitulum centrale majus, 4-5 in ambitu: singulum e spiculis parvis, 8-12-floris. Folia involucri 3 exteriora majora, longitudine culmi et ultra. Stigmata 2 revoluta. Semen triangulare. *Roxb. l. c. In pascuis udis.* Nomen mutandum, cum sit antiquior *diffusus Vahl.*

Pag. 174 n. 45. Cypero *pygmaeo* subjungatur:

n. 45 a. Cyperus *annuus Bosc.* in *Herb. Willd.*; foliis planis, culmo triquetro? brevioribus, glabris; capitulo terminali involucro triphyllo multo longiore; spiculis 8-12 lanceolatis, valvulis carinato-aristulatis, flavescentibus, carinâ viridibus. *Link Jahrb.* 3. *p.* 83.

In America?

n. 45 b. Cyperus *fuscescens Herb. Willd.*; foliis linearibus, culmo triquetro? multo brevioribus; capitulo terminali involucro diphyllo multo longiore; spiculis linearibus; valvulis lanceolatis, obtusis, striatis, bruneis. *Link Jahrb.* 3. *p.* 8 .

erectis, 2 pedum, nudis, acute triangularibus; spicis 8-1 sub apice recto trialato sessilibus; germine setis 6 longi gracilibus, filamentisque 3 latioribus cincto. *Roxb. F ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 219. *n.* 14.

In Chittagong humidis demissis.

Pag. 131. n. 30. SCIRPUM *erectum* nonnisi varietatem es ISOLEPIDIS *supinae* monet hujus speciei auctor *Poiret En meth. Suppl.* V. *p.* 91.

n. 31. SCIRPUS *articulatus*. Addatur synonymon: Sc. culmis 2-4 pedum, septis conspicuis; spicis acutis capitulum confertis prope basin; seminibus nudis, triang laribus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 21 *n.* 8. *β. tenuis Roth Nov. plantt. Spec. p.* 26.

Rad. stolonifera. Culmus erectus, teres, glaber, nudus, septis 1/2 poll. distantibus interceptus. Foliorum loco vagina brevis una terave, basin culmi involvens. Capitulum laterale, sessile ad ba culmi, subglobosum, e spicis 50-60 oblongis, sessilibus, multi ris. Squamae late cordatae, subacutae. Stam. 3, setis o. Styl obsolete bifidus. Semen triquetrum, glabrum, album. *Rox* l. c. *In stagnis non salsis.* *β.* Convenit structurâ spicular et culmorum: recedit 1. culmis vix ultra 1/2 ped., filo empe vix crassioribus, glauco-viridibus et flaccidis; capitulis longe noribus, vix ultra pollicem a radice remotis. *Roth.*

Obs. SCIRPUM *articulatum Herb. Willd.* certe distinctum esse a *fi loso Forsk.* *), (hinc excludendo) quem *Delille* (sub ISOLEP *fistulosa*) ex Aegypto attulit; articulos illius esse multo brevie crassiores; flores plurimis quidem convenire, attamen squamas aegyptiaco minus esse coloratas *Link Jahrb.* 3. *p.* 79.

n. 32. SCIRPUS *praelongatus Poiret*, denuo examinat auctori *Poiret* non videtur differre ab *articulato*. Conf *Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 91.

n. 32 a. SCIRPUS *subarticulatus Roxb.*; culmis 2-3-pe dissepimentis innumeris interceptis; spicis obtusis in capit lum prope basin coacervatis; semine triquetro, acut *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 217. *n.* 9.

Rad. similis *articulati*. Culmus erectus, teres, glaber, aphyll membranà ad quamlibet lineam tertiam interstinctus, externe neq

---

*) Differt etiam descriptio data a div. *Forskål*, licet ipsissimus *Vahl* synonymo habuisset, haud paucis: „Culmi ex una cespite multi, stri subulati, 1 1/2 ped., obscure virides, obsolete striati, longiores ap marcescentes, omnes basi vaginis aliquot alternis, obtusis, in cylind connatis. Rad fere bulbosa. Folia nulla. Capitulum laterale non p cul a basi supra vaginam supremam, globosum, diametro fere pollic spiculis sessilibus ovato-pentagonis, imbricatis, squamis acutis, de viridibus, lateribus ferrugineis, apice albidis. Medulla spongiosa, i mia pollicis distantiâ extus conspicuis." *Forsk.*

spiculis longiore; fasciculis terminalibus; spiculis ovato-oblongis, multifloris. *Elliott Bot. of S. Carol.* et *Georg.* p. 63 (sub Cypero *fasciculato*, sub quo etiam *Nuttall. gen.* p. 35.)

Obs. Nomen mutandum, cum esset antiquior Cyp. fascicularis *Lam.*

n. 45 g. Cyperus *Torreyanus;* culmo triquetro; umbellâ subradiatâ, laxâ; involucro tetraphyllo, longissimo; spicis lineari-lanceolatis, compressis, acutis. (*Torrey* in) *Catalog. of plants Newjork* (sub Cypero *cespitoso.*) Torreya *cespitosa Rafinesque Prodr. Nov. gen.* in *Journ. de Phys. T.* 89. *p.* 105.

Obs. Nomen mutandum ob antiquiorem *cespitosum Poir.*

n. 46. Cyperus *minutulus.* Addatur synonymon: Cyperus *pygmaeus;* culmo triquetro, folioso; capitulo globoso; glumis mucronatis; involucro 6-7 phyllo: foliolis tribus longissimis. *Cavan. Annal. de Cienc. nat.* III. *p.* 7. *t.* 26. *f.* 2.

„Rad. fibrosa. Culmi 6 et ultra, pollicares fere, foliolis 3-5 culmo plerumque brevioribus, acicularibus, alternis, glabris, vaginâ latioribus; folia radicalia breviora, basi latiora, lineis obscure rufescentibus, cespitosa. Involucri foliola 3. striata, magis patentia, latiora caulinis, tribus quatuorve aliis alternantibus capitulo brevioribus. Capitulum magnitudine ciceris minoris e spiculis copiosissimis, imbricatis, flavo-virentibus, flosculis 12 minimis, glumis acicularibus mucrone divergente. Semen trigonum, acutum, glabrum, cinereum. *Cav.* *Ad Sebu fluvium Broussonet.*

n. 47. Cypero *capitato Vahl* addatur:

Obs. Cyperus *capitatus Bairo* in adumbrationem, qui testante *Link Jahrb.* 3. *p.* 84, species propria, ut ex specimine in *Herb. Willd.* patet, ubi Cyperus *microcephalus* audit, nomine non amplius recipiendo, cum jam sit Cyperus *microcephalus, Brown* tollendus, et diagnosi adumbrationis l. c. datâ in propriam speciem constituendus. Sit ergo:

n. 47 a. Cyperus *capitellatus;* culmo setaceo etc. ut l. c.

Pag. 175. n. 49. Cyperus *filiformis.* Conferatur Cyperus *ornithopus* et Mariscus *filiformis.*

n. 50. Cyperus *tenuis.* Huic subjungatur:

n. 50 a. Cyperus *litos;* spiculis lanceolatis, alternis, acutis, basi bracteatis; involucro 3-4 phyllo, spiculis longiore; radice tuberosâ. Cyperus *tennis Mühlenb. Descr. uber. p.* 22. *β?* culmo unciali, foliis capillaribus, spicâ solitariâ, lanceolatâ. *γ.* spicis umbellatis pedunculatis.

Simillimus *tenui Swartz;* culmus triqueter, palmaris, spithamaeus; folia radicalia lineari-lanceolata; umbella terminalis, simplex; involucrum apice asperum; pedunculi inaequales; spiculae alternae, flavescentes, acutae, 10-17-florae; glumae nervosae; pist. superne

trifidum; semen triquetrum, oblongum. In β spica 6-flora, basi bracteata; squamae lanceolatae, acutae; semen cuneiforme, subtrigonum. Pist. ad basin usque bifidum. In γ semen idem, sed puncticulatum. Pist. bifidum. *Mühlenb. sine loco natali.*

n. 51. Cyperus *polystachyus*. Addatur synonymon: C. culmo 12 poll.; foliis brevibus; umbellâ compositâ sessili, confertâ; involucro polyphyllo; stylo bifido; seminibus linearibus, obcordatis, non angulatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 197. *n.* 14. C. spiculis corymboso-fasciculatis, confertis, lineari-lanceolatis; involucro subpentaphyllo umbellâ longiore. *Meyer Essequ. p.* 28.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, simplices, triangulares, glabri, parte inferiore vaginis tecti. Folia culmo breviora, glabra. Umbella terminalis, pollicis diametro; umbellulae subsessiles, spiculis numerosis, sessilibus, lineari-lanceolatis. Involucrum 4-6-phyllum, inaequale, brevissimum 1, longissimum 6-8 poll. Semen compressum, oblongo-obcordatum. *Roxb.* l. c.

n. 51 a. Cyperus *protractus Sieb.*: spiculis lineari-lanceolatis, complanatis, corymboso-fasciculatis, congestis, involucro subpentaphyllo radiisque umbellae multo brevioribus; stylo trifido. *Delisle Aegypt.* 152. *t.* 5. *f.* 3. *Link Enum. alt. p.* 45? C. *prostratus Steud.*

Clo *Link* „vix a *difformi* diversus" videtur, „major, spicis densis, valvis atropurpureis A *fusco*" ait „sat differt." Sic divo quoque *Delille* videbatur (confer *Jen. bot. Zeit.* 1822. p. 570.) sed specimen nostrum, omnino idem cum planta *Delisle*, potius ad *comosum* accedere videtur, et videtur fors cls *Link* C. *elongatum Sieb.* commutasse cum ejusdem C. *protracto*; cum et nos quoque e seminibus *protracti Sieber elongatum s. difformem* tulissemus. Cls *Sieber* huc ducit tanquam synonymon C. *complanatum Forsk.* qui potius ad *difformem*, et, cum?, C. *melanocephalum Salt*, qui diversus videtur. In specimine nostro culmus 4-pedalis, glaberrimus, striatus, 4-pedalis, nonnisi basi vaginatus folio emarcido, lineari, striato, glabro, culmo multoties breviore, in specimine nostro compresso, glaucescente. Involucri folia 3 majora, linearia, erecta, glabra, acuta, margine scabra, umbellâ duplo majora, 5 circiter poll. longa, e reliqua minora, breviora. Radii umbellae glaberrimi, apice plerumque fasciculis 3-5 spicularum, breviter pedicellatarum sessiliumque, 5-15, 1/2 circiter pollicis, 15-21-florarum. Glumae badio-ferrugineae, obtusae, inferiores truncatae, glabrae, margine tenui membranaceo. Stylus exsertus, stigmatibus 3 revolutis. Stamina saepius 2 tantum. Semina non vidimus. Glumae inferiores steriles: primo omnes arctè appressae, dein quidquam distantes. *Circa Rosettam legit cls Sieber.*

n. 51 b. Cyperus *punctatus Roxb.*; culmis 2-6 poll. foliis culmum superantibus; umbellâ compositâ; involucri folia excedentibus; seminibus ovatis, compressis, punctatis

Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 197. *n.* 15. Gramen cyperoides elegans *Plnk. t.* 192. *f.* 8.

Rad fibrosa. Culmi erecti, seminudi, triquetri, glabri (nec teretes, hinc C. *pygmaeus* nequit esse, ut videtur divo *König*, cum in hoc, monente *Retzius*, culmus teres.) Folia vaginantia, inferiora fere vaginae tantum, superiora culmo longiora. Umbella terminalis undique pollicaris, umbellulis aliis sessilibus, aliis pedunculatis; spiculis linearibus, multifloris. Involucrum 3-4-phyllum, culmum excedentibus, squamis pugioniformibus. Semen punctis albis eleganter variegatum. *Roxb.* l. c. *In pascuis humidis.*

Obs. Licet *Roxburgh* affirmet, quod nequeat esse Cyperus *pygmaeus Retz.*, cls. tamen *Sprengel* Cyperum *pygmaeum Spreng.* instar synonymi laudat.

n. 51 c. Cyperus *capillaris König MS.*; culmo filiformi, 1-2 pedum; umbellâ alterâ sessili, duabus minoribus pedicellatis; involucro triphyllo filiformi; floribus diandris; stylo bifido; seminibus obovatis, compressis, laevibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 198. *n.* 16.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, triquetri, ad 3/4 nudi et ultra, glabri. Folia vaginantia, plerumque duo ad culmum singulum, inferius brevius, superius longitudine culmi, gracile, glabrum. Umbella parva, composita, spicis linearibus, multifloris. Involucri folium longissimum culmo longius, brevissimum pollicare. Squamae membranaceae obtusae. Semen fuscum, rhachi ad medium absconditum. *Roxb.* l. c. *In pascuis humidis.*

Pag. 176. n. 53. Cyperus *brizaeus.* Addatur synonymon: *Nuttall. gen. p.* 35.

Pag. 177. *n.* 55. Cypero *oligostachyo* subjungantur:

n. 55 a. Cyperus *Teneriffae S. V. ed. nostr. p.* 209. *n.* 153.

n. 55 b. Cyperus *diandrus Torrey*; culmo debili, trigono; umbellâ subuniradiatâ, fasciculatâ; involucro triphyllo, umbellam superante; spicis lanceolato-oblongis, multifloris; glumis acutiusculis, carinatis; staminibus duobus. (*Torrey* in) *Cat. of plants of New-York.* Torreya *maritima Rafinesque Prodr. nov. gen.* in *Journ. d. Phys. T.* 89. *p.* 105.

Obs. Cyperum hunc *diandrum* et *caespitosum* (cum aliis non designatis) Torreyam esse jubet cls. *Rafinesque* l. c. ob „*Stam.* et *Stigmata* 2, *semenque compressum*." Confer etiam C. *flavescentem.*

n. 56. Cyperus *castaneus.* Addatur synonymon: C. culmis 2-6 poll., longitudine foliorum; umbellis plerumque compositis, longitudine involucri; squamis mon-andris, acuminibus longis, recurvis; semine rugoso, obtuse triangulari. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 199. *n.* 18.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, nudi, triquetri, glabri. Folia vaginantia, filiformia. Umbella terminalis, 1-1 1/2 poll., rarius simplex, plerumque ex 2-5 umbellulis parvis, pedunculatis, unà alterâve sessili. Spiculae lineares, multiflorae. Squamae tricarinatae, carinâ viridi, lateribus fuscis. Stylus bifidus. Semen oblongum. *Roxb.* l. c.

n. 58. CYPERO *Purshii* addatur synonymon: CYPERUS *uncinatus Nuttall. gen. p.* 35.

Obs. Huc fors spectare CYPERUM *inflexum Mühlenb.*, foliis linearibus culmo triquetro longioribus, laevibus; umbellâ contractâ; involucro triphyllo, umbellâ multo longiore; spiculis conglomeratis, linearibus: valvulis ovatis, acumine reflexo. *Link Jahrb.* 3. p. 88, qui vix 2 poll. esse, et proxime affinem *cristato*, involucris tamen longioribus. Clo *Nuttall.* MARISCUS videtur. *Mühlenberg* ipse (*Descript. ub.* p. 16.) affinem CYPERO *squarroso* et *cristato*, proximum *conferto*, dicit, et describit sequentibus: „culmus triqueter 2 poll., nudus. Folia radicalia lanceolata, (culmeum unum) culmo longiora, striata, carinata. Umbella triphylla, simplex. Spicae 3 ovatae, una sessilis, ceterae pedunculatae, conglomeratae: spiculae oblongae, virides, compressae, 17-florae. Glumae nervosae, inferiores erectae, superiores squarrosae, acuminatae. Pist. trifidum. Sem. ovale, triquetrum. Rad. fibrosa. Planta suaveolens. *In Pennsylvania.*" Liquet inde convenire pluribus, haud tamen characteribus specificis.

Pag. 178. n. 60. CYPERUS *microstachyus*. Post hunc inseratur:

n. 60 a. CYPERUS *denticulatus Schrad.*; culmo triquetro foliisque linearibus scabris; umbellâ subcompositâ, 8-9-radiatâ; umbellulis 2-4-radiatis; spiculis congestis; involucro tetraphyllo; glumis apice denticulatis. *Schrad. MS.*

Culmi pedales et ultra, tenues, rigiduli, angulis antrorsum scabris. Folia culmo duplo breviora. Vaginae glabrae. Umbellae radii longiores subdivisi, breviores indivisi. Spiculae 5-10 et plures congestae, 1 1/2 lin., oblongae, 20-22-florae. Involucri foliola structurâ foliorum: unico umbellâ duplo longiori. Involucella 2, spiculis breviora. Glumae apice denticulis 3, mucroniformibus instructae. Stigm. 3. Achenium trigonum. *Schrad.* *In Brasilia* Princ. Ser. *Max. Neowid.*

n. 61. CYPERUS *autumnalis Vahl.* Addatur synonymon: *Nuttall. gen. p.* 35.

Obs. Clo *Roth nov. plant. Spec* p. 27 adhuc „dubius videtur, licet descriptio ejus in pluribus speciminibus respondeat. Culmum enim triquetrum dicit div. *Vahl.* et in *Obs.* p. 320 contendit: „*Willde-* „*nowi* CYPERUM *complanatum* neque in ullis a sua planta recedere; „culmus enim in speciminibus exsiccatis omnino compressus apparet et „tantummodo prope umbellam diligenti disquisitione angulatus est:" quod in nostris speciminibus non ita se habet, culmum triquetrum sive per exsiccationem sive per compressionem evadere ancipitem posse, utrinque aequaliter planum, impossibile quoque mihi videtur." Delendum esse in CYPERO *autumnali* SCIRPUM *carolinianum Lam.*, et addendum

CYPERUM *complanatum*, suadet *Poiret*, qui tamen CYPERUS *autumnalis* ad SCIRPOS spectare videtur. Conf. *Enc. meth. Suppl. V.* p. 91.

Pag. 179. n. 63. CYPERUS *Haspan*. Addatur synonymon: C. culmo 4-16 poll.; umbellâ supradecompositâ; involucro diphyllo; seminibus globosis, albis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 213. n. 43. et, hoc teste: *Pluk. alm.* 192. *f.* 2.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, ad 3/4 nudi, obsolete trigoni, glabri. Folia vaginantia, saepe longitudine culmi, gracilia. Umbella in speciminibus minoribus longitudine culmi, umbellulâ unâ alterâve sessili, 4-6 pedunculatis, umbellulis partialibus primi et secundi ordinis pedicellatis. Involucrum longius culmo fere longius: involucella squamae paleaceae. Stamina 2-3. Semen subglobosum, candidum, glabrum. *Roxb. l. c.*

n. 63 a. CYPERUS *leptos*; culmo compresso, glabro, subnudo; foliis linearibus, culmo duplo brevioribus; umbellâ simplici decompositâque; involucro diphyllo involucellisque brevibus vel nullis; spiculis 3-5 minimis, linearibus. CYPERUS *gracilis. Mühlenb. Descr. uber. p.* 18. *Nutt. gen. p.* 19. C. *elegans Walter?* quaerit *Mühlenb.*

Affinis C. *Haspan*, habitus C. *maderaspatani Scheuchz. Agr.* t. 9. I. Rad. fibrosa. Culmus 1 1/2 ped. Folia subradicalia, inaequalia. Pedunculi filiformes, 12, inaequales, et 15 simplices et proliferi. Spiculae 12-florae, saepius a basi bifidae. Vaginae nervosae et venosae, acutae. Cal. glumae margine purpurascentes, acutae. Semen triquetrum, album, imberbe, minimum. *Mühlenb.* *In Georgia et Carolina.* Nomen mutandum erat ob antiquiorem *gracilem* R. *Brown.*

Pag. 180. n. 70. CYPERO *eleganti Vahl* addatur synonymon: C. spiculis digitatis, subternis, oblongis; glumis subrotundo-obovatis, mucronatis; involucri foliolis alternis umbellâ longioribus. *Meyer Essequebo p.* 28.

„Ex speciminis *Herb. Vahlii*, a clo Pf. *Hornemann* communicati, auctoritate idem cum *Vahlii* C. *elegante*, quod ex ejus descriptione non omnino certum erat. Iconem *Sloani hist.* 1. *t.* 75. *f.* 1. a *Vahl* citatam malam esse." Hinc rarioris plantae descriptionem junxit sequentem cls *Meyer* l. c.: „Rad. fibrosa. Culmi caespitosi 1/3 ped., crassitie pennae gallinaceae, triquetri, glabri, nitidi, basi vaginis foliorum. Folia laxa linearia, breve acuminata, culmo breviora, 4-6 lin. lata, plana, inferne glabra, apicem versus inprimis dorso et ad margines scabra. Vaginae membranaceae laxae e viridi ferrugineae. Involucri foliola numero radiorum, infima 2 subopposita, umbellâ duplo longiora, intermedia eandem paulo superantia, reliqua longitudine radiorum, omnia similia culmeis, sed magis scabra. Involucella 3-4-phylla, foliolis umbellulâ brevioribus, lineari-subulatis, albo marginatis, serrulatis. Ochreae 1/2 poll. et ultra in laciniulam oblongam, obtusam, margine serrulatam desinentes, basi albidae, superne dilute ferrugineae. Umbella ut umbellulae corymbosae, ra-

Rad. fibrosa. Culmi erecti, nudi, triquetri, glabri. Folia vaginantia, filiformia. Umbella terminalis, 1-1 1/2 poll., rarius simplex, plerumque ex 2-5 umbellulis parvis, pedunculatis, unâ alterâve sessili. Spiculae lineares, multiflorae. Squamae tricarinatae, carinâ viridi, lateribus fuscis. Stylus bifidus. Semen oblongum. *Roxb.* l. c.

n. 58. CYPERO *Purshii* addatur synonymon: CYPERUS *uncinatus Nuttall. gen. p.* 35.

Obs. Huc fors spectare CYPERUM *inflexum Mühlenb.*: foliis linearibus culmo triquetro longioribus, laevibus; umbellâ contractâ; involucro triphyllo, umbellâ multo longiore; spiculis conglomeratis, linearibus: valvulis ovatis, acumine reflexo. *Link Jahrb.* 3. p. 88, qui vix 1 poll. esse, et proxime affinem *aristato*, involucris tamen longioribus. Clo *Nuttall.* MARISCUS videtur. *Mühlenberg* ipse (*Descript. ub.* p. 16.) affinem CYPERO *squarroso* et *aristato*, proximum *conferto*, dicit, et describit sequentibus: „culmus triqueter 1 poll., subnudus. Folia radicalia lanceolata, (culmeum unum) culmo longiora, striata, carinata. Umbella triphylla, simplex. Spicae 3 ovatae, una sessilis, ceterae pedunculatae, conglomeratae: spiculae oblongae, virides, compressae, 7-florae. Glumae nervosae, inferiores erectae, superiores squarrosae, acuminatae. Pist. trifidum. Sem. ovale, triquetrum. Rad. fibrosa. Planta suaveolens. *In Pennsylvania.*" Liquet inde convenire pluribus, haud tamen characteribus specificis.

Pag. 178. n. 60. CYPERUS *microstachyus*. Post hunc inseratur:

n. 60 a. CYPERUS *denticulatus Schrad.*: culmo triquetro foliisque linearibus scabris; umbellâ subcompositâ, 8-9-radiatâ; umbellulis 2-4-radiatis; spiculis congestis; involucro tetraphyllo; glumis apice denticulatis. *Schrad. MS.*

Culmi pedales et ultra, tenues, rigiduli, angulis antrorsum scabris. Folia culmo duplo breviora. Vaginae glabrae. Umbellae radii longiores subdivisi, breviores indivisi. Spiculae 5-10 et plures congestae, 1 1/2 lin., oblongae, 20-22-florae. Involucri foliola structurâ foliorum: unico umbellâ duplo longiori. Involucella 2, spiculis breviora. Glumae apice denticulis 3, mucroniformibus instructae. Stigm. 3. Achenium trigonum. *Schrad.* *In Brasilia Princ. Ser. Max. Neowid.*

n. 61. CYPERUS *autumnalis Vahl.* Addatur synonymon: *Nuttall. gen. p.* 35.

Obs. Clo *Roth. nov. plant. Spec.* p. 17 adhuc „dubius videtur, licet descriptio ejus in pluribus speciminibus respondeat. Culmum enim triquetrum dicit div. *Vahl.* et in *Obs. p.* 320 contendit: „*Willdenowi* CYPERUM *complanatum* neque in ullis a sua planta recedere; „culmus enim in speciminibus exsiccatis omnino compressus apparet et „tantummodo prope umbellam diligenti disquisitione angulatus est;" quod in nostris speciminibus non ita se habet, culmum triquetrum sive per exsiccationem sive per compressionem evadere ancipitem posse, utrinque aequaliter planum, impossibile quoque mihi videtur." Delendum esse in CYPERO *autumnali* SCIRPUM *carolinianum Lam.*, et addendam

CYPERUM *complanatum*, suadet Poiret, qui tamen CYPERUS a[...] nollis ad SCIRPOS spectare videtur. Conf. *Enc. meth. Suppl.* N. [...]

Pag. 179. n. 63. CYPERUS *Haspan*. Addatur synonymon: C. culmo 4-16 poll.; umbellâ supradecompositâ; invol[...] diphyllo; seminibus globosis, albis. *Roxb. Fl. ind. Car.* et *Wall.* I. p. 213. n. 43. et, hoc teste: *P[...] alm.* 192. *f.* 2.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, ad 3/4 nudi, obsolete trigoni, gl[...] Folia vaginantia, saepe longitudine culmi, gracilia. Umbella in[...] ciminibus minoribus longitudine culmi, umbellulâ unâ alterâve s[...] 4-6 pedunculatis, umbellulis partialibus primi et secundi ordini[...] dicellatis. Involucrum longius culmo fere longius: involucella [...] mae paleaceae. Stamina 2-3. Semen subglobosum, candi[...] glabrum. *Roxb. l. c.*

n. 63a. CYPERUS *leptos*; culmo compresso, glabro, nudo; foliis linearibus, culmo duplo brevioribus; uml[...] simplici decompositâque; involucro diphyllo involucelli[...] brevibus vel nullis; spiculis 3-5 minimis, linearibus. [...]PERUS *gracilis*. *Mühlenb. Descr. uber.* p. 18. *N[...] gen.* p. 19. C. *elegans Walter?* quaerit *Mühlenb*

Affinis C. *Haspan*, habitus C. *maderaspatani Schuchz. Agr.* I. Rad. fibrosa. Culmus 1 1/2 ped. Folia subradicalia, ina[...] lia. Pedunculi filiformes, 12, inaequales, et 15 simplices et [...]liferi. Spiculae 12-florae, saepius a basi bifidae. Vaginae [...]vosae et venosae, acutae. Cal. glumae margine purpurasc[...] acutae. Semen triquetrum, album, imberbe, minimum. *[...] lenb.* *In Georgia et Carolina.* Nomen mutandum ob antiquiorem *gracilem* R. *Brown*.

[P]ag. 180. n. 70. CYPERO *eleganti Vahl* addatur synonym[...] C. spiculis digitatis, subternis, oblongis; glumis subrotu[...] obovatis, mucronatis; involucri foliolis alternis umbellâ [...]gioribus. *Meyer Essequebo* p. 28.

„Ex speciminis *Herb. Vahlii*, a clo Pf. *Hornemann* co[...] nicati, auctoritate idem cum *Vahlii* C. *elegante*, quod e[...] descriptione non omnino certum erat. Iconem *Sloani hi[...] t.* 75. *f.* 1. a *Vahl* citatam malam esse.“ Hinc rarioris [...]tae descriptionem junxit sequentem cl. *Meyer* l. c.: [...], fibrosa. Culmi cespitosi 1-3-ped., crassitie pennae gallin[...] triquetri, glabri, nitidi, basi vaginis foliorum. Folia laxa [...]ria, breve acuminata, culmo breviora, 4-6 lin. lata, plana [...]ferne glabra, apicem versus inprimis dorso et ad margines sc[...] Vaginae membranaceae laxae e viridi ferrugineae. Involuc[...] liola numero radiorum, infima 2 subopposita, umbellâ duplo [...]giora, intermedia eandem paulo superantia, reliqua longitudir[...]diorum, omnia similia culmeis, sed magis scabra. Invol[...] 3-4-phylla, foliolis umbellulâ brevioribus, lineari-subulatis, marginatis, serrulatis. - Ochreae 1/2 poll. et ultra in lacinula[...] longam, obtusam, margine serrulatam desinentes, basi albidae [...]perne dilute ferrugineae. Umbella ut umbellulae corymbosae

diis 8-10 patentibus, demum divergentibus, longioribus 3-4 poll., umbellulae radiis 3-4, pollicaribus. Spicae terminales, ut plurimum ternae, in pedicellis brevioribus binae vel solitariae, sessiles, 3 lin. longae, 1 latae, 7-8-florae, basi bracteâ oblongâ nervo viridi excedente. Glumae membranaceae, diaphanae, patentes, compressae, dorso striato et nervo valido viridi, mucrone brevi patente, excedente, ferrugineae. Stylus 3-fidus. Stigmata reflexa. Nux oblongo ovata triquetra." *Meyer.* *In nemorosis insulae Arowabisch.*

Obs. Delendum synonymon *Rottböll t. 6. f. 4.* ad *viscosum* spectans, quem tamen cum *elegante Vahl* et *laxo Lam.* jungere jubet *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 166!

Pag. 181. n. 73. Cyperus *denudatus.* Addatur synonymon, sed cum?,
Cyperus *lanceus Thunb.*

Pag. 182. n. 75. Cyperus *compressus.* Addatur synonymon: C. culmo 6-10 poll., foliis breviore, angulis obtusis; umbellâ simplici compositâve; involucro triphyllo; squamis mucronatis; semine obcordato, triangulari. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 198. *n.* 17. et, hoc teste, *Pluk. t.* 192. *f.* 1. (licet laudet *Vahl.*)

Rad. fibrosa. Culmi erecti, ad 2/3 nudi, glabri. Folia numerosa vaginantia, glabra, nitida. Umbella terminalis, in composita umbellulae pedunculatae 1-3, e spiculis 3-6 viridibus, linearibus sessilibus, multifloris, flosculis supremis incompletis. Involucrum glabrum, longissimum, vix longitudine culmi. Squamae acutae. Sem turbinatum, glabrum, atrofuscum. *Roxb. l. c.*

Obs. Cls. *Meyer* Cyperum *compressum* distinguit: „spiculis digitatis subquaternis, lanceolatis; glumis mucronatis; involucro umbellâ subpaniculatâ longiore." (*Essequebo l. c. p.* 28.) et addit varietatem *β.* spiculis sessilibus; quam differre monet a Cypero *compresso Rottb. Gram. p.* 27. *t.* 9. *f.* 3. *Pluk. Mant. p.* 97. *t.* 417. *f.* 2 tantummodo spiculis ex toto sessilibus." *Swartz* et *Sloane* „aitˢᵉ varietatem nostram, ut ex icone hujus et illius descriptione elucet, ante oculos habuerunt. „*Meyer* l. c. Cls *Link*, qui in *Enum alt. p.* 45. Cyperum *compressum Rottb.* describit, petit: folia culmo triquetro breviora, virentia; involucrum 6-phyllum, phyllis 4 umbellâ longioribus spiculas lanceolatas, squamis compressis nervo in apiculum elongato monetque hunc esse Cyperum *conglomeratum Willd. Enum. Suppl.* 5 secundum Herbarium Willd., non vero C. *conglomeratum Rottb.* et *S. V. e. n.* Culmum describit pedalem, folia lineam lata, laevius cula margine, umbellulam sessilem, reliquas pedicellatas, pedicello longissimo, 2 1/2 poll. Involucri folium maximum 6-7 poll., reliqua minora, minimum pollicare. Spiculas 6 lin., lin. lata, squamas nervo viridi, lateribus membranaceis albis. Ex Europâ merid. sibi videtur. Ad americanum *compressum* spectat *compressus Nuttall. gen. p.* 3 et *Mühlenb. Descr. uber. p.* 15. var. involucro 6-phyllo. Culmum compressum petit *Mühlenberg.*

Pag. 183. n. 76. Cyperus *jemanicus.* Addatur synonymon: C. culmis 2-4 poll., obscure trigonis, basi bulbiferis; um

bellis simplicibus; involucris et spiculis alternis; squamis acutis; semine subrotundo, trigono. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 191. *n.* 13.

Rad. bulbifera, stolonifera, tubera vaginis 2-4 atrofuscis, striatis vestita, deciduis Stolones horizontales, apice germinantes. Parti superiori baseos culmi globulus truncatus bulbiformis vaginae insidet, edulis, magnitudine pisi, intus albus. Culmus erectus, ad 2/3 nudus. Folia pauca, filiformia, superne sulcata, 4-5 poll. Umbella e spiculis 6-10 sessilibus, linearibus, divergentibus. Involucrum plerumque 3-phyllum, inaequale, maximum, stipulis duplo longius, alternatim non ex uno puncto ortum. Squamae oblongae, striatae. Stigma bifidum. Semen griseum. *Roxb. l. c.*

n. 78. Cypero *vegeto Vahl* addatur synonymon:

C. spiculis subgloboso-conglomeratis, ovato-oblongis; glumis oblongis, excepto nervo laevibus; involucro umbellâ longiore. *Meyer Essequebo p.* 30. Huc C. *compressus Jacq. Hort. vind.* 3. *t.* 12. (fide *Meyer*).

„Rad. horizontaliter repens, nodosa, fibris copiosis. Spiculae in planta spontanea minime lanceolatae, sed ovatae vel ovato-oblongae, 12-16-florae, tenuissime transversim undulatae." *In graminosis humidis et siccis ins Arowabisch.* ♃.

Obs. C. *vegetus Mühlenb. Descr. ub.* 26. (quorsum fors *Nutt. gen. p.* 35) ex descriptione quasi alius videtur, saltem ab illo eli *Meyer* diversus. „Rad. fibrosa; culmus 2 ped., obtuse triqueter, glaber, striatus. Folia radicalia, nervosa, reticulata, glabra, ultra pedalia. Inv. 5-phyllum nervosum glabrum, umbellis longius 6 pedunculatis, et aliis sessilibus compositis, pedunculis compressis, spiculis conglomeratis. Involucella linearia, 4-phylla, reflexa, vix conspicua. Spiculae compressae, ovatae, acutae, 12-20-florae, glumis acutis, alternis, punctatis, nervosis. Pist. 3, fidum. Semen fuscum, trigonum, oblongum." Conferre jubet C. *glomeratum Walt.*

ag. 184. n. 80. Cyperus *formosus*. Addatur synonmon: *Nuttall. gen. p.* 35.

n. 82. Cyperus *surinamensis*. Addatur, cum?, synonymon:

Cyperus *polycephalus*; capitulis sphaericis, spiculis oblongis; involucri foliolis tribus longissimis, reliquis brevibus, margine carinâque aculeatis. *Schrank. Abh. Regensb. bot. Ges.* III. *p.* 25. (e Brasilia).

ag. 185. n. 84. Cyperus *Luzulae* nunc sic exponendus:

C. *Luzulae*; spicis capitatis, solitariis vel conglomeratis: spiculis oblongo-ovatis; glumis incurvatis; involucro longitudine culmi. *Meyer Essequebo p.* 30.

α. *longifolius*; capitulis solitariis maximis, foliis culmo duplo longioribus.

β. *intermedius*; capitulis solitariis duplo minoribus; foliis culmum aequantibus vel parum superantibus. *Rottb.*

Gram. p. 23. *t.* 13. *f.* 2. C. *Luzulae Humb.* e *Bonpl.* ed. *Kunth Nov. gen. p.* 209.

γ. *brevifolius;* staturâ graciliore, foliis culmo brevioribus C. *Luzulae Vahl Enum.* 2. *p.* 328.

δ. *glomeratus;* capitulis conglomeratis.

„In α capitula nuce avellanâ majora, culmus pennâ gallinaceâ crassior, folia longissima, semiunguem lata. In β culmus pennâ columbinâ paulo crassior. In γ capitula pisi magnitudine, umbellae radii vix longitudine pollicis, culmus circiter pedalis, pennae columbinae crassitie. In δ capitula 3-6 conglomerata, magnitudine pisi vel duplo majora, partim sessilia, partim, praeprimis inferiora, pedicello brevi suffulta." *Meyer* l. c.

n. 84 a. Cyperus *glomuliferus Schrad.;* culmo trigono glabro; foliis linearibus culmo brevioribus; umbellâ simplici 7-9-radiatâ; capitulis glomeratis; involucro polyphyllo umbellâ multo longiori; spiculis paucifloris. *Schrad. MS.*

Radix fibrosa. Culmi spithamaei, basi foliosi. Folia firma, carinata margine apicem versus et ad supremam carinae partem scabra. Vaginae glabrae. Capitula piso minora, e 5-7 fasciculis densè glomerata: singulis spiculas copiosas, vix lineam superantes, ovatas, 6-7-floras gerentibus. Involucri foliola radiorum numero, foliorum structurâ. Involucella 2-3, capitulis minora. Glumae lanceolatae, compressae. Stigmata 3. *In Brasilia. Princ. Ser. Max. Neowid.* ♃.

Pag. 186. n. 86. Cyperus *filiculmis.* Addatur synonymon: *Nuttall. gen. d.* 35.

Pag. 187. Cyperus *Martianus;* spicis ovatis, suboctosi spiculis confertis, subulato-patentibus; glumis muticis; involucro subtetraphyllo, umbellam excedente. *Schrad.* in *Abh. Regensb. bot. Ges.* III. *p.* 24 (sub *bulbosa*).

In Brasilia. D. *Martius.* (Nomen mutandum erat, cum sit antiquissimus *bulbosus Vahl.*)

n. 89. Cyperus *confertus.* Addatur:

Obs. Cyperus *confertus Lam. n.* 44., de quo l. c. in notâ egimus, a *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 166 Cyperus *jamaicensis* dicitur, quo rectius distinguatur a Cypero *conferto Lam. Enc. meth.* VII. *p.* 243. *n.* 46., qui, ut nobis recte videbatur, distinctam speciem, dicendam potius Cyperus *Lamarckianus*, cum nomen Cyperi *conferti* alius speciei a *Willdenow* et *Vahl* aliisque sit undique receptum, et Cyperi plurimi in Jamaica.

Pag. 188. n. 92. Cyperus *pumilus.* Addatur synonymon: C. culmo semipedali, obtusangulo; umbellis compositis: umbellulis subglobosis; spiculis squamisque cuspidatis. *Rox. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 200. *n.* 20.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, seminudi, obsolete trigoni, glabri. Folia vaginantia, culmo breviora. Umbellulae 3-6 plus minus

pedunculatae, spiculis 10-12 linearibus, multifloris. Involucrum 3-4-phyllum, longissimum, longitudine culmi. *Roxb.* l. c.

Pag. 189. n. 94. CYPERUS *squarrosus.* Addatur synonymon: C. erectus, culmis 4-6 poll.; foliis longitudine culmi; capitulo terminali, glomerato, globoso; involucro polyphyllo; squamis acutis, apice recurvis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 192. *n.* 9. et, hoc teste CYP. *pygmaeus Rottb.!*

In Coromandel.

n. 95. CYPERUS *filicinus.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 189.

n. 99. CYPERO *paniculato* addatur synonymon: *Vahl Ic. plant. amer. t.* 12.

Pag. 190. n. 101. CYPERUS *flavidus.* Addatur synonymon: C. culmo 6-8 poll., foliis plerumque breviore; umbellis decompositis involucro (diphyllo) longioribus; umbellulis globosis; spiculis confertis; floribus monandris; seminibus obcordatis, trigonis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 204. *n.* 29.

Rad. fibrosa, atro-purpurea. Culmus erectus, nudus, trigonus, glaber. Folia vaginantia, brevissima, basin culmi amplectentia. Umbella etiam composita, 1-2 poll., umbelulla una alterave sessili, 2-8 plus minus pedunculatis, pedunculo longissimo, subinde prolifero. Spicae lanceolatae, castaneae. Semen album, breve, scabriusculum. *Roxb.* l. c. *In humidis Coromandel.*

Pag. 191. n. 103. CYPERUS *flavescens.* Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 16. *Nutt. gen. p.* 35. *Fl. Dan. t.* 1682.

Obs. Hujus varietas sibi videtur: C. minor elegans spiculis spadiceis radiatim positis. *Buxb. Cent.* IV. *p.* 38. *t.* 60. *f.* 2., *M. v. Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 47. Aliam varietatem, notat *Lapeyrouse Abr. d. Pyr. p.* 7; quae illi est „*β.* major, latifolius" e regione d'*Ille Pyren. orient.*

n. 103a. CYPERUS *Nuttallii Eddy;* culmo triquetro basi folioso; foliis angustissimis; umbellis triphyllis, compositis; spicis compressis; lanceolato-linearibus, pedunculatis, divaricatis: squamis acutiusculis; stigmatibus binis. *Spreng. N. Entd.* II, *p.* 240.

Spithamaeus, glaberrimus. Radix fibrosa. Folia linearia, culmo triplo breviora. Involucra similia umbellis longiora. Spicae badiae. Statura habitusque fere C. *flavescentis*, sed differt: umbellis multo minus compositis, spicis sessilibus, squamis obtusiusculis. C. *glaber*, umbella similis, longissime abest, foliis latissimis, statura multo altiore, stigmatibus 3. *Spreng. l. c. In uliginosis sub maritimis Nov. Caesareae.*

Obs. Huc videtur nobis spectare *C. flavescens* co-species *Mühleni Descr. ub. p. 17*, si squamae margine purpureae, et semen cinereum gl. brum. Reliqua quadrant. Confer *flavicomum*.

n. 104. CYPERUS *fuscus*. Addatur synonymon: *Nocc.* et *Balb. Flor. Ticin.* I. *p.* 22. *Séring. Collec. d. Gramin. Suiss. Cent.* I. *n.* 70. *Moretti Giorn. d. Fi. Dec.* II. T. V. *Second. Bimestr. p.* 109. et, hoc teste C. *brachystachys*; culmo triquetro, erecto, folioso; foliis carinatis, margine carinâque serrulato-scabris; involucr subtetraphyllo, inaequali, umbellâ compositâ quadruplo lo giore; spiculis ovato-lanceolatis, 6-floris, teretiusculis, a gregatis. *Presl. Cyper.* et *Gram. sic. p.* 15 (fide specim a *Gussonio* ad *Moretti* missorum). Excludatur ver CYPERUS *ferrugineus Forsk.*

Obs. Huc putat spectare C. minorem, spicis griseis in capitula globo congestis, *Buxb. Cent.* IV. *p.* 18. *t.* 48. *M. a Bieb. F. t. c. Supp p.* 47. Cyperus pyrenaicus humilior tenui paniculâ *Tournef. He* hujus quoque loci fide *Lapeyrouse Abr. d. Pyr. Suppl p.* 9. CYPERUS *compressus Krocker* hujus *γ* dicitur a cl. *Streub* C. *viridis*, quem cl. *Sieber* circa Caneam legit, et speciem propria dicit, potius *fusci γ* nobis videtur.

Pag. 192. n. 104 a. CYPERUS *ferrugineus Forsk.*; culmo tr quetro, basi folioso; umbellâ compositâ, polyphyllâ; spic omnibus pedunculatis, distinctis; spiculis linearibus, 7-fl ris. *Schrank Denkschr. Münch. Akad.* VI. *p.* 16 *Forsk. arab. p.* 14.

Rad. repens, nec annua, ut in *fusco*, quo procerior, 8 digitor., p dalis et 2 spithamar. Involucrum triphyllum, foliolum alterum u bellâ triplo longius, alterum longius, tertium radio maximo a quale, praeter plura ad radios singulos angustiora, iisdemque a qualia vel longiora. Spiculae longiores quam in *fusco*, licet ta tum 7-, nec 9-13-florae. Glumae lato-lanceolatae, acutae, el ganter spadiceae, solo margine pallidae vel virides. *Schran* In pratis ad Nilum copiosissime. ♃.

Pag. 193. n. 107. CYPERUS *difformis*. Addatur synonymon: C. culmo 9-18 poll., acutangulo; umbellis compositis; um bellulis globosis: spiculis confertis; involucro 2-3-phyllo squamis imbricatis; semine obovato, trigono. *Roxb. F ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 199. *n.* 19. et, hoc test *Pluck. alm.* 192. f. 3.

Rad. fibrosa. Culmi ad 1/3 nudi, erecti, glabri. Folia vagina longitudine culmi, carinata, glabra. Umbellae parvae, diam 1 1/2 poll. Umbellulae 2-4, subsessiles, totidem plus minus p dunculatae, spiculis innumeris, parvis, ovatis. Involucrum lon dimidiâ culmi, tertium, si adest, vix pollicis longitudine. S mae margine membranaceae *Roxb. l. c.*

Obs. C. *difformem L'vis. Nob.* 182. *Bub.* et *Nocc.* *Fl. tic.* 14

oryzetis ticinensibus vix certo sistere eandem cum C. *difformi Smith* speciem, cum hic digynus, spiculis arcuatis, magis accedere ad *difformem Rottböll*, cujus vero culmus flaccidus, debilissimus, spiculae 10-12-florae minime quadrant. Treviran. in *Jahrb. d. Bot.* 1. B. 2. *St. p.* 3. qui sequentem *difformis* sui ibidem exhibet descriptionem: C. umbellâ compositâ, diphyllâ; spiculis linearibus, capitatis; glumis obtusissimis. — Rad. fibrosa, annua. Culmus solitarius pluresve, erecti, pedales bipedales, triquetri, inferne foliis duobus, superne nudi, glaberrimi; folia 1-2 lin. lata, culmo breviora, carinata, glabra. Cyma terminalis bracteâ alterâ dimidiae culmi longitudinis, alterâ duplo breviore; in majoribus bractea tertia minima. Cyma e capitulis 4-5, subinde 8-10, exterioribus longius pedicellatis, interioribus sessilibus, sphaericis, spiculis numerosissimis. Spiculae lineares, sordide rufescentes, subinde spadiceae, 10-24-florae, rhachi glabrâ. Glumae nervo obscuriori, vix ac ne vix ultra marginem producto. Stam. ut in *fusco*, constanter 2. Stylus trifidus, germen trigonum setis nullis. Proxime accedit ad *fuscum*, sed differt bracteis 2, nec 3; spiculis in capitula sphaerica densissime aggregatis, duplo angustioribus, floribus tamen duplo numerosioribus, glumisque obtusissimis. Contra vero et plantam *Lois.* et *Noccae* et *Balbis* omnino eandem esse cum illa *Sibth.* et *Smith* monet *Moretti* in *Giorn. d. Fis. Dec.* II. T. v. 4. Bim. p. 246, qui huc C. *holoschoenoidem Jan. Cat. pl. phaenog.* p. 75, in cujus *Flora Italiae superioris* hujus *holoschoenoidis* synonyma: C. *protractus Del.*, *complanatus Forsk.*, *melanocephalus Brown*, valde dubiosa, laudantur. C. *difformis Linn.* a *Steven* prope Tiflin lectus omnino idem cum italo. Cl. *Delile* nonnisi cum? huc ducit C. *complanatum Forsk.* — Cyperus *elongatus Sieber* prope *Tentyram* lectus nobis nonnisi *difformis* major videtur. Cl. *Link Enum. alt.* p. 44. Cyperum *difformem Rottböll* ex Hyrcania describit, et ♃ dicit; nobis vero aliisque cultoribus ⊙ semper fuit.

n. 108. Cyperus *poaeformis*. Addatur synonymon:
Nuttall. gen. p. 35.

Pag. 194. n. 112. Cyperus *conglomeratus*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. p. 44.
„Simillimus *erubescenti*, at folia angustiora." *Link.*

n. 112a. Cyperus *erubescens Link*; foliis linearibus, culmo triquetro brevioribus; involucro triphyllo, phyllo extimo longissimo; spiculis lanceolatis; squamis obtusissimis.
Link Enum alt. p. 44.

Cl. *Link* tulit nomine C. *globosi.* „Culmus pedalis. Folia lineam lata. Involucri foliolum 6, alterum 2-3 lineas, tertium vix lineam longum. Spiculae plures quam 15, breviter pedicellatae, 5-6 lin., lineam latae, nervo viridi, marginibus membranaceis albis, apice obtuso, fere incrassato. Tota planta laevis, glabra. An *conglomerati* varietas? At folia latiora, viridia." *Link.* *Habitat?* in *Tepidario.*

Pag. 196. n. 117. Cyperus *tuberosus*. Addatur synonymon:

C. radice tuberosâ; foliis linearibus longitudine culmi; umbellis compositis decompositisve; involucro triphyllo umbellulis longiore; stylo trifido; semine oblongo, trigono. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 203. *n.* 26. *Nuttall gen. p.* 35.

Clo *Roxburgh* luxurians tantum varietas videtur *rotundi*, quocum crescit.

Obs. Cyperum *rotundum*, *phymatodem* et n. 9. anonymum *Mühlenb. Descript. uberior gramin.* eandem sistere speciem cum C. *tuberoso* putat clo *Spreng. N. Entd.* II. *p.* 200. At, monente clo *Link*, Cyperus *phymatodes Mühlenb.* est C. *repens Elliott*; et *rotundus*, teste *Mühlenberg*, *Hydra* est; videtur ergo fore Cyperus n. 9. (sine nomine) quem *Mühlenberg* ipse „*phymatodi* affinem et vix distinctum, affinem etiam *rotundo*" hujus loci. Differt n. 9 a *phymatode Mühl.* caule breviore, pedali; involucro - 4 - phyllo, apice scabro, pubescente; umbellâ 7 - radiatâ; squamis fuscis. Reliqua conveniunt.

n. 117 a. Cyperus *repens Elliott*; radice repente; culmo triangulari; foliis glaberrimis, canaliculatis; involucro umbellam simpliciusculam superante; spiculis confertis, lineari-lanceolatis. *Elliott Bot. of S. Carolin. et Georg. p.* 68. *Nutt. gen. p.* 35. Cyperus *phymatodes Mühlenb. Descr. ub. p.* 23.

Radix fibrosa, apice tuberibus globosis, zonatis. Culmus erectus, subnudus striatus, glaber, 1 1/2 ped. Folia radicalia vaginantia basi, lanceolata. Umbella simplex aut decomposita, 9-radiata. Involucrum 8-9-phyllum, foliolis 3 longissimis, margine subscabris. Pedunculi inaequales, compressi, basi spadicei, ocrea bifida. Spiculae distichae, lineares, infra compositae, supra simplices, elongatae, 15-florae, oppositae alternaequae, flavescentes, bractea lineari. Squamae oblongae, subobtusae, dorso virides, margine albae, nervosae. Antherae 3 lutescentes. Pist. 3-fidum, album. Sem. fuscum, triquetrum, oblongum. *Mühlenb.* *In humidis Pennsylvaniae.* ♃.

Pag. 198. n. 125. Cyperus *rotundus*. Addatur synonymon: *Moretti* in *Giorn. d. Fisica Decad.* II. T. V. S. *Bim. p.* 321., et hoc teste: *Targ. Tozz. sopr. una Spec. di Cipero in Mem. Soc. ital. t.* XIII. *p.* II. *p.* 334. (excl. plur. synon.) C. *tetrastachyus Tenor. Fl. neap. prodr. Suppl.* II. vol. I. p. LXV. Flor. med. Univ. d. Napol. I. p. 2; n. 101. *Presl. Cyp.* et *Gram. sicul. p.* 14. (excl. omn. syn.) Deleantur vero synonyma monente clo *Bertoloni* in litt. et *Moretti* l. c. synonyma *Decand.*, *Targioni*, *Gouani*, *Savi*, ad C. *radicosum* spectantia.

Obs. Cyperum hunc ad *Bagnoli* prope Neapolin cum Cyp. *aureo Tenore* se legisse (nobis aliisque prorsus ignoto, et cujus nomen mutandum cum jam sit *aureus Humb.* et *Bonpl.*); accedere *rotundum* huncce ad *tetrastachyum Desf.*, qui forsitan mera varietas; synonymon *Bocconii*: Cyperus rotundus paniculis vulgari multo crassioribus, ised

rus, *Pomph. Sic. ed.* 2, t. 12. a clo *Presl* ac *tetrastachyum* laudatum spectare potius ad SCIRP. *marit.* *Linn.* E. S. *macrostachyum* *Willd.*: *Moretti l. c.* — „Delenda esse, quae in S. V. ed. nostr. de analogia CYPERI *rotundi* et *olivaris* dicuntur, ut certissime falsa" monuit cl. *Bertolone.*

n. 126. CYPERUS *hexastachyus.* Addatur synonymon: C. *rotundus*; radice tuberosâ; culmis 1-2 ped., obtuse triangularibus; umbellâ compositâ spiculis alternis; involucro triphyllo longitudine umbellae; semine angulato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 201. *n.* 24. et, hoc teste, C. rotundus *Rumph amb.* VI. *t.* 1. *f.* 1. 2.

Dir. *Roxburgh* laudat CYP. *rotundam* *Willd.* et *Vahl*, simulque etiam C. *hexastachyum* *Rottb.*, diversas species. Suum esse *hexastachyum*, patet et descriptione: Rad. tuberibus magnitudine avellanae vel fagi, irregularibus, extus obscure ferrugineis, intus albis, teneris omnino fragrantibus. Culmi erecti, nudi, glabri. Folia radicalia, vel basin tantum vaginantia, culmo breviora, glabra, nitentia. Umbella subinde decomposita, 2-3 poll. in diametro. Umbellulae 2-8, omnes in pedunculis 1/4-2 poll. Spicae lineares, subsessiles. Semen obsolete trigonum, fuscum, subrugosum. *Roxb. l. c.* *Pestis cultorum Indiae.*

n. 126a. CYPERUS *nervosus* *Bertol.*; spicis umbellatis; spiculis linearibus, distichis, remotiusculis, erecto-patulis; glumis corollinis obtusis, multinervibus; involucro pentaphyllo, radice tuberiferâ. *Bertolon. Piant. d. Bras.* p. 5. *n.* 4 et *Opusc. scient. di Bol.* 3. *p.* 407. *n.* 4.

Rad. fibroso-ramulosa, tum stolonifera et tuberifera, tuberibus parvis globosis absque sonis. Culmus triqueter, basi foliosus. Folia linearia, vaginantia, culmo breviora. Umbella terminalis radiis 6 spicatis. Involucrum universale inaequale. Ochreae breves rubidae, basin radiorum arcte vaginantes, oblique truncatae, hinc acutae, subinde in foliolum setaceum abeuntes. Spica centralis sessilis, reliquae inaequaliter pedunculatae. Spiculae lineares, compressae, obtusae, subduodecimflorae, distichae, alternae, aliquantisper inter se remotae, erecto-patulae, 5-10 circiter in quovis radio. Rhachis flexuosa. Gluma calycina solitaria, lanceolata, acuminata. Glumae florales obovatae, obtusae, apice albido-membranaceae, distichae, alternae, remotiusculae, multinerves, subrubido-ferrugineae, nervo dorsali viridi. Tota glabra. *In Brasilia. Bertolon in litt.*

n. 126b. CYPERUS *pertenuis* *Roxb.*; culmis 3-4 pedum, basi subteretibus, superne triangularibus; foliis paucis; umbellâ compositâ et decompositâ; spiculis filiformibus multifloris: seminibus triangularibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 202. *n.* 249.

Rad. subtuberosa, fibris pluribus furcescentibus, villosis. Culmus nudus praeter basin, rectus, gracilis, multum attenuatus. Folium unum alterumve ad basin culmi, gracile, 1/3 longitudinis culmi

Umbella ratione magnitudinis plantae parva, umbellulâ alterâ sub sessili, 3-4 aliis in pedunculis nudis filiformibus, glabris, varia longitudinis, quae iterum spiculis 4-12 longis. Involucrum 3-phyllum, folio longissimo longitudine umbellae, reliquis brevioribus, omnibus gracilibus, in acumen attenuatis acutissimum. Stylus 3-fidus. *Roxb. l. c.* *In humidis tantum et demissis Calcuttae.*

Pag. 199. n. 127. Cypero *glabro* addatur:

Obs. Clo. *Treviran*o Cyperus hicce *glaber Linn.* videtur Cyperus *fuscus β virens Schrad.*, cui etiam ratione, quod ill. Smit *Prodr.* Cyperum *glabrum* distinguat stigmatibus 3, seminibus acute triquetris, a *flavescente*, quibus notis *fuscus* etiam a *flavescente* differt. *Link Jahrb. d. Bot.* 1. B. 2. St. p. 3.

n. 127 a. Cyperus *bifidus Pourr.*; culmo triquetro, nudo umbellâ subquadrifoliâ; glomerulis orbiculatis, duobus oppositis inaequaliter pedunculatis, duobus lateralibus sessilibus. *La Peyr. Abr. d. Pyr. Suppl.* p. 9. *Pourret Chlor. Hisp.* n. 174.

In pratis Pyrenaeorum oriental. Pourr. ♃.

Pag. 200. n. 129. Cypero *cuspidato* addatur synonymon: Cyperus *recurvatus Herb. Willd.* fide *Link*, qui etiam ex Brasilia eundem ab ill. *Comite de Hoffmannsegg* datum ibidem asservari monet.

n. 129 a. Cyperus *brachyphyllus Hoffmannsegg* culmo triquetro; foliis planis culmo brevioribus; involucro polyphyllo; umbellae supradecompositae radiis prioribus elongatis; spicis umbellatim congestis, linearibus; squamis oblongis, dorso carinatis, subapiculatis. *Link Jahrb.* p. 83.

„Squamae fuscae, pellucidae, nervo viridi: floribus singulis conveniunt cum *oligostachyo*, affines quoque *cuspidatus* et *aureus*. Cyperus *anisostachyus Humb.* et *Bonpl.* in *Herb. Willd.* Nov. gen. mihi non extricandus, haud differre videtur.“

n. 129 b. Cyperus *etesios*; foliis linearibus culmo triquetro? longioribus; umbellâ compositâ; involucro pentaphyllo phylliis tribus umbellâ multo longioribus; spiculis capitatis linearibus, paucifloris; valvulis lanceolatis, acutis. *Link Jahrb.* 3. p. 83.

In Herbario Willdenowiano cum C. *anno* asservatur eodem nomine.

n. 129 c. Cyperus *stramineus Desfont.*; foliis?; umbella decompositâ: spiculis capitatis, lanceolato-linearibus; valvulis ovatis, obtusis, virentibus. *Link Jahrb.* 3. p. 84. *Herb. Willd.*

Habitat?

n. 4. ERIOPHORUM *triquetrum*. Addatur synonymon: *Flor. Dan. t.* 1441. ERIOPHORUM *gracile Wahlenb. Fl. Ups. p.* 20. *Svensk Bot. t.* 470. *f.* 2. ERIOPHORUM *polystachyon* γ. *Linn. Suec. n.* 49. *Mühlenb. Descr. ub. p.* 48. *Nutt. gen. p.* 37.? ER. *angustifolium Schleich. Cat. p.* 20. (utrumque fide *Wahlenb.*)

Pag. 158. n. 5. ERIOPHORUM *angustifolium*. Addatur synonymon:
Mühlenb. Descr. ub. p. 49. *Nutt. gen. p.* 37. *Flor. Dan. t.* 1442. *Svensk Bot. t.* 490. *f.* 1. ER. *polystachyon Wahlenb. Fl. Ups. p.* 20. et, hoc teste, E. *polystachyon* α *Linn. Suec. n.* 49.

Obs. Vaillanti t. 16. *f.* 1, a cl. *Gaudin* ad E. *angustifolium* β ducta, nunc est ERIOPH. *Vaillantii Poit. et Turp.*; caule subramoso; spicis terminalibus subdentatis; pedunculis brevissimis; setis longissimis. *Poiret Enc. Suppl.* V. p. 710. *Poit. et Turp. Fl. paris. t.* 51. *Merat Fl. paris.* 20. (*In paludibus Montmorency, St. Leger.*)

n. 5 a. ERIOPHORUM *tenellum Nuttall*; culmo gracili, triangulari, folioso; spiculis pedunculatis, involucro vix longioribus; semine lineari. *Nuttall's genera* 2. *Additions.*

Ut videtur E. *polystachyum* Ph. sed multo tenuius, et distinctissima species. Culmus 12 - 18 poll.; folia angusta, carinata, margine scabra, pungentia. Spiculae 4 - 5. Lana alba, longa, sericea. *In sphagnosis paludibus of New Jersey.* Rara.

Obs. An huc „*angustifolii* specimen involucro monophyllo, spicis communis 4 pedunculatis longiore; squamâ calycinâ ovatâ, striatâ; pappo elongato." *Mühlenb. Descr. ub.* p. 49.?

Pag. 159. n. 6. ERIOPHORUM *latifolium*. Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. Ups. p.* 20. *Fl. Dan.* 1381. ERIOPH. *polystachyon* β *Linn. suec. n.* 49. *Svensk. Bot. t.* 180.

n. 7. ERIOPHORUM *virginicum*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. uber. p.* 49. *Nuttall gen. p.* 37. *Pluk.* 299. 4.

Sub spicis folium est elongatum, et bractea bifida.

n. 8. E. *intermedium Bastert*; culmo subtereti; foliis canaliculato-plicatis, apice triquetris; pedicellis simplicibus, nutantibus; involucro basi dilatato, apice triquetro. *Jorn. Bot.* III. *p.* 19.

In paludibus Galliae. An E. *Vaillanti?*

„Tubera e radicibus repentibus, eâdem ratione inferne iterum radicem unam pluresve emittentia, 1/2 poll., 3-4 lin. lata, sulcata, fibris rufescentibus. Cyperus *Hydra* et *rotundus* verosimiliter diversi non sunt." *Meyer l. c.*

n. 132 a. C. *nemorosus Meyer*; spiculis corymbosis, distantibus linearibus; involucro umbellâ longiore: partiali diphyllo setaceo; radice fibrosâ. *Meyer Essequebo* p. 31.

„C. *Hydram* inter et *tenuiflorum* inserendus, *rotundo* et *esculento* affinis. A C. *Hydra*, *rotundo* et *esculento*, differt: radice et involucro partiali; a *tenuifloro*: umbellâ constanter simplici; spiculis compressis, minus angustis; glumis longioribus; ab omnibus habitu gracillimo, ochreis bimucronatis; colore spicularum. Culmi cespitosi, 1-2 ped., pennâ columbinâ tenuiores, trigoni, striati, glabri, inferne foliosi. Folia ut plurimum 3, laxa, linearia, culmo breviora, lineam vix latiora, carinata, glabra, margine laevia. Vaginae tenerae, membranaceae, canescenti-brunneae. Involucrum 3-rarius 4-phyllum; foliola culmi planiuscula, maximum umbellâ triplo longius, quartum, si adest, longitudine umbellae. Involucella e foliolis sub spiculis infimis, iisdemque brevioribus, suboppositis. Ochreae truncatae, in mucrones virides acuminatae. Umbella simplex, 3-4-radiata, radii 1-2 poll., filiformes, tereti-subangulati, glabri. Spiculae 5-8 alternae distichae, patenti-divergentes, acuminatae, planiusculae, basi bracteâ oblongâ, acuminatâ, 12-15-florae. Glumae lanceolato-oblongae, compressae, nervo dorsali viridi, striis 1-2 in utroque latere, margine latiusculo albo eleganter variegatae. Nux ovato-oblonga, triquetra, albescenti-brunnea. *Meyer* l. c. *In nemorosis insulae Arowabisch.* ♃.

n. 132 b. C. *densiflorus Meyer*; spicis umbellulatis subcompositis, ovato-oblongis; spiculis confertis, subulatis; involucro umbellâ longiore. *Meyer Essequebo* p. 34.

Rad. bulbosa, subrepens, fibris copiosis, simplicibus, albidis. Culmi solitarii pluresve, 2-ped. et ultra, pennae anserinae crassitie, acute triquetri, striati, glabri. Folia 2-4, linearia, acuminata, culmo paulum breviora, 1/2 poll. lata, carinata, glabra, margine scabra. Vaginae 3 poll., laeves, latere interiore membranaceae, e glauco fuscescentes. Involucrum e foliolis 6-8 culmeis, quibusdam umbellâ longioribus duplo, reliquis umbellam vix superantibus, margine carinâque scabris, involucellum subhexaphyllum, foliolis exterioribus longitudine umbellulae, reliquis sensim decrescentibus. Ochreae laxae, hinc in lacinulam membranaceam ochreâ ipsâ longiorem bifidam attenuatae; radiorum umbellarum truncatae, 2-3-dentatae. Umbella decomposita 6-9-radiata, radii patentes, 4 poll. et breviores, compresso-triquetri, glabri. Umbellulae subcorymbosae spicis 5-6 brevissime pedicellatis, pollicaribus, ovato-oblongis compactis, basi subramosis. Spiculae plurimae confertae, patenti-divergentes, unguiculares, lineari-subulatae, compressiusculae, basi bracteâ brevi, lineari-lanceolatâ, acuminatâ, leviter curvatae, 12-14-florae. Glumae remotiusculae, patentes, ovali-oblongae, obtusiusculae, convexae, striatae, nitidae, albescenti brunneae, nerv

dorsali latiusculo viridi. Nux oblonga acuta triquetra albescenti-brunnea. *Meyer* l. c. *In paludosis et aquis stagnantibus.* ♃.

Pag. 202. n. 134. CYPERUS *esculentus*.

Cl. *Sieber* legit circa *Damiatte*.

Obs. Nomine CYPERI *pallescentis* *Desf.* in *Herb. Cret.* D. *Sieber* invenimus Cyperi specimen circa Caneam lectum exactissime conveniens cum CYPERI *esculenti* varietate *flavicante* *Tenore*, quae fere specie distincta ab *esculento*. Radix in nostro repens, sine tuberibus, quae fere non aderant, ubi legebatur. Folia radicalia 9-10 inferiora culmo breviora, supremum longitudine culmi, trinervia, 2 fere lin. lata, margine et carinâ laevia; apice vero, ubi subulata, scabra. Culmus spithamaeus, striatus, compresso-triqueter, sub umbella laevissime scabriusculus, basi crassitie fili emporetici. Involucrum pentaphyllum, foliolis 3 umbellâ longioribus, foliis caulinis similibus, maximo tripollicari; quartum angustius longitudine umbellae, quintum fere setaceum minus. Radii umbellae inaequales 6-7, maximus 1 1/2 poll., glabri. Ochreae breves, obliquae, fuscescentes, acuminatae. Spiculae in apice radii alternae 6-11, lanceolato-obtusae, 3-4 lin., lineam latae, patentes flavo-fuscae, fere aureae, lanceolatae, obtusae, ex inferioribus una alterave squamulâ subjectâ setiformi. Squamae in spiculis 7-11, ovatae, obtusae, margine membranaceae, lacerae, carinâ crassâ, virente, glabrâ, striatae, parum ultra lineam longae. Stam. 3. Stylus bifidus. Liquet inde differentia *pallescentis* et affinitas *esculenti*.

n. 134 a. CYPERUS *phymatodes*; foliis?; culmo triquetro; umbellâ compositâ; involucro polyphyllo: phyllis duobus umbellâ longioribus; spiculis alternis, linearibus; valvulis carinatis; striatis, acutis, *Link* *Jahrb.* 3. *p.* 87.

Missus a divo *Mühlenberg* nomine CYPERI *esculenti*. Affinis *rotundo* *Link*. CYPERUS *phymatodes* *Mühlenb.* est CYPERUS *repens* *Elliott*. (Nomen aliud eligendum fuisset, cum jam esset *C. phymatodes*.)

n. 135. CYPERUS *Pangorei*. Addatur synonymon: C. culmis 2-4 pedum, nudis; foliis vix fere ullis; umbellis decompositis; involucro 3-4-phyllo; involucellis setaceis; spiculis filiformibus; seminibus oblongis, compressis. *Roxb.* *Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 206. *n.* 32. et, hoc teste, *Rottböll.* *t.* 7. *f.* 3.

Rad. articulata, repens, stolonifera. Culmi erecti, glabri, apice trigoni, lateribus concavi, crassitie pennae anseris. Folia 1-2, ensiformia, brevissima, basin culmi vaginantia. Involucrum glaberrimum, longissimum duplo umbellâ longius. Umbella umbellulâ centrali, sessili, et 4-8 aliis patentibus, compositis, pedunculatis, pedunculis compressis, tenuibus, aequalibus. Spiculae filiformes, 10-20-florae. Squamae obtusae. *Roxb.* *l. c.*

n. 136. CYPERUS *badius*. Addatur synonymon: CYPERUS *longus* *Lejeune*?

Pag. 203. n. 137. Cyperus *patulus*. Addatur synonymon: C. culmo triquetro, basi folioso; involucro subhexaphyllo, longissimo: umbellâ compositâ: partialibus confertis, subcapitatis, basi fasciculatis; spiculis lanceolatis; glumis ovatis, obtusiusculis, brevissime mucronatis. *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p. 47.*, et, hoc teste, C. *arvens. fol. longissimis* *Buxb.* C. IV. p. 28. t. 47.; forte et synonyma pleraque *polystachyi*.

Abludit non paucis descriptio data ab exc. *M. a Bieb.*, qui dubitat utrum „radix nodosa, fibris plurimis validis firmata, annua." „Folia longissima" addit „supra bicarinata plicis, ut in C. *Monti*, cujus etiam staturâ, involucro, radiis, ochreis; sed paniculae partiales multo confertiores, minusque compositae ex radiis baseos paniculae plerumque binis alternis brevissimis, totis spiculis confertis, quasi fasculatim obtectis, inde ex spiculis solitariis, alternis, valde approximatis. Bractea sub singulo fasciculo baseos paniculae elongata, sub spiculis solitariis minuta. Spiculae similes *flavescentis*, magis multiflorae, glumis leviter striatis, bruneis, carinâ margineque viridibus. Pistillum inclusum; stylo longitudine germinis aut parum ultra. Semen nudum triquetrum, castaneum, sub lente punctis elevatis. *M. a B.* l. c.

Obs. Divum *Willdenow* C. *patulum* tulisse a divo *Kitaibel*: sed eodem nomine speciem omnino diversam asservesse, quae etiam in horto colitur, at quam Cyperum *polycephalum* dicit cl. *Link* Jahrb. 3. p. 89. Spiculas huic esse graciles et acutas, alternas, pedunculis in glomerulos coacervatis; folia involucri duo praelonga; squamas lanceolatas. *Patulum* nomine etiam Cyperi *caucasici et canescentis* fuisse missum; *polycephalum* apposuisse quoque Marisco *dato*, sed quia spiculis teretiusculis convenit cum Mariscis. In *Enum. alt.* p. 45 notat in C. *patulo* spiculas 6-7 poll. ; ½ - 1½ lin. latas, squamas acutas, nervo lato, striato viridi, lateribus fuscis, et affinem dicit sequenti *longo*.

n. 137 a. Cyperus *Linkianus*; foliis culmo triquetro parum brevioribus, margine scabris; involucro pentaphyllo, phyllis duobus longissimis; spicis capitatis; spiculis linearibus, squamis lanceolatis, acutis. *Link Enum. alt.* p. 46 (sub *polycephalo*.)

„Nomine Cyp. *brunei* *Vahl* missus, ad Cyp. *patulum* relatus in *Herb. Willd.*, variis nominibus in hortis occurrens. Culmus 1-2 ped., laevis. Folia 3 lin. lata. Umbella radiis 5 elongatis, umbellulâ seu capitulo medio sessili. Spiculae in capitula crassa conglobatae, 8-9 lin., 1/2 lin. latae; fere teretes, acutae; bracteolae ovatae, reflexae sub spiculis. Squamae dorso virides, striatae, lateribus fuscae." *Link.* *In Europa australi, orientali.* ♃. Nomen mutandum, cum jam sit *polycephalus* *Lam.*

Pag. 204. n. 138. Cyperus *longus*. Addatur synonymon: *Seb. et Maur. Prodr. Fl. rom.* p. 24. *Bertolo Amoen.* p. 107. *Link Enum. alt.* p. 45.

Spiculas angustiores, quam in patulo, vix lineam latae. Squamae nervo angustissimo viridi.

Obs. Sub Cypero longo Broter. Fl. lusit. p. 57. duae videntur latitare species, cum „tam radice odoratâ quam inodorâ" dicatur. Cyperus pumosus Sieb. in Creta a longo C. haud differt.

n. 139. Cyperus procerus. Addatur synonymon: C. culmis 3-6-pedum, acutangulis; umbellâ decompositâ; involucro nullo; spiculis alternis linearibus; floribus diandris; seminibus obcordatis, compressis, non angulatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 206., et, hoc teste, *Rheede Malab.* 12. *p.* 93. *t.* 50.

„Haec, vel simillima (etenim nonnisi staminibus 3, reliquis omnibus iisdem) ad Gangis ripas sub aqua etiam crescit, ripasque consolidat." *Roxb.* l. c. Specimina hujus nomine Cyp. *Eragrostidis* et *ancipitis* in *Herb. Heyneano* invenit cl. *Roth Nov. plant. Spec. p.* 33.

n. 139 a. Cyperus *spinulosus Roxb.*; culmis 2-5-pedum, rigidis; umbellis vix decompositis; spicis longis, breviter pedunculatis, globosis; spiculis rigidis, 3-4-floris; involucro involucellisque polyphyllis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 207. *n.* 34.

Rad. fibrosa; culmi erecti, rigidissimi, obsolete triquetri, glabri, ad 4/5 nudi; folia vaginantia, longitudine culmi, rigida, striata, margine hispida. Umbella 6-8 poll.; umbellulis pedunculis variae longitudinis, capitulis pedicellatis, globosis, e spiculis numerosis parvis, sessilibus, linearibus, lanceolatis, rigidis, spinuloso-cuspidatis, 3-4-floris. Involucrum 4-6-phyllum inaequale, folium maximum 2-3 ped., brevissimum totidem pollicum, utroque margine hispido. Involucella 3-6-phylla, longitudine umbellularum. Squamae lineares. Stylus? *Roxb. l. c.* *In fossis et rivulis.*

Pag. 205. n. 141. Cyperus *gramineus.* Addatur synonymon: Cyperus *graminifolius Poir.*

Pag. 205. n. 142. Cyperus *tenuiflorus.* Addatur synonymon: C. culmo 2-4 ped., acutangulo; involucro 3-4-phyllo umbellam decompositam multo excedente; spiculis alternis; squamis obtusis; seminibus obcordatis, trigonis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 203. *n.* 27.

Rad. repens, fibris ramosis. Culmus erectus, nudus, glaber. Folia plerumque radicalia, culmo breviora, profunde sulcata, glabra. Umbella 4-8 poll. in diametro. Umbellulae omnes pedunculatae, oblongae, patentes, spiculis sessilibus, lanceolatis, 20-30-floris. Involucrum maximum 1-2 ped., minimum 1-2 poll. Squamae obtusae, apice saepius emarginatae, membranaceae. *Roxb. l. c.* Maxime affinem *longo* dicit cl. *Link Enum. alt. p.* 43, spiculas 7-8 lin., 1 1/2 latas petens.

Obs. Cum hoc posteus, quem cum *strigoso*, convenire Cyperus *erythrorhizos Mühlenb.*, videtur cl. *Sprengel N. Entd.* II. *p.* 200. Cy-

Pag. 203. n. 13ᵃ. Cyperus *patulus*. Addatur synonymon: C. culmo triquetro, basi folioso; involucro subhexaphyllo, longissimo; umbellâ compositâ; partialibus confertis, subcapitatis, basi fasciculatis; spiculis lanceolatis; glumis ovatis, obtusiusculis, brevissime mucronatis. *M. a Bieb. Fl. l. c. Suppl. p.* 47., et, hoc teste, C. *arvens. fol. longissimis Buxb.* C. IV. p. 28. t. 47.; forte et synonyma pleraque *polystachyi*.

Abludit non paucis descriptio data ab exc. *M. a Bieb.*, qui dubitat utrum „radix nodosa, fibris plurimis validis firmata, annua." „Folia longissima" addit „supra bicarinata plicis, ut in C. *Monti*, cujus etiam staturâ, involucro, radiis, ochreis; sed paniculae partiales multo confertiores, minusque compositae ex radiis baseos paniculae plerumque binis alternis brevissimis, totis spiculis confertis quasi fasculatim obtectis, inde ex spiculis solitariis, alternis, valde approximatis. Bractea sub singulo fasciculo baseos paniculae elongata, sub spiculis solitariis minuta. Spiculae similes *flavescentis* magis multiflorae, glumis leviter striatis, bruneis, carinâ marginque viridibus. Pistillum inclusum; stylo longitudine germinis ad parum ultra. Semen nudum triquetrum, castaneum, sub lente punctis elevatis. *M. a B.* l. c.

Obs. Divum *Willdenow* C. *patulum* tulisse a divo *Kitaibel*; sed eodem nomine speciem omnino diversam asservasse, quae etiam in horto colitur, et quam Cyperum *polycephalum* dicit cl. *Link Jahrb.* 3. p. 89. Spiculas huic esse graciles et acutas, alternas, pedunculis in glomerulos coacervatis; *folia involucri duo praelonga*; squamas lanceolatas. *Patulum* nomine etiam Cyperi *caucasici et canescentis* fuisse missum; *polycephalum* apposuisse quoque Marisco *dato*, fors. quia spiculis teretiusculis convenit cum Mariscis. In *Enum. alt.* p. 45 notat in C. *patulo* spiculas 6-7 poll. v. 1/2 lin. latas, squamas acutas, nervo lato, striato, viridi, lateribus fuscis, et affinem dicit sequenti *longo*.

n. 137 a. Cyperus *Linkianus*; foliis culmo triquetro parum brevioribus, margine scabris; involucro pentaphyllo, phyllis duobus longissimis; spicis capitatis; spiculis linearibus, squamis lanceolatis, acutis. *Link Enum. alt.* p. 45 (sub *polycephalo*.)

„Nomine Cyp. *brunei Vahl* missus, ad Cyp. *patulum* relatus *Herb. Willd.*, variis nominibus in hortis occurrens. Culmus 1-2 ped., laevis. Folia 3 lin. lata. Umbella radiis 5 elongatis umbellulâ seu capitulo medio sessili. Spiculae in capitula crassa conglobatae, 8-9 lin., 1/2 lin. latae, fere teretes, acutae; bracteolae ovatae, reflexae sub spiculis. Squamae dorso virides, striatae, lateribus fuscae." *Link.* In Europa australi, orientali. ♃. Nomen mutandum, cum jam sit *polycephalus Lam.*

Pag. 204. n. 138. Cyperus *longus*. Addatur synonymon: *Seb. et Maur. Prodr. Fl. rom. p.* 24. *Bertolo Amoen. p.* 107. *Link Enum. alt. p.* 45.

Spiculae angustiores, quam in *patulo*, vix lineam latae. Squamae nervo angustissimo viridi.

Obs. Cum Cypero *longo* Broter o Fl. lusit. p. 57. duae videntur latitare species, cum „tam radice inodorâ quam inodorâ“ dicatur. Cyperus *vamosus* Sieb. in Creta a *longo* e Panacea haud differt.

n. 139. Cyperus *procerus*. Addatur synonymon: C. culmis 3-6-pedum, acutangulis; umbellâ decompositâ; involucro nullo; spiculis alternis linearibus; floribus diandris; seminibus obcordatis, compressis, non angulatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 206., et, hoc teste, *Rheede Malab.* 12. *p.* 93. *t.* 50.

„Haec, vel simillima (etenim nonnisi staminibus 3, reliquis omnibus iisdem) ad Gangis ripas sub aqua etiam crescit, ripasque consolidat.“ *Roxb.* l. c. Specimina hujus nomine Cyp. *Eragrostidis* et *ancipitis* in *Herb. Heyneano* invenit cls. *Roth Nov. plant. Spec. p.* 33.

n. 139 a. Cyperus *spinulosus* *Roxb.*; culmis 2-5-pedum, rigidis; umbellis vix decompositis; spicis longis, breviter pedunculatis, globosis; spiculis rigidis, 3-4-floris; involucro involucellisque polyphyllis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 207. *n.* 34.

Rad. fibrosa; culmi erecti, rigidissimi, obsolete triquetri, glabri, ad 4/5 nudi; folia vaginantia, longitudine culmi, rigida, striata, margine hispida. Umbella 6-8 poll.; umbellulis pedunculis variae longitudinis, capitulis pedicellatis, globosis, e spiculis numerosis parvis, sessilibus, linearibus, lanceolatis, rigidis, spinuloso-cuspidatis, 3-4-floris. Involucrum 4-6-phyllum inaequale, folium maximum 2-3 ped., brevissimum totidem pollicum, utroque margine hispido. Involucella 3-6-phylla, longitudine umbellularum. Squamae lineares. Stylus? *Roxb. l. c.* *In fossis et rivulis.*

Pag. 205. *n.* 141. Cyperus *gramineus*. Addatur synonymon: Cyperus *graminifolius* *Poir.*

Pag. 205. n. 142. Cyperus *tenuiflorus*. Addatur synonymon: C. culmo 2-4 ped., acutangulo; involucro 3-4-phyllo umbellam decompositam multo excedente; spiculis alternis; squamis obtusis; seminibus obcordatis, trigonis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 203. *n.* 27.

Rad. repens, fibris ramosis. Culmus erectus, nudus, glaber. Folia plerumque radicalia, culmo breviora, profunde sulcata, glabra. Umbella 4-8 poll. in diametro. Umbellulae omnes pedunculatae, oblongae, patentes, spiculis sessilibus, lanceolatis, 20-30-floris. Involucrum maximum 1-2 ped., minimum 1-2 poll. Squamae obtusae, apice saepius emarginatae, membranaceae. *Roxb. l. c.* Maxime affinem *longo* dicit cls. *Link Enum. alt. p.* 45, spiculas 7-8 lin., 1 1/2 latas potens.

Obs. Cum hoc potius, quam cum *strigoso*, convenire Cyperus *erythrorhizos* Mühlenb., videtur cls. *Sprengel N. Entd.* II. *p.* 100. Cy-

PERUS *tenuiflorus*. *Nutt. gen. p.* 35. alia species videtur, seu *parviflorus Mühlenb.*

n. 142 a. CYPERUS *erythrorhizos Mühlenb.*; culmo trigono, glabro, subnudo, breviore foliis linearibus, margine scabris; umbellâ decompositâ; involucro 3-6-phyllo, longissimo, scabro; spiculis alternis, linearibus, approximatis, longis, horizontalibus, 12-floris, tereti-compressis. *Mühlenb. Descr. uber. p.* 20. (qui C. *strigosum Swartz* adducit).

Rad. fibrosa, rubra. Culmus erectus, pedalis. Folia subradicalia, alterna. Umbellulae subnudae. Pedunculi 5-6 basi ocreâ bifidâ. Rhachis spicularum articulata. Glumae fuscae, acutae, carinâ viridi. Antherae 3, albae. Pist. 3-fidum. Semen triquetrum, ovatum, album. Elegans, inodorus. *Mühlenb.* *Ad rivos Pennsylvaniae et in Carolina et Georgia.* ⊙?

n. 142 b. CYPERUS *strictus Roxb.*; culmis 12 fere pollicum, rigidis, rectis, folio brevioribus, angulis scabris; umbellâ decompositâ, rectâ; floribus diandris; seminibus obovatis?, compressis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 203. *n.* 28.

Rad. fibrosa. Culmus erectus, circiter pedalis, obtuse triangularis, ad 3/4 nudus, glaber. Folia plerumque radicalia, vaginantia, plura culmo longiora, erecta, rigida, multum carinata, glabra. Umbellae erectae, lineares, tenues, subinde decompositae, licet plerumque compositae, umbellula una alterave sessilis, 3-8 pedunculatae, pedunculis inaequalibus, pedunculis longissimis, compositis. Involucrum 3-5-phyllum, maxime inaequale, folium maximum longitudine fere culmi, minimum pollicare. Spicae sessiles, lanceolatae in minoribus, lineares in majoribus. Stylus bifidus. Semina obcordata. *In humidis incultis.*

Pag. 207. n. 148. CYPERUS *lanceus* clo *Poiret* idem videtur ac *denudatus*.

n. 149. CYPERUS *Monti*. Addantur synonyma:
C. culmo triquetro, subnudo; involucro subhexaphyllo, longissimo; umbellâ decompositâ; spiculis alternis, remotiusculis, lineari-lanceolatis, glumis ovatis, obtusis; seminibus lenticularibus. *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 8. *Seb* et *Mauri Fl. rom. prodr. p.* 23. *Link Enum. alt. p.* 46, et, fide *Decandolle*, CYPERUS *glaber Taris Catal. clav. p.* 6. et *Villars* II. *p.* 188. sine dubio cum? vero *Lapeyr. Flor. pyren.* 25.

Commode distinguitur: stylo germine breviore; stigmatibus 2 reflexis ipso longioribus, semine non triquetro, sed orbiculari, compressiusculo, hinc magis convexo, illinc levi, sulco longitudinali. *M. a. Bieb. l. c.*

Pag. 208. n. 150. CYPERUS *Paramatta*. Addatur synonymon CYPERUS *Paramattensis Link Enum. alt. p.* 46.

Obs. Hunc nomine C. *patuli* in *H. Monsp.*, *spectabilis* in *Berolin.* coli *Sprengel* affirmat in *Nov. Prov. p.* 15.

Pag. 209. n. 153. Cypero *Teneriffae* addatur synonymon: (Cyperus *tersus Herb. Willd.* fide *Link Jahrb.* 3. *p.* 82., qui unicam tantum in illo umbellulam notat, hinc post *oligostachyum p.* 176. *n.* 55. eundem inserere jubet.)

n. 155. Cyperus *cruentus*. Addatur synonymon: C. culmo triangulari, 6-12 poll.; foliis subradicalibus; umbellâ compositâ; involucro 3-4-phyllo; squamis obtusis; floribus diandris; semine rotundo, glabro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 200. *n.* 21.

Communis in *Bengalia.*

n. 155 a. Cyperus *incurvatus Roxb.*; culmo triangulari, basi folioso, incurvo; umbellâ compositâ; involucro 2-3-phyllo, spicisque acicularibus incurvis; squamis oblongis obtusis; stigmate trifido. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 200. *n.* 22.

Radices repentes, stoloniferae, fibris fuscis. Folia ensiformia, nitida, culmis breviora. Culmi angulis acutis, scabris, lateribus concavis, 1-2 pedum. Involucri folium alterum umbellâ duplo triplove longius. Squamae carinâ viridi. Germen oblongum. Semen lineare, oblongum, triquetrum, glabrum, fuscum. *Roxb. l. c. In ripis humidis ad Gangem.*

n. 155 b. Cyperus *tortuosus König MS.*; culmis obtuse triangularibus, 6-8 poll.; umbellis compositis, longitudine involucri (triphylli); spiculis linearibus incurvis; floribus diandris; seminibus obovatis; compressis laevibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 201. *n.* 23.

Rad. subtuberosa, fibris filiformibus. Culmi erecti, nudi, glabri. Folia radicalia culmo breviora. Umbellulae 4-8, brevius longius pedunculatae, spiculis magnis, multifloris, castaneis. Stigma bifidum. Semina obcordata, (supra obovata), *Roxb. l. c. In pascuis humidis.*

Pag. 210. n. 157. Cypero *parvifloro* addatur:

Obs. Cyperus *parviflorus Mühlenb.*, e Pennsylv. et New Jers., *Descript. uberior graminum* etc. est longe alia species:

n. 157 a. Cyperus *micranthus*; radice repente, tuberibus terminatâ; culmo triquetro, subnudo; foliis radicalibus lineari-lanceolatis, glabris, culmeo solitario; umbellâ compositâ; involucro triphyllo pedunculis breviore; spiculis 3 compressis, alternis, ovatis, 8-floris. Cyperus *parviflorus Mühlenb. Descr. uber. p.* 19. An C. *tenuiflorus Nutt. gen. p.* 35.

Pedunculi glabri, 6-10, triquetri, ocreati. Involucella triphylla, pedicellis pluribus. Spiculae saepissime viviparae, et tunc cylindri.

cae, squamis acuminatis. Glumae ovatae, acutae, fuscae, marginatae, nervosae. Stam. 3 lutea. Pist. trifidum. Sem. triquetrum, album. *Mühlenb.* *Ad ripas Susquehanae et in N. Anglia.* ♃.

n. 159. Cyperus *virens*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. uber.* p. 25. *Nuttall. gen.* p. 35. C. *elegans Schreb.* (fide specim. apud *Mühlenb.*)

Rad. fibrosa. Culmus asper, 2-ped., nudus; folia radicalia nervosa, venis transversis, glabris, viridissimis. Inv. 5-6-phyllum, margine scabrum, partiale abbreviatum; pedunculi compressi, ut spiculae 14-17-florae, rhachi fuscâ. Squamae acutae, puncticulatae. Pist. 3-fidum. Sem. fuscum, triquetrum. *Mühlenb.*

Pag. 211. n. 161. Cyperus *planifolius*. Addatur:

Obs. Cl. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. 177. n. 173 jungit synonymon e *Sloane* cum ? adductum instar *β*; attamen etiam cum ? Specimen nostrum a Sieberi Hortulano in Martinique lectum intermedium quasi inter *α* et *β* videtur. Folia glauca. Aliud specimen, spiculis contractis, fere conglomeratis, lectum in Porto Rico a cl. *Bertero*, nobis ab amicissimo *Balbis* nomine Cyperi *sanguinei* benigne communicatum fuit.

Pag. 212. n. 165. Cyperus *odoratus*. Addatur synonymon: *Nutt. gen.* p. 35.

Obs. C. *distans*; spicis umbellulatis compositis, elongatisque; spiculis distantibus, subulatis; involucro subhexaphyllo; foliolo uno longissimo. *Meyer Essequeb.* p. 35. hujus potius loci, quam orientalis *distantis* esse videtur; si, ut cl. *Meyer* affirmat, idem ac C. *stellatus Rudg. pl. guar. Guj.* I. p. 19. t. 20.

„Habitu et inflorescentiâ," ait „maxime variat. Culmi 2-4-ped. Radii in speciminibus majoribus 6-8 poll., spicae pedicellatae et fere omnes basi compositae, in minoribus radii pauciores et 4 poll., spicae subsessiles; in minimis radii breviores, spicae sessiles et fere simplices. Involucri folium maximum 3-4-ped. in illis, in his 1 1/2 ped. Ochreae ut plurimum in lacinias simplicem, hinc inde bifidam attenuatae. Involucelli foliolum maximum ut plurimum longitudine umbellulae; umbellae ipsae subcorymbosae. Spiculae flavescentes, dorso virides. Nux linearis, acuminata, trigona" quae potius cum *odorato*, quam cum *distante* conveniunt. „Cyperus *stellatus Rudg.*" ait „sistit Cyperum *distantem* in medio evolutionis. Recte in icone spiculae flosculis 7, male in descriptione vero flosculis 3." in graminosis humidis, et ad fossas.

Pag. 213. n. 166. Cyperus *affinis*. Addatur:

Obs. Nomine Cyp. *proliferi* specimen (radiis umbellae) vidimus a cl. *Balbis*, quod cl. *Bertero* ad [illegible] Magdalenae legit, et in quo ex integro [illegible] diagnosis et descriptio Cyperi *affinis*, stylum tamen etiam bifidum invenimus.

n. 167. Cyperus *ferox*. Addatur:

Obs. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. p. 166 animo clarius monet. Cyperum *ferocem* esse distinctam speciem, et in Cypero *strigoso* Enc

meth. p. 87, synonyma Willdenowi et Linnaei esse delenda.

Pag. 214. n. 171. C. *strigosus.* Confer quae supra proximo loco, et dele, jubente *Poiret*, synonymon divi *Michaux* quod

n. 171 a. Cyperus *Michauxianus;* magnus; foliis radicalibus; culmo triquetro; involucro longissimo; umbellâ compositâ; spiculis copiosis, subtereti subulatis, spicatis, undique patentissimis. C. *strigosus Mich. am. bor. p.* 28 (excl. *Linn.*) Cyp. *strigosus* culmo triquetro nudo; umbellâ compositâ, foliosâ; spicis tereti-subulatis, horizontalibus. *Lam. ill.* 1. *n.* 726. *Enc. meth.* VII. *p.* 262. (excl. syn. *Linn.* et *Willd.* et *ferocis Rich.*) *Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 166.

In Carolina. ♃. (An ergo huc *Sloane hist.* t. 74. f. 2. 3. quia non excluditur?) Huc videtur etiam spectare Cyp. *strigosus Link Enum. alt. p.* 46, de quo ait: „dignoscitur non solum spiculis horizontalibus, antrorsum attenuatis, sed quoque bracteolis lanceolatis inter spiculas.“ Huc fors quoque Cyperus *strigosus Nutt. gen. p.* 35. et *Mühlenb. Descr. ub.* p. 21: radice globosâ. demum tuberosâ; culmo triquetro, glabro, striato, pedali, subnudo; foliis radicalibus et culmeis lanceolatis glabris; vaginis striatis; umbellâ junioris plantae simplici, adultae compositâ; involucro 3-9-phyllo, foliolis exterioribus longioribus, margine pubescente; pedunculis totidem inaequalibus, triquetris, basi inflatis, purpurascentibus, ochreâ bifidâ; spiculis linearibus, horizontalibus compressis, acutis, flavescentibus, basi bracteatis, flosculis alternis rhachi flexuosae insidentibus; squamis lineari-lanceolatis, nervosis, carinâ viridi, margine albo; stam. 3 albis; pist. 2-3-fido, stigmatibus reflexis; semine triquetro, fusco, oblongo.

Pag 215. n. 174. Cyperus *flavicomus.* Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 24. *Nuttall. gen. p.* 35.

Culmus glaber, ut involucrum longissimum. Habitus C. *Monti Mühlenb.* qui huc duci solitum C. *elegantem Walt.* ad suum *gracilem* s. *lepton* laudat.

Obs. Hunc cum *flavescente* (forte *Nuttalli*) aliisque non nominatis genus proprium esse jubet cls *Rafinesque Prodr. nov. gen.* in *Journal de Phys.* T. 89. p. 105, quod illi: Distimus. cui, stylus bifidus, stigmatibus 2; semen compressum s. ovale, cum in Cypero genuino: *Stam.* 3. *Styl.* 3-fidus. *Sem.* triquetrum.

n. 175. Cyperus *Iria.* Addatur synonymon:

C. culmis 1-2 pedum, acutangulis; umbellis decompositis, involucro brevioribus; spiculis alternis; floribus distinctioribus; squamis imbricatis; seminibus obovatis, angularibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 205. *n.* 30.

Div. *Roxburgh l. c.* monet *Pluk. Alm. t.* 191. *f.* 7 melius cum hac planta, quam cum laudata *Rheed.* XII. *p.* 105. *t.* 56, (quae

non bene quadrat) convenire. Rad. fibrosa. Culmi erecti, ad 4/5 nudi. Folia vaginantia, longitudine fere culmi, carinata, glabra. Umbella 2-4 poll., umbellulis 4-8, unà alteràve sessili, reliquis plus minus pedunculatis; umbellulis partialibus lanceolatis, racemosis, e spiculis alternis linearibus, 6-12-floris. Involucrum 3-4-phyllum, foliolis majoribus umbellam bis ter excedentibus. Squamae imbricatae marginibus membranaceis. Stylus bifidus. Semen longitudine squamarum. *Roxb. l. c.*

n. 175 a. Cyperus *diluvialis*; culmis 2-4 pedum, exacte triangularibus, longitudine foliorum; involucro 4-5-phyllo, folio altero longissimo; umbellâ decompositâ; spiculis lanceolatis; staminibus duobus; stylo bifido; semine obcordato subcompresso. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. p. 206. *n.* 31. (sub Cypero *inundato*).

Rad. repens, articulata, stolonifera; culmi erecti, 3-4-ped., crassitie digiti minimi. Folia numerosa, radicalia s. ad basin, glabra, intus profunde canaliculata, extus carinata. Involucrum universale 4-5-phyllum, foliis inaequalibus, maximo 2 ped. et ultra, brevissimum totidem pollicum: partiale subulatum. Umbella erecta, spithamaea. Spiculae sessiles, divergentes, rigidae, obtusae. *Roxb. l. c. Ad ripas demissas Gangis et rivorum prope Calcuttam, flaxa inundatas, easque muniens contra fluctus.* ♃. (Nomen mutandum erat, cum jam sit *inundatus R. Brown.*)

Pag. 216. n. 176. Cyperus *distans*. Addatur synonymon: C. culmis 3 fere pedum, triangularibus; umbellâ decompositâ; involucro involucellisque polyphyllo; spiculis linearibus alternis; floribus distantibus; squamis obtusis; seminibus oblongis, trigonis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 210. *n.* 39, et, hoc teste, C. *elatus Rottb. t.* 10. C. *distans Nutt. gen. p.* 35.?

Rad. fibrosa. Culmi erecti, ad 4/5 et ultra nudi, glabri, angulis obtusis. Folia 2-4 basin culmi amplexantia et ejusdem fere longitudine, vaginantia, supra profunde canaliculata, subtus carinata, glabra. Umbellae 4-6 poll., umbellulis quibusdam sessilibus, 4-8 inaequaliter pedunculatis. Umbellulae partiales oblongae, subracemosae, e spiculis acicularibus, divergentibus. Involucrum 5-6-phyllum, longissimum 12-15 poll., omnia glabra; involucellum 3-phyllum; longitudine umbellulae. *Roxb. l. c. In humidis circa Samulcota.* Cl. *Link* distinguit hanc speciem „involucellis involucro aemulis sub umbellula seu racemulo." Confer supra *Obs.* ad Cyp. *odoratum n.* 165.

n. 176 a. Cyperus *jubaeflorus Rudge*; culmo triquetro, nudo; umbellâ foliosâ, compositâ; spicis oblongis, dense imbricatis, spiculis subulatis. *Rudge Gujan. p.* 17. *t.* 21.

Medius fere *distantem* inter et *densiflorum*; ab illo discrepat: spicis triplo brevioribus, spiculis confertis, 4-5-floris; ab hoc: involucro triplo longiore, spicis longe pedicellatis, non conglobatis, spiculis duplo brevioribus et pauciflorïs. *Meyer Essequebo p.* 36.

n. 176 b. CYPERUS *tegetum* *Roxb.*; aphyllus; culmis 3-6 pedum, angulis rotundatis; umbellâ decompositâ, longitudine involucri et breviore; involucellis paleaceis; spiculis lineari-lanceolatis, alternis (multifloris); seminibus clavatis, triquetris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 211. *n.* 40.

Rad. repens; culmi nudi, glabri, obsolete triquetri. Foliorum loco vaginae 2-3, basin culmi amplectentes. Umbellulae subsessiles, in pedunculis variae longitudinis, suberectae. Involucrum subtetraphyllum, folio uno alterove umbellâ longiore: involucella minuta. Semen elliptico-triangulare. *Roxb. l. c.* *Frequens, utilissimus, in fossis, ad ripas lacuum prope Calcuttam.* ♃.

n. 176 c. CYPERUS *Gula-Methhi*; aphyllus; culmis 4-6 pedum; triangularibus; umbellâ supradecompositâ, nudâ; involucris involucellisque paleaceis; spiculis subulatis, alternis; semine oblongo, compresso, non angulato. CYP. *nudus* *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 212. *n.* 42.

Similis C. *tegetum*, sed nullius usus: distinguitur facile involucro 1/4 longitudinis umbellae, cum in C. *tegetum* ejusdem longitudinis et longius. Rad. subtuberosa. Folia nulla, nisi vagina una alterave brevis ad basin culmi, supremâ subinde folio brevi vaginante terminatae. Culmus glaber, laete viridis, angulis rotundatis. Involucra 3-4, sublanceolata, erecta. Umbella etiam decomposita, pedunculis tenuibus, compressis, glabris, variae longitudinis. Spiculae latae fuscae, 20-30-florae. Stylus trifidus. *Roxb. l. c.* *In demissis humidis Bengaliae.* ♃.

Obs. Nomen mutandum erat, cum jam adduxisset C. *nudum* divus *Roxburgh* sub n. 4. suo. Cl. *Sprengel* hunc CYPERUM *bengalensem* dixit in *N. Entd.* III. p. 101; sed plures in Bengal. Cyperi.

Pag. 217. n. 178. CYPERUS *umbellatus*. Addatur synonymon: C. culmis 4-6 pedum, obtusangulis; umbellâ decompositâ; spicis omnibus subsessilibus, linearibus, patentibus; apiculis numerosis, alternis, 3-4-floris; semine elliptico, triangulari. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 208. *n.* 36.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, glabri, praeter basin nudi, lateribus excavatis. Folia plerumque radicalia, vaginantia, longissimum longitudine culmi. Umbella patens, 6 circiter poll. in diametro. Umbellulae 2-3 subsessiles, 5-10 sat longe pedunculatae, pedunculis inaequalibus, umbellulis partialibus parvis, breviter pedicellatis, e spiculis 3-6 linearibus, compositis e spiculis numerosis, simplicibus, parvis, sessilibus, 3-4-floris. Involucellum 3-4-phyllum; involucrum 3-6-phyllum, longissimum 2-3 ped., brevius totidem pollicum. Sem. glabrum. *Roxb. l. c.*

n. 181. CYPERUS *elatus*. Addatur synonymon: C. culmo 6-20 pedum, acutangulo; umbellis subdecompositis; spicis omnibus subsessilibus, linearibus, erectis; spi-

culis numerosissimis, alternis, 6-18-floris; antheris filo terminatis; seminibus oblongis; trigonis. *Roxb. Pl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 207. n. 35.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, sat crassi, praeter basin nodi, rigidi, angulis scabris, scindentibus, ceterum glabri. Folia vaginantia, in plantis minoribus longitudine culmi, pollicis diametro quà latiora, triangulo-concava, carinâ margineque acute serrata. Umbella erecta, ratione plantae parva, pedalis tantum plerumque, umbellulis 1-2 sessilibus, 8-10 pedunculatis, e spiculis erectis, linearibus, breviter pedicellatis, simplicibus. Involucrum triphyllum foliolis minoribus interjectis; involucella parva, 1/3 longitudinis umbellularum. Squamae margine membranaceae, acutae. Filamenta membranacea. *Roxb. l. c.* *In aquis non salsis Coromandel.*

Pag. 218. n. 182. CYPERUS *speciosus*. Addatur synonymon: *Nuttall gen.* p. 35.

n. 183. CYPERUS *Enslenii*. Addatur synonymon: *Nuttall gen.* p. 35.

n. 184. CYPERO *giganteo* addatur: C. spicis umbellulatis, elongatis; spiculis subulatis; involucro umbellae longitudine. *Meyer Essequebo* p. 35.: et excludatur apud nos CYP. *jabaeflorus Rudge* (qui propria species).

Descriptioni *Vahlianae* addendum: „culmi caespitosi 8-10-ped., inferne subteretes, foliorum loco vaginis 2-3 vestiti, superne obsolete trigoni. Umbella 10-18 radiata. Involucri foliola divergenti-patentia, longitudine radiorum, lineari-lanceolata, rigida, supra concava, subtus convexa, ex albo viridique longitudinaliter striata. Ochreae laxae, quartae radiorum partis longitudine, bifidae, inferne albidae, apicem versus membranaceae, striatae, punctataeque." *Meyer* l. c. *In lacubus et aquis stagnantibus copiose.*

Pag. 219. n. 185. CYPERO *Papyro* et p. 876. n. 185 a. CYPERO *madagascariensi* addatur:

Obs. C. *madagascariensis Willd.* illâ idem est Cyperus a Madagascar allatus, de quo *Poiret* in Nota ad C. *Papyrum* dubitavit.

n. 186 b. CYPERO *platyphyllo* p. 876 addatur synonymon: PAPYRUS *latifolius*; foliis latissimis, margine scaberrimis; involucro universali longissimo, partialibus umbellà brevioribus; spicis elongatis; spiculis densis; valvulis ovatis; carinatis, mucronulatis. *Link Jahrb.* 3. p. 90.

Pag. 220. n. 188. CYPERUS *fastigiatus*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* p. 46. C. *odoratus Burm.* secundum *Poiret*.

Radii 6 poll. et ultra.

Obs. C. *fastigiatus* ille aegyptiacus glaucus, non flavescens, videtur socius CYPERUS *auricomus Sieb.*; quem olim vivum *Dumartte* leg.

Specimen unicum, quod possidemus, nimis imperfectum, quam ut characteres specifici erui possint a *fastigiato* graphice distincti. Involucri folium maximum vix 1/2 ped. latum, denticulis flavidis margine et carinâ scabrum. Ochreae acuminatae, nec obtusae. Umbella 1/2 ped. Spiculae horizontaliter patentes, 20-florae et ultra. Stylus 2-fidus. Semen nigrum, triquetrum, glabrum. Reliqua conveniunt.

n. 189. Cyperus *alopecuroides*. Addatur synonymon: *C. culmis* 4-5 pedum; umbellâ decompositâ; involucro triphyllo; spicis nutantibus; spiculis alternis multifloris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 211. *n.* 41., et, hoc teste, *Wara pulla Rheed.* XII. *p.* 77. *t.* 42.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, praeter basin triangularem nudi. Folia ut in aliis speciebus (♃). Umbella 6-12 poll. Umbellulae 1-2 subsessiles, 4-8 plus minus pedunculatae. Umbellulae partiales pedunculatae e racemis pulchris, linearibus, nutantibus spicularum lanceolatarum, castanearum. Involucrum inaequale; involucella parva, saepe squamae tantum paleaceae. Semen trigonum, glabrum. In speciminibus minoribus umbellae saepius densae, parvae, globosae. *Roxb.* l. c. *In humidis.*

Obs. Cyperus *dives Delile aegypt.* 149. *t.* 4. *f.* 3. sine dubio huc refertur a clo *Link* in *Enum. alt. p.* 76. Notat umbellam supra decompositam; spiculas confertissimas oblongas, 2-3 lin., aureas, squamas marginatas, acutas. Occurrit jam circa *Rosette*, uti cl. *Sieber* legit. Icon *Rumphii* non bene convenit cum *Delileana*, quae etiam haud eximia.

n. 189 a. Cyperus *verticillatus Roxb.*; culmis (2-) 4 pedum; triangularibus, basi foliosis; umbellâ decompositâ; involucro polyphyllo; involucellis filiformibus; spicis umbellulae verticillatis; spiculis lanceolatis; squamae acumine obtuso; semine lineari, oblongo, (obsolete) triangulari. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 209. *n.* 38.

Rad. subtuberosa, fibris copiosis, fuscescentibus, crassis. Culmus praeter basin nudus, crassitie pennae scriptoriae crassioris, glabris, lucidis, intense viridibus. Folia 1-3 ad basin, longitudine fere culmi, carinata, subspongiosa, intense viridia, subtus alba, margine acicalis minutis, brevibus, acutis, retrorsum scabris. Umbella etiam composita. Umbellulae multae in pedunculis glabris, subangularibus, variae longitudinis, spicis 5-6 teretibus, verticillatis, centrali erectâ, sessili, simplici vel pedicellatâ. Spiculae numerosissimae, imbricatae, 8-12-florae. Involucri folia quaedam longitudine culmi, similia radicalibus, involucella vix longitudine umbellulae. Squamae spicularum naviculares, margine membranaceae, apice scabrae, incrassatae. *Roxb. l. c.* Affinis C. *alopecuroides Rottb.* *In demissis humidis prope Calcuttam.* ♃.

n. 189 a. Cyperus *digitatus Roxb.*; culmo 2-6 pedum; umbellâ decompositâ, fastigiatâ; involucro involucellisque polyphyllis; spicis digitatis, linearibus; spiculis divergenti-

bus, multifloris; squamis acumine longo recurvo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 209. n. 37.

Rad. rhizoma subtuberosum, fibrosum. Culmi erecti, plerumque nudi, triangulares; folia vaginantia, margine obsolete aculeolis minutis. Umbella etiam composita, 2-4-poll., umbellulis sessilibus pedunculatisque; erectis, compositis e spiculis parvis, linearibus, acutis, 4-6-floris. Involucrum inaequale, plerumque umbella multo longius, margine aculeolatum, involucella longitudine umbellulae. Semen trigonum oblongum, lateribus sulcatum. In Bengalia umbella diametro pedali, spiculis 12-24-floris, culmo obsolete triangulari, in largioribus tereti. *Roxb. l. c.* *In uliginosis, fossis* etc.

Pag. 221. n. 192. Cyperus *aristatus.* Addatur synonymon: C. culmis 3-6 poll., acutangulo; capitulis plerumque solitariis, sessilibus; squamae apice longo, recurvo; involucro tri- (et 4-) phyllo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 194. *n.* 10.

Rad. fibrosa; culmi ad 2/3 nudi, glabri. Folia vaginantia, erecta, brevia, glabra, vaginis purpureis. Capitulum plerumque simplex, subinde altero paniculato, in rarioribus majoribus (10 poll.) capitula 2-3 sessilia, et totidem pedunculata, e spiculis parvis, sessilibus, laceris, 6-8-floris. Involucra lata, majus longitudine culmi. Squamae in acumen tenue attenuatae, recurvae, unde lacerae videntur. Semen trigonum. *Roxb.* l. c. *In pascuis humidis.*

Pag. 222. n. 193. Cyperus *cinnamomeus.* Addatur:

Obs. Cyperum *cinnamomeum* omnino ad *glomeratum* spectare, male si *alopecuroidem* ductum, et a *cinnamomeo* omnino esse separandum *li gularem*, *Poiret* nunc *Enc. meth. Suppl* V. *p.* 167.

n. 193 a. Cyperus *pectiniformis;* culmis triquetris foliosis, 8-12 poll., rectis, umbellâ terminali sessili; involucro longitudine umbellulae; spicis omnibus sessilibus linearibus pectinatis; squamis mucronatis; semine trigono. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 195. *n.* 11. (sub *pectinato*).

Caulis erectus, basin versus foliosus. Umbella simplex, globosa, spiculis circiter 12, sessilibus, linearibus, divergentibus; involucrum di-triphyllum, folio maximo longitudine circiter umbellae. Squamae apicibus longis, acutis, recurvis. Stylus apice trifidus. Semen obovatum, triquetrum, glabrum, obscure cinereum. *Roxb. l. c.* *In Coromandel.* (Nomen mutandum, ob antiquiorem *pectinatum Vahl.*)

n. 94. Cyperus *hamulosus.* Addatur synonymon: Scirpus *hamulosus;* culmo basi folioso; spiculis terminalibus in capitulum vel cymam aggregatis; bracteis longissimis; squamis lanceolatis in mucronem longum attenuatis. *Stev. Mem. Soc. Nat. Cur. mosq.* V. *p.* 356. fide *M. a Bieb. F. C. Suppl. p.* 46.

Si CYPERUM esse negaveris, ad ISOLEPIDEM potissimum referendus, quum setis fructum cingentibus careat, SCIRP. *Micheliano* proximus. *M. a. B. l. c.*

n. 195. CYPERUS *glomeratus*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 46.

Spiculae densè congestae. Squamae lanceolatae, acutae, nec obtusae, ut in CYP. *australi Schrad.* Stamina longissima. *Link l. c.* Etiam circa *Astrachan.*

Obs. CYPERUM *glomeratum Willd.* cum aliis, confusum monet cl. *Link Jahrb.* 3. p. 86: at non dicit cum quibus.

n. 195 a. C. *callophorus Meyer;* apicis glomeratis, oblongis vel oblongo-subrotundis; spiculis oblongis; involucro longissimo, partiali setaceo. *Meyer Essequeb. p.* 32.

„C. *glomeratus*, cujus inflorescentia exacte nostri, differt spiculis linearibus, acuminatis, 10-12-floris, glumis lineari-lanceolatis, rufo-ferrugineis, totoque habitu. C. *ligularis* accedens differt inflorescentiâ magis corymbosâ, ochrearum structurâ, spiculis fructiferis retrorsum imbricatis, colore omnium partium. Rad. crassa, fusiformis, fibris validis nigricantibus. Culmus 3-4 ped., crassitie pennae anserinae, obtuse triqueter, sulcis profundis, scaber, viridi purpurascens, inferiori parte foliorum vaginis. Folia copiosa, subrigida, linearia, longissime acuminata, culmo longiora, 1/2 poll. lata, carinata, basin versus tesselato-reticulata, margine serrulata, utrinque scabra, glauco-viridia, inferne purpurascentia, fasciculorum duplo angustiora. Vaginae sensim dilatatae, insigniter reticulatae, margine membranaceae. Involucrum e foliis 6-8, maximis umbellâ 5-6-duplo longioribus, brevissimo duplicis umbellae longitudinis: involucellum 2-3-phyllum, spicis brevius; hinc inde nullum. Ochreae 1/2 poll. laxae, lacinulâ in radiis exterioribus truncatâ, utrinque mucronatâ, in interioribus radiis muticâ. Umbellae radii circiter 6, intermedii patentes, 3-4 poll., laterales divergentes, pauloque breviores, triquetri, striati, subscabri. Spicae 5-6, in radiis brevioribus 3-4, capitatae, sessiles, pennâ cygneâ crassiores; intermedia pollicaris, oblonga, laterales approximatae, divergentes, duplo triplove breviores, subrotundo-oblongae, vel subrotundae. Spiculae numerosae, densissime conglobatae, acutae, 5-florae. Glumae elliptico-oblongae, acutiusculae, compressae, dorso striatae, pulcherrime badiae. Nux minuta, triquetra basi attenuata." *Meyer* l. c. *In paludosis Continentis Americanae.* ♃.

Pg. 224. n. 200. CYPERUS *radicosus*. Addatur:

Obs. „Specifico huic nomini praeferendum antiquius, ut hic exhibenda species:

CYPERUS *olivaris Tozz.*; culmo triquetro, nudo; umbellâ triphyllâ; radiis inaequalibus; spiculis lanceolatis; tuberibus radicalibus subovatis concatenatis. C. *olivaris Targ. Tozz. Lett. sopra una Spec. di Cip.* p. 6. (*Ejusd.* in *Mem. Soc. Ital.* XIII. „C. *olivaris*; culm. triqu., basi folioso; involucro umbellâ multifidâ, composita longiore; spicis distichis, lanceolatis; radice tuberculis subrotundis, od-

sativ. *Savi Bot etrusc.* II. *p.* 29. *n.* 296. *Moretti Giorn. d. Fis. Dec.* II. T. V. p. 42.) „Cyp. *esculentus Gouan* Monsp. p. 388. *Vill. Delph.* II. *p.* 182. *Savi Pis.* I. p. 1.. Cyp. *radicosus Sibth.* et *Smith Prodr. Fl. graec.* I. *p.* 30. n. 10. *Sibth. Fl. graec.* I. *p.* 32. *t.* 46." (*Syst. Veg. ed. nostr.* II. *p.* 224. *n.* 100.)" Cyp. *rotundus Decand. Fl. fr.* 3. p. 1.. *n.* 1803. V. *p.* 801. „(*Tenor. Fl. Nap.* I. *p.* 26. (excl. syn.) *Seb.* et *Maur. Fl. rom. Prodr. p.* 22. Cyp. *longus Turio Decand. Spec. Clav. p.* 6. Cyp. *Hydra Tenor. Nap. Prodr.* VIII.)" *Lob. Hist.* 39 *c. icon.*

Obs. 2. *Loureiro Fl. cochin.* p. 65. varietates 3 *S. officinarum* distinguit, 1. *S. album*; culmo longo, albo, mediocriter crasso, dulcissimo, nodis distantioribus; 2. *S. rubrum*; culmo brevi, crassiore, rubro, succosissimo, nodis approximatis. 3. *S. elephantinum*; culmo crassissimo, rubro, longo, minus dulci, nodis approximatis.

n. 2 a. SACCHARUM *sinense Roxb.*; culmis 5-10-(15) pedalibus; foliis planis, margine hispidis; paniculis ovatis: ramis simplicibus et verticillatis compositis; corollâ bivalvi,

unilaterali. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 244. *Ejusd. plant. coromand.* III. *t.* 232.

Culmus erectus, articulatus, maximam partem tectus vaginis foliorum, internodiis 4-8 poll., 2-3 poll. in peripheria, pallide fusco-flavus. Folia subbifaria, a basi attenuata in acumen longum, tenue, utrinque glabra; margine aculeolis copiosis, parvis, antrorsum porrectis, 2-3 ped., basi 1 1/2 poll. lata. Vaginae glabrae; ligulâ parvâ s. annulo stipulari. Panicula erecta, ramis reclinatis, longis, gracilibus, subverticillatis, nec sparsis decompositis et supradecompositis, ut in S. *officinarum.* Cal. et lana ut in genere. Cor. anterior bivalvis; interior valde parva. Nectarium squamae 2 magnae, latae, cuneatae, crenulatae, carnosae, postice ad germen, e regione valvularum corollae. *Roxb. l. c.* *In China,* ubi colitur S. *officinarum* loco, quo praestantior multo.

n. 2 b. SACCHARUM *procerum Roxb.*; perenne, 10-20 ped., erectum: foliis ensiformibus, costâ albâ, marginibus hispidis; paniculâ diffusâ: ramis verticillatis compositis et decompositis; corollâ floris pedicellati bi-, sessilis trivalvi: valvulâ interiore retusâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 248.

10-20 ped. Generis elegantissima species, affinis S. *officinarum,* sed gracilior. Culmi perennes, recti, simplices ad secundum et tertium usque annum, tunc demum ramosi, crassitie baculi; internodia 6-12 poll., glutine insipido farcti. Folia 3-5 ped., attenuata in acumen longum, tenue, 1-2 poll., supra vaginam lata. Vaginae ore pilosae et extus ad insertionem. Paniculae 1-2 ped., ovatae, erectae, ramis copiosis lanatis, expansis, demum appressis, ut panicula cylindrica evadat pro more generis. Cal. purpureus, lanatus. Valvulae corollarum tenuissimae, tertiâ floris sessilis retusâ. *Roxb. l. c.* *In Bengalia,* ubi incolis submisistrat.

Pag. 286. n. 4 a. S. *caudatum Meyer*; paniculâ contractâ, cylindraceâ, attenuatâ; floribus geminis: altero brevius pedicellato; pilis glumis triplo longioribus. *Meyer Essequebo p.* 68. *Sloane Hist.* I. *p.* 103. *t.* 70. *f.* 1.

„Valde affine et forsitan non diversum est SACCHARUM *contractum Humb.* et *Bonpl.*, quod differt: culmo sulcato, striato; vaginis sulcatis; spiculâ alterâ sessili; pilis floribus tantum duplo longioribus. Culmi (in *caudato*) stricti, 4-5-ped., crassitie pennae gallinaceae, simplicissimi, teretes, geniculis remotis, glabris, inferne laevissimi, sub panicula striati, glabri, nitidi, foliosi. Folia 1-1 1/2 ped., paniculae proximum 3-5 poll., 5 lin. lata, lineari-lanceolata, acuminata, basin versus ad quartam latitudinis partem attenuata et carinata, caeterum plana, margine serrato-aspera, nervo costali supra plano nitidoque, striata, glabra, basi pilis rigidis strictis albidisque e viridi rubescentia. Vaginae longissimae, superiores pedales et ultra, culmum ad paniculam usque obtegentes, teretes, superficie foliorum. Ligulae loco margo brevissimus, firmus, biauritus, glaber. Panicula pedalis et ultra, stricta, cylindracea, sericeo-nitens. Rhachis semiteres, superne angulato

sulcata, glabriuscula. Rami inferiores 1 1/2 - 2 poll., ramo uno alterove aucti; reliqui sensim decrescentes; summi vix 4 lin., simplices: omnes alterni, sub anthesi patentes, teretiusculi, hispiduli. Flores gemini, alterni, mutici, pedicellati. Pedicelli teretes, subincrassati, vertice foveolâ, cui flos insertus, hispidi, pilis sericeis; inferior superiori duplo longiore basi adnatus. Cal. biglumis, subbiflorus: gluma exterior lanceolata, acuminata, uninervis, interior paulo brevior, lineari-lanceolata, 2-3-nervis, utraque membranacea, diaphana, apice pilis nonnullis brevissimis, externe pilis sericeis, patentibus, glumis triplo longioribus, basin versus densioribus. Cor. exterior neutra, 1 valvis, corollam hermaphroditam subamplectens, oblonga, obtusiuscula, apice laciniulata, glabra, nitida; interior hermaphrodita minor, bivalvis; valvulae tenerrimae, hyalinae: neutri proxima oblonga, obtusiuscula; opposita obsoleta, paulo brevior, lineari-filiformis. Stam. 2? Filamenta brevia. Antherae lineares. Styli longitudine calycis, basi connati. Stigmata tenuia purpurea. Squamulae 2 lanceolatae, hypogynae, germini adpressae. Semen minimum, oblongo-obovatum, apice puberulum, nitidum, pallide fuscum. Flos hermaphroditus saepe ex toto deest, et tunc valvula neutrius genitalia amplectitur." *Meyer.*

n. 5. SACCHARUM *aegyptiacum*. Addatur synonymon: SACCHARUM *biflorum Forsk.* (fide *Delil.*

Obs. Specimen nostrum a cl. *Sieber Cahirae* lectum nonnisi folium supremum paniculam basi involventem exhibet, 1 1/2 ped., pollicem fere latum, medio planum, apice longissime subulatum, convolutum, margine scaberrimum, profunde eleganter striatum, ad nervos scabriusculum, sub lente tenuissime pubescens, glaucescens. Panicula 1 1/2 ped. Pedicelli versus apicem incrassati. Pili ad basin flosculorum candidissimi, sericei, glabri, glumis calycinis duplo et ultra longiores. Calycis glumae membranaceae, diaphanae, subaequales, lanceolato-acuminatae; apice fere setaceae, basi rufescentes, 3 fere lin. longae, villosae, praesertim margine. Cor. 1-valvis, similis valvulae calycinae, sed paulo minor. Flores omnes hermaphroditi. Antherae flavae. Stigmata 2 plumosa, purpurascentia, ad apicem fere usque valvularum calycis protensa.

n. 6b. SACCHARUM *exaltatum Roxb.*; culmis 10-16 pedum; foliis planis, marginibus aculeolatis; paniculâ lineari confertâ; calycibus lanatis; corollâ bi-trivalvi. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 249. Kerpa *Rheede Mal.* XII. 83. t. 46. (hujus potius, quam *spontanei*) *n.* 9.

Rad. repens. Culmi plures erecti, basin versus perennes, lignei intus, spongiosi, glabri, laeves, pollicis peripheria medio, ubi crassissimi. Folia vaginantia, remota, sat longa et angusta, se firma, a medio ad apicem attenuata, ore vaginae villosa. Panicula seminifera lineari-oblonga, erecta, 18 poll., 3 in diametro; racemis ochroleucis, pubescentibus, brevibus, ramosis, suberectis, subverticillatis, spicatis. Rhachis teres, striata. Flores gemini, alter sessilis, alter pedicellatus, uterque ☿. Cal. 2-florus, bivalvis; valvulâ utraque acuminatâ, pilis longis mollibus ochroleucis, q

bus et pediceli tecti praecipue ad insertionem. Cor. floris pedicellati tantum bivalvis, membranacea, alba. Nectarium o visum. Semen clavatum, glabrum, albido-flavum. *Roxb. l. c.* *In vallibus.* Conferri jubet div. auctor S. *arundinaceum.*

Pag. 287. n. 7a. SACCHARUM *Munja Roxb.*; strictum, 8-10 pedum, totum glabrum, exceptis foliis hispidis, marginatis, longis, linearibus, albinervibus, basi interiore canaliculatis; paniculis magnis, oblongis, patentibus: ramis verticillatis, et supradecompositis; floribus omnibus hermaphroditis; corollis bivalvibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 250. *Asiat. Research.* IV. 248. *n.* 10.

Affine videtur S. *bengalensi.* *Circa Benares.*

n. 7b. SACCHARUM *canaliculatum Roxb.*; perenne, erectum, 8-12 pedum; foliis subulatis, profunde canaliculatis, longissimis; paniculis lineari-oblongis; ramificationibus simplicibus verticillatisque; valvulis calycinis basi crassis callosis, marginibus fimbriatis; corollâ univalvi. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 251. *n.* 11.

Culmi fere crassitie Rotang, sub vaginis substantiâ albâ, glutinosâ farcti. Folia 5-7 ped.; semicylindrica, nullibi crassiora filo emporii, vaginis ore barbatis. Panicula subcylindrica, fere 2 ped., pilis innumeris argenteis, longis. Flores gemini, altero sessili, altero pedicellato. *Roxb. l. c.* *In fertilioribus sylvaticis Bengaliae.*

Pag. 288 pone n. 213. SACCHARUM inseratur:

n. 213a. TRICHOLAENA. *Schrad.*

n. 1. TRICHOLAENA *micrantha Schrad. MS.* SACCHARUM *Teneriffae. Biv. Bernardi Stirp. Sicul. Fasc.* 4. *p.* 5. *t.* 1. excl. synn. (fide spec.) *Jacq. Ecl. Gram. p.* 51. *t.* 34. (excl. omnib. synn.?) PANICUM *villosum. Presl. Gram. Sic. p.* 2. (excl. *Tenor.* aliorum synn.)

Culmi caespitosi, sesquipedales, (altae (qualem JACQUINUS habet) 4-ped., subramosi. Folia plana, siccitate involuta vaginis ore pilosis. Panicula 3-4 poll., pyramidalis, rámis geminis rhacheque flexuosis, scabriusculis. Spiculae 1 1/2 lin; basi stipatae annulo exiguo membranaceo, quandoque incompleto l. dimidiato, rarius (ut videtur in culta) nullo, cui pili longi, spiculam involucrantes, serius stellae in modum patentes, innascuntur. Calycis valvulae, membranaceae, oblongo-ovatae, acutae, 5-nerves, externe pilis, reliquis similibus, patulis undique obsitae: exteriori cuspidatâ; interiori latiori, mucronatâ. Hermaphroditi valvulae corollinae duae, calyce breviores, coriaceae (quod minime in veris SACCHARIS), laeves, glabrae, nitidae, flavescentes: exteriori ovatâ acutâ, interiorem minorem, post anthesin, arcte amplectente. Masculi valvula corollina hermaphrodito paulo longior, membranacea, oblongo-ovata, obtusa, bicarinata, involuta, glabra, diaphana. C.

ryopsis corollae valvulis corticata. *Schrad.* *In Sicilia. Bivona-Bernard.* ♃.

Obs. 1. Proprii certe generis gramen, ut JACQUINIUS jam suspicatus est, nec sub SACCHARO ulterius retinendum, cujus spiculae basi tantum pilis involucratae, hermaphrodito et neutro flore componuntur, cujusque hermaphroditi corollinae valvulae valde inaequales, potius membranaceae, caryopsin maturam demittunt; nec PANICO jungendum, ut statuit PRESL, procul dubio annulum, spiculis subjectum et quandoque squamulam mentientem, pro valvula tertia minori habens. — SACCHARUM *Teneriffae Flor. Graec.* t. 52. nostro gramini simillimum, ob florum structuram nequaquam tamen hujus congener, sed GRIANTHO potius adscribendum. *Homonymum* Herb. Lin. SACCHARUM a modo memorato *Flor. Graec.* corollâ nonnisi muticâ differre, monet SMITHIUS. Cui tamen occasio datâ est, plura hujus graminis examinandi specimina, is praecipue inquirat in corollae valvularum numerum, positionem et substantiam, ut clarius pateat, num illud pro sola SACCHARI *Sibthorpiani* varietate mutica habendum vel potius TRICHOLAENAE jungendum sit. SCHRADER.

Obs. 2. *Moretti* in *Giorn. d. Fis.* Dec. II. T. V. 4. Bim. p. 247. hoc ducens *Bivonam* l. c., *Sibthorp* l. c. et *Presl.* l. c. ex autopsia laudat AGROST. *plumosam* *Tenor. Fl. neap. Prodr. Suppl.* 1. p. 59. *Synops. nov. ed.* 2. p. 31. n. 9. et monet *Gussonium* calyces ramorum superiorum semper bifloros, flosculo altero masculo, altero hermaphrodito vel femineo vidisse. „Medium quasi inter PANICUM et PENNISETUM est SACCHARUM *Teneriffae*. SACCHARIS nonnisi ob villum candidum calycem obtegentem simile, a PANICIS recedit: involucello piloso brevi, substantiâ coriaceo-chartaceâ et formâ flosculi hermaphroditi, denique absentia Lodiculae, quibus notis PENNISETIS propius est. Ad PANICA vero spectat ob glumam minutam, justo loco adjectam, forte e pilorum involucelli fasciculo coalito enatam, at tantum non semper observabilem, tum vero per ipsos pilos compensatam.“ *Trin. Fund. Agr.* p. 178.

n. 2. TRICHOLAENA? *fusca*; erecta, 5-8 ped.; foliis sublanceolatis, glabris; paniculâ patente, verticillatâ, ramis compositis; floribus geminatis, utroque pedicellato; calycis lanâ brevi, rarâ; corollis trivalvibus. SACCHARUM *fuscum Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* 1. p. 241. n. 3.

Culmi erecti, 5-8 ped., crassitie digiti minimi, apice pilosi. Folia vaginantia, margine vaginarum pilis mollibus, 3-4 ped., 2 poll. circiter lata. Panicula 1-2 ped., erecta, linearis, ramis compositis, ramulis nutantibus. Flos alter longius pedicellatus, uterque hermaphroditus. Cal. margine ciliatus, caeterum glaber, lucidus. Cor. valvulis 2 aequalibus et fere longitudine calycis, tertia minutâ, omnibus multum ciliatis. Semen longum obovatum, fuscum, glabrum. Inodorum calamus et arma. *Roxb.* *In humidis Bengaliae.*

n. 3. TRICHOLAENA? *semidecumbens*; parte culmi inferiore procumbente, perenni; foliis angustis, canaliculatis; paniculâ oblongâ, laxâ; ramis compositis, verticillatis; co-

rollâ univalvi. SACCHARUM *semidecumbens*. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 241. n. 4.

Culmi 8-16 ped. et ultra, ad medium usque procumbentes, geniculis radicantes, digiti saepius crassitie, parte superiore erecti, recti, in crassitiem pennae corvi attenuati, glutinosi. Folia 1-6 ped. gracilia, acuminata, ad basin canaliculi alba, margine acutissime hispida, ore vaginae et paulum supra pilis mollibus albis. Panicula, etiam ovata, erecta, magna. Rami colorati. Flores approximati per paria, altero sessili, utroque pilis multis albis mollibus. Cal. bivalvis, valvulâ interiore ciliatâ. *Roxb. l. c. In humidis demissis.* ♃.

n. 214. IMPERATA.

n. 1. IMPERATA *arundinacea*. Addatur: SACCHARUM *cylindricum* *Seb.* et *Maur. Prodr. Fl. rom.* p. 25. SACCH. *laguroides* *Pourr.*

Obs. Exc. *M. a Bieberst. Fl. t. c. Suppl.* p. 52. monet SACCH. *Siscam* *Cav.*, a *Willd. Enum.* ad SACCH. *cylindricum* ductum, fide *Cavanilles*, destitui corollâ, quae tamen in S. *cylindrico*, ut ut minuta, nunquam deest. *Brotero Fl. lusit.* n. 87. describit SACCHARUM *cylindricum* paniculâ spicatâ, cylindricâ; pedunculis unifloris; flosculis muticis; foliis planis; geniculis barbatis, qualis IMPERATA *Thunbergi* petitur. Occurrit ad ripas Durii prope Peso da Regoa.

Pag. 289. n. 2. IMPERATA *Thunbergi*. Addatur synonymon: SACCHARUM *cylindricum*; culmis 1-2 pedum, folio brevioribus; paniculâ lineari, albâ e lana calycis; corollâ calyceque bivalvibus, diandris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 239?

Obs. Div. *Roxburgh* laudat tanquam synonyma S. *Thunbergi Retz* et *Willd.*, et simul LAGURUM *cylindricum*, ut dubius haereas, utrum ad IMPERATAM *arundinaceam* vel *Thunbergi* spectet. Cum simul vero citet *Rumph amb.* 6. 17. t. 7. f. 2, ad hanc magis, quam ad illam, videtur referenda. Rad. repens. Culmi erecti, simplices, foliosi, geniculis barbatis. Folia radicalia et inferiora culmo multo longiora, utrinque attenuata, glabra: culmea fere vaginata. Panicula terminalis cylindrica, 3-4 poll., e ramis parvis erectis, candida. Flores pedicellati, plerumque simplices. Cor. minuta. *In humidis argillosis, praecipue Bengaliae.* Anne IMPERATA *Koenigii*?

n. 4. IMPERATA *spontanea*. Addatur synonymon: SACCHARUM *spontaneum*; culmis 5-15 pedum; foliis siccis involutis; paniculâ lineari, patente, verticillatâ; ramis simplicibus; calycibus ciliatis; corollâ univalvi. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 241. *Trin. Fund. Agr.* p. 168.

Rad. profunde repens. Culmus superne annuus, erectus, foliosus, inferne perennis, crassitie digiti, farctus. Folia vaginantia, firma, longa, angusta, margine hispida, concava, ad os vaginae lanata. Panicula

erecta, oblonga, 1-2 ped., racemis filiformibus, simplicibus (praeter inferiores) spicatis, flosculis partim sessilibus, partim pedunculatis. Lana copiosa longa argentea ad basin calycis. Cal. valvul. ciliatae, acutae, ut valvula corollae. Stigma plumosum, purpureum. *Roxb.* l. c. *In Bengalia communis.*

n. 4 a. IMPERATA? *Sara;* erectum, 8-12 (6-16) pedes altum; foliis planis, marginibus aculeolatis; paniculâ densâ, subverticillatâ; ramificationibus decompositis; floribus geminatis, altero sessili; corollâ trivalvi SACCHARUM *Sare.* *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 249. *Asiat. Research.* VI. 247. *n.* 8.

Differt a vulgatissimo S. *spontaneo*, quocum commutatum a D. *Jones*, staturâ majore, foliis magis hispidis, ramis paniculae decompositis. Culmi perennes, erecti, basi saepius crassitie digiti minimi, glabri. Folia inferiora 4-8 ped.; angusta; superiora, breviora, latiora, a basi ad apicem in acumen tenuissimum rigidum attenuata, concava. Vaginae 12-18 poll. fasciculo pilorum intus ad faucem. Panicula 1-3 ped.; rami inferiores alterni. superiores subverticillati triquetri, angulis pleromque acutis, setis rigidis pilisque longis albis sericeis, quibus et calyx bivalvis tectus Cor. fimbriata. *Roxb.* l. c. *In vicinia Calcuttae rarior.* ♃.

Pag. 290. n. 215. ERIOCHRYSIS.

ERIOCHRYSIS *cayennensis Poir. Enc. meth. ill. genr. Suppl. p.* 538. *t.* 908.

n. 216. PASPALUS.

n. 1. PASPALUS *membranaceus.* Addantur synonyma: *Link Enum. p.* 102. CERESIA *elegans Jacq. Fragm. p.* 59. *n.* 192. *t.* 86. CERESIA *fluitans* Elliott? (vel potius ad *mucronatum?*)

Rhachis foliacea, margine fusca, dense ciliata. Eandem speciem sistere cum PASP. *stolonifero* suspicatur cl. *Nuttall. gen.* p. 57.

n. 1 a. PASPALUS *Walterianus;* glaber, culmo repente foliis brevibus; vaginis nudis; spicis tribus erectis, basi nudis; glumis biseriatis, subovatis; rhachi latissimâ glumas obtegente; dentibus unifloris. PASPALUM *membranaceum Lecomte Monogr. Paspal.* in *Journ. d. Phys. T.* 9. *p.* 285. *n.* 17. et, hoc teste, PASPALUM *membranaceum Walt.* PASP. *vaginatum Elliott.*

In oryzetis Georgiae et Carolinae. Lecomte. ☉.

Pag. 291. n. 3 a. PASPALUS *papillosus Spreng.;* spicis conjugatis; pedicellis solitariis; rhachi flosculis angustiore; calycibus orbicularibus, papillosis, glabris; foliis longissime ciliatis. *Spreng. Nov. Prov. p.* 47.

Culmi foliosi (in specimine *Sprengeliano* spithamaei) foliosi, geniculis nudis, fuscis. Folia linearia, subtus margineque longissime pilosa. Pili e tuberculis orti, simplices, geminive. Spicae geminae, pedicellatae. Rhachis plana, flexuosa, flosculis multo angustior. Flosculi brevissime pedicellati, biseriales. Valvae calycinae albae, papyraceae, papillis minutis. *Spreng.* *In Brasilia. Otto.*

Pag. 296. n. 14a. PASPALUS *mucronatus Mühlenb.*; culmo glabro, in terra repente, in aquâ natante; foliis latiusculis, basi ciliatis; vaginis latis, tumidis, ciliatis; spicis numerosis, breviusculis, angustis, infimis verticillatis, ceteris sparsis, basi nudis; glumis ovatis, parvis, biseriatis; rhachi latissimâ glumas obumbrante, apice acutâ, nudâ, dentibus unifloris. *Lecomte Monogr. Pasp.* in *Journ. d. Phys. T.* 91. *p.* 285. (sub *P. natante*) et, hoc teste, PASPALUM *mucronatum Mühlenb. Descr. uber. p.* 96, cujus fide: PASPAL. *paniculatum Walt. Carol. p.* 75.

„Folia lineari-lanceolata, glabra, nervis pubescentibus. Ligula brevissima, barbiformis in vagina longa, glabra, atropunctata. Spicae filiformes, superiores geminae, alternaeque, glabrae: rhachis viridis, glabra. Flosculi biseriales, alterni, pedicellati. Cal. aequalis, valvulis acutis, enervibus, albis, margine viridibus, apice purpurascentibus, puberulis.“ *Mühlenb.*, qui nec PASP. *verticillatum Swartz* nec *paniculatum Gaertn.* huc spectare. „In terra radicans, cum aquae immittitur, solvitur, et fluitans massis densis magnis segetes demum obducit spem Agricolae suffocans. Refert P. *stoloniferam Fl. peruv.*, sed ex icone satis differre videtur. *Lecomte.* *In oryzetis Georgiae et ad Mississipi.* ⊙.

n. 15. PASPALUS *laevis.* Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 98. *Lecomte Monogr. Pasp.* in *Journ. d. Phys. t.* 91. *p.* 284.

„Culmus compressus, glaber. Folia acuminata, lineari-lanceolata, margine alba, scabra nec pilosa. Ligula fusca, retusa, nec pilosa. Vagina compressa, striata, glabra, ore pilosa. Spicae 3-6, basi pilosae. Rhachis tenuis, incana, margine subscabra, alba, pedicellis alternis brevibus, nec flexuosis. Cal. ovatus, obtusus, valvulâ utrâque 1-nervi, nervis 2 lateralibus vix conspicuis, glaber. Semen flavescens, lineolatum.“ *Mühlenb.*, qui vix a *debili* seu *longe-pedunculato* diversum credit. Cls *Lecomte* hoc gramen definit: „glaberrimum, erectum; foliis latiusculis, brevibus; vaginis compressis; spicis 3-5, alternis, divaricatis, secundo versis, basi pilosis; glumis orbiculatis, biseriatis; rhachi flexuosâ, angustâ; dentibus unifloris.“

n. 15a. PASPALUS *difformis Lecomte;* culmo glabro, obliquo; foliis brevibus, glabris, basi vaginarumque dorso ciliatis; spicis 3-4 erectis, basi pilosis; glumis 2-3-seriatis, orbiculatis, majusculis; rhachi flexuosâ, latiusculâ; den-

tibus 1 - 2 - floris. *Lecomte Monogr. Pasp.* in *Journ. d. Phys. T.* 91. *p.* 284. et, hoc teste, Paspalum *n.* 7. *Mühlenb. Descr. gram. ub. p.* 96.

„Refert *floridanum*, sed spicis erectis glumisque majoribus facile distinguitur.“ *Lecomte.* Culmus erectus, purpureus, compressus; rami alterni; folia linearia, acuminata; vaginae elongatae, compressae, folio longiores; ligula alba, lacera; spicae alternae, subclandestinae, sessiles, biseriatae, pedicellatae; calyces ovati, valvulis glabris, carinatis. Sem. ovatum, album, puncticulatum. *Mühlenb.* Cum *laevi.* *Lecomte.*

n. 15 b. Paspalus *Lecomteanus*; glaber, culmo erecto; foliis longis, latiusculis, margine undulosis vaginisque nudis; spicis 4 - 6 alternis, erectis, basi pilosis; glumis biseriatis, orbiculatis; rhachi angustâ, flexuosâ, dentibus unifloris. Paspalum *undulatum Lecomte Monogr. Pasp.* in *Journ. d. Phys. t.* 91. *p.* 284.

Cum *difformi.* *Lecomte.* Nomen mutandum, cum duo jam sint *undulata.*

n. 15 c. Paspalus *latifolius Lecomte*; glaber, culmo erectiusculo; foliis longis, latis, ciliatis, vaginis exceptis ad oras nudis; spicis 2 - 3 alternis, erectiusculis, basi pilosis; glumis orbiculatis, triseriatis, serie intermediâ pedicellatâ; rhachi angustâ; dentibus lateralibus bifloris. *Lecomte l. c.*

In Carolina prope Columbiam. ♃. *Lecomte.*

n. 16. Paspalus *scrobiculatus.* Varietates α et β iterum species proprias esse jubet div. *Roxburgh*, cui:

n. 16. Paspalus *scrobiculatus*; spicis axillaribus terminalibusque sessilibus, alternis, erectis; floribus alternis, serie duplici confertisve, glabris; calycibus 3 - 5 - nervibus; culmis erectis, 2 pedum, glabris; semine rotundo, glabro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 281. n. 1. et, hoc teste, *Willd. Spec.* I. *p.* 330.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, ramosi, articulati, vaginis foliorum tecti. Folia bifaria, culmis longiora, ubique glabra. Vaginae internodiis longiores, spicam saepius ad instar spathae amplectentes. Spicae 2 - 4, secundae. Rhachis lata, membranacea, intus carinâ undulatâ. Flores ovales, in luxuriantibus conferti. Calycis valvula exterior 3 - interior 5 - nervis. Sem. fusca, glabra, magnitudine Cannabis. *Roxb.* *Culta in India.*

n. 16 a. Paspalus *Kora*; spicis terminalibus alternis; floribus alternis, serie duplici, glabris; calycibus 3 - 5 - nervibus; culmis basi procumbentibus, 1 - 8 pedum. *Roxb. Fl. i. d. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 282. *n.* 2. et, hoc teste, *Kora Willd. Spec.* I. *p.* 332.

Divus *Roxburgh* huc quidem ducit tanquam synonymon PASP. *orbicularem Forst. prodr.* 35; sed hunc distinctum esse a *Kora* monet *Willdenow* in *Enum. H. Berol. p.* 89, et docet diagnosis data a clo *Brown*. Huc potius PASP. *Kora Pal. d. Beauv. Fl. Oware* et *Rhein* t. 86. f. 1. „Rad. fibrosa, annua. Culmi ramosi, articulati, glabri, 1-3 (supra 8) ped. Folia ut in *scrobiculato*, sed breviora. Spicae plerumque 2-3, nonnisi in luxuriantibus 7-8, sessiles, horizontales et erectae. Cetera ut in *scrobiculato*. *Roxb. l. c.* *Ad margines aquarum.*

Obs. Cls *Link* PASP. *scrobiculatum* et *Koram* nequidem tanquam varietates distinguit, additque tantum: „valvulae calycinae in nostris trinerves. Planta glabra."

Pag. 298. n. 19. PASPALUS *pauciflorus*. Addatur patriae: *Etiam in Brasilia*, fide specim. C. Princ. Neowid. *Schrad.*

n. 21. PASPALO *conjugato* addatur synonymon: P. spicis 2-3 conjugatis; rhachi planâ spicularum latitudine; glumis orbiculari-ovatis, interiore ciliatâ; vaginis compressis; foliis glabriusculis. *Meyer Essequeb. p.* 49. P. *supinus Bosc* (sec. *Poir.*)

In Martinica etiam legit Hortulanus D. Sieber.

Pag. 299. n. 22. PASPALUS *notatus*. Addatur synonymon: PASPALUM *distichum Mühlenb. Descr. ub. p.* 95.

„Culmus basi geniculatus, nodis fuscis, pubescentibus. Folia alterna, lineari-lanceolata, acuminata, nervosa, glabra, basi pilosa. Ligula brevis, lacera. Vagina compressa, striata, glabra, ore pilosa. Spicae 2 terminales, altera sessilis, altera pedunculata. Rhachis glabra, foveolata, basi pilosa; flosculis alternis et geminis subsessilibus, secundis. Cal. acutus, ovatus, aequalis, glaber. Cor. calyci aequalis. Pist. nigrescentia. Sem. album, vix puncticulatum. *Mühlenb.* qui icones *Swartz* et *Gaertner* bonas laudat.

n. 23. PASPALUS *vaginatus*. Addatur: *Etiam in Martinica*: spicis subinde tribus.

Obs. PASPALUS *distichus* et *vaginatus* fide *Nuttall. gen. p.* 67 species destinctae. Nec divo *Mühlenbergo* PASPALUS *distichus Swartz* diversus a *disticho Gaertn.*, i. e. *notato Flügg.* Cls *Poiret vaginatum Sw.*, eum? licet, ad *notatum* ducit.

Pag. 300. n. 25. PASPALO *platycauli* addatur:

Obs. „Culmus in nostro, collato cum speciminibus Flüggeanis, non erectus, sed adscendens, et hinc inde." *Meyer Essequeb. p.* 49. Hujus varietas quibusdam videtur P. *mollis Poir.*

Pag. 303. n. 32. PASPALUS *annulatus*. Addatur synonymon: MILIUM *ramosum*; glabrum; culmis subcrectis, 1-4 ped.; paniculâ ramis (4) 6-8, remotis, subramosis; floribus in pedicello communi geminatis (pedicellatis); calycibus cuspidatis, pilosissimis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I.

tibus 1-2-floris. *Lecomte Monogr. Pasp.* in *Journ. de Phys. T.* 91. *p.* 284. et, hoc teste, PASPALUM n. *Mühlenb. Descr. gram. ub. p.* 96.

„Refert *floridanum*, sed spicis erectis, glumisque majoribus facile distinguitur." *Lecomte.* Culmus erectus, purpureus, compressus, rami alterni; folia linearia, acuminata; vaginae elongatae, compressae, folio longiores; ligula alba, lacera; spicae alternae, subclandestinae, sessiles, biseriatae, pedicellatae; calyces ovati, valvulis glabris, carinatis. Sem. ovatum, album, puncticulatum. *Mühlenb.* Cum laevi. *Lecomte.*

n. 15 b. PASPALUS *Lecomteanus*; glaber, culmo erecto; foliis longis, latiusculis, margine undulosis vaginisque nudis; spicis 4-6 alternis, erectis, basi pilosis; glumis biseriatis, orbiculatis; rhachi angustâ, flexuosâ, dentibus unifloris. PASPALUM *undulosum Lecomte Monogr. Pasp.* in *Journ. de Phys. t.* 91. *p.* 284.

Cum *difformi. Lecomte.* Nomen mutandum, cum duo jam sint *undulata.*

n. 15 c. PASPALUS *latifolius Lecomte*; glaber, culmo erectiusculo; foliis longis, latis, ciliatis, vaginis exceptis ad oras nudis; spicis 2-3 alternis, erectiusculis, basi pilosis; glumis orbiculatis, triseriatis, serie intermediâ pedicellatâ; rhachi angustâ; dentibus lateralibus bifloris. *Lecomte l. c.*

In Carolina prope Columbiam. ♃. *Lecomte.*

n. 16. PASPALUS *scrobiculatus.* Varietates α et β iterum species proprias esse jubet div. *Roxburgh*, cui:

n. 16. PASPALUS *scrobiculatus*; spicis axillaribus terminalibusque sessilibus, alternis, erectis; floribus alternis, serie duplici confertisve, glabris; calycibus 3-5-nervibus; culmis erectis, 2 pedum, glabris; semine rotundo, glabro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 281. n. 1. et, hoc teste, *Willd. Spec.* I. *p.* 330.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, ramosi, articulati, vaginis foliorum tecti. Folia bifaria, culmis longiora, ubique glabra. Vaginae internodiis longiores, spicam saepius ad instar spathae amplectentes. Spicae 2-4, secundae. Rhachis lata, membranacea, intus carinâ undulatâ. Flores ovales, in luxuriantibus conferti. Calycis valvula exterior 3-interior 5-nervis. Sem. fusca, glabra, magnitudine Cannabis. *Roxb.* *Culta in India.*

n. 16 a. PASPALUS *Kora*; spicis terminalibus alternis; floribus alternis, serie duplici, glabris; calycibus 3-5-nervibus; culmis basi procumbentibus, 1-8 pedum. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 282. *n.* 2. et, hoc teste, *Kora Willd. Spec.* I. *p.* 332.

Divus *Roxburgh* hunc quidem ducit tanquam synonymon PASP. *orbicularem Forst. prodr.* 35; sed hunc distinctum esse a *Kora* monet *Willdenow* in *Enum. H. Berol. p.* 89, et docet diagnosis data a clo *Brown*. Huc potius PASP. *Kora Pal. d. Beauv. Fl. Oware* et *Bénin* t. 86. f. 1. „Rad. fibrosa, annua. Culmi ramosi, articulati, glabri, 1-3 (supra 8) ped. Folia ut in *scrobiculato*, sed breviora. Spicae plerumque 2-3, nonnisi in luxuriantibus 7-8, sessiles, horizontales et erectae. Cetera ut in *scrobiculato*. *Roxb. l. c.* *Ad margines aquarum.*

Obs. Cl. *Link* PASP. *scrobiculatum* et *Koram* nequidem tanquam varietates distinguit, additque tantum: „valvulae calycinae in nostris trinerves. Planta glabra."

Pag. 298. n. 19. PASPALUS *parviflorus*. Addatur patriae: *Etiam in Brasilia*, fide specim. C. Princ. Neowid. *Schrad.*

n. 21. PASPALO *conjugato* addatur synonymon: P. spicis 2-3 conjugatis; rhachi planâ spicularum latitudine; glumis orbiculari-ovatis: interiore ciliatâ; vaginis compressis; foliis glabriusculis. *Meyer Essequeb. p.* 49. P. *supinus Bosc* (sec. *Poir.*)

In Martinica etiam legit Hortulanus D. Sieber.

Pag. 299. n. 22. PASPALUS *notatus*. Addatur synonymon: PASPALUM *distichum Mühlenb. Descr. ub. p.* 95.

„Culmus basi geniculatus, nodis fuscis, pubescentibus. Folia alterna, lineari-lanceolata, acuminata, nervosa, glabra, basi pilosa. Ligula brevis, lacera. Vagina compressa, striata, glabra, ore pilosa. Spicae 2 terminales, altera sessilis, altera pedunculata. Rhachis glabra, foveolata, basi pilosa; flosculis alternis et geminis subsessilibus, secundis. Cal. acutus, ovatus, aequalis, glaber. Cor. calyci aequalis. Pist. nigrescentia. Sem. album, vix puncticulatum. *Mühlenb.* qui icones *Swartz* et *Gaertner* bonas laudat.

n. 23. PASPALUS *vaginatus*. Addatur:

Etiam in Martinica: spicis subinde tribus.

Obs. PASPALUS *distichus* et *vaginatus* fide *Nuttall. gen. p.* 57 species distinctae. Nec divo *Mühlenberg* PASPALUS *distichus Swartz* diversus a *disticho Gaertn.*, i. e. *notato Flügg.* Cl. *Poiret vaginatum Sw.*, eum? licet, ad *notatum* ducit.

Pag. 300. n. 25. PASPALO *platycauli* addatur:

Obs. „Culmus in nostro, collato cum speciminibus Flüggeanis, non erectus, sed adscendens, et hinc dijs." *Meyer Essequeb. p.* 49. Hujus varietas quibusdam videtur P. *mollis Poir.*

Pag. 303. n. 32. PASPALUS *annulatus*. Addatur synonymon: MILIUM *ramosum*; glabrum; culmis subcrectis, 1-4 ped.; paniculâ ramis (4) 6-8, remotis, subramosis; floribus in pedicello communi geminatis (pedicellatis); calycibus cuspidatis, pilosissimis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I.

p. 317. HILOPUS *pilosus Trin. Fund. Agrost. p.* 105 *t.* V.

R. d. repens. Culmi basi diffusi, geniculis radicantibus. Folia glabra. Panicula ovata, rara: ramis patentibus, secundis; rhachi trigonâ. Flores superne solitarii. Cal. valvulis aequalibus. Cor. valvulae acutae, aristato-acuminatae. *Roxb.* l. c. *In pascuis.*

n. 33. PASPALUS *debilis*. Addatur synonymon cum? PANICUM *lineare Linn.* (sec. *Poir.*)

Pag. 304. n. 34. PASPALO *filiformi*. Addatur: DIGITARIA *filiformis Mühlenb. Descr. uber. p.* 131.

Div. *Mühlenberg* l. c. notat, specimina sua esse, ex auctoritate D. *Smith.* PANICUM *filiforme Herb. Linn.*, quod et Div. *Swartz* confirmat, addens PASP. *filiformem Flügg.* instar synonymi MILIUM *Panicum Swartz* vix differre addit; sed dubitat de DIGITARIA *pilosa Mich.* „Culmus 1 1/2 ped., teres, strictus, nodis atris, glabris, subnudus. Folia lineari-lanceolata, supra pubescentia, infra glabra, margine scabra. Ligula ovata lacera. Vaginae inferiores pilosae, superiores glabrae. Racemi terminales bini quaternique alterni, basi pilosi, laeves, nodosi, erecti. Rhachis flexuosa, glabra, flosculis 1-4 pedicellatis. Cal. bivalvis, valvulis oblongis, acutis, nervosis, pubescentibus; alterâ 3-alteri nervi, subaequalibus. Cor. calyci aequalis. Pist. 2 purpurascenti. Semen nigrescens, striatum, glabrum.“ *Mühlenb.* An hic PASPALUS *carolinianus Poiret?*

Obs. Cl. *Sprengel N. Entd.* DIGITARIA *Ischaemum Mühlenb.* Descr. huc videtur referenda; sed ipsissimus *Smith* „PANICUM *sanguinale H. L.*“ hanc DIGITARIAM *Ischaemum* esse affirmat. Div. *Mühlenberg* videtur DIGITARIA *paspalodes*; et quaerit: numne etiam D. *diffusa Pers.*?

Pag. 305. n. 35. PASPALUS *serotinus*. Addatur synonymon DIGITARIA *serotina Mühlenb. Descr. ub. p.* 130.

„Culmus glaber, radicans, fistulosus, subangulatus. Folia lanceolata acuminata, marginata, undique pilosa. Ligula alba, ovata, serrulata. Vagina nervosa, pilosissima, pilis mollibus nec radicatis. Racemi filiformes 7, oppositi, basi pubescentes. Rhachis tenuis, glabra, flosculis 3 et 2, omnibus pedicellatis, pedicellis inaequalibus flexuosis, glabris. Cal. inaequalis, bivalvis, nervosus, subpilosus. Semen album, glabrum, acutum.“ *Mühlenb.*

n. 35 a. PASPALUS *cubensis Spreng.*; spicis paniculatis gracilibus; flosculis glabris, uniseriatis; valvis orbiculatis inaequalibus; foliis scabris, ligulâ exsertâ. *Spreng. Entd.* III. *p.* 12.

Culmus pedalis, brachialis, basi vaginis tectus, superne nudus, paniculatus, strictus. Folia disticha, lineari-lanceolata, elongata, tenuia, culmo breviora, glauca, glabra. Paniculae terminalis rami erectiusculi, glabri, filiformes. Flosculi albi, alterni, orbiculati

Valva externa major, apiculata. *Spreng.* *In Cuba et insulis vicinis.*

n. 35 b. PASPALUS? *nematodes*; repens, glabrum; foliis brevibus, processu stipulari ad faucem vaginae; racemis 2-3 terminalibus, erectis; floribus alternis, solitariis, muticis. MILIUM *filiforme Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 317. *n.* 1.

Repens, praeter partem parvam floriferam, quâ erectus, teres, glaber, 6-12 poll. Folia parva, glabra. Racemi sessiles, secundi. Rhachis membranacea, subundulata. Flores per series duas imbricati. Calycis glumae subaequales, membranaceae, parum pilosae. Corollae valvulae rigidae, glabrae. Habitus AGROST. *linearis. Roxb.* l. c. *In pascuis.*

Obs. Videtur cum P. *filiformi* confusum. Aliud MILIUM *filiforme Lagascae*, quod antiquius.

n. 35 c. PASPALUS? *sanguinalis*; culmis suberectis, glabris; racemis subdigitatis; floribus (sub) ternis, inaequaliter pedicellatis. MILIUM *sanguinale. Roxb. Fl. ind.* 1. p. 317 et, hoc teste, PANICUM *sanguinale Burm. Flor. ind. t.* 10. *f.* 1.

Culmi subinde basi repentes, ceterum erecti, glabri, 1 1/2 ped. Folia longa, angusta, omnino glabra. Panicula racemosa, suberecta. Racemi 4-8, secundi, erecti, rhachi trigonâ. Flores plerumque terni, subinde bini, quaterni. Cal. cor. ut in *filiformi. Roxb. l. c. In pascuis.*

Pag. 306. n. 37. PASPALUS *longiflorus*. Addatur synonyma: P. spicis geminatis terminalibus, horizontalibus; calycibus oblongis, obtusis, glabris; culmo repente. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 318. *n.* 3, et, hoc teste, *Teretu-pullu Rheed. Mal.* XII. *p.* 81. *t.* 44. (ergo non *Belicaruga Rheed. t.* 47, ut, dubitans licet, *Poiret Suppl.* V. *p.* 763, qui huc spectare: PASPALUM *africanum Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 314, à nobis T. II. *p.* 880. S. V. ed. nostr. adductum). P. *longiflorus* P. de *Beauv. Fl. Ow. et Benin*, II. *p.* 46. *t.* 86. *f.* 2. P. *brevifolius Roth Nov. plant. spec. p.* 35.

Rad. repens. Culmi 6-8 poll. (?), articulati, glabri. Folia vaginantia, alterna, bifaria, brevia, ore vaginae barbata. Spicae sessiles, patentes, secundae. Flores serie duplici; alterni, subgeminati, glabri. Cal. et cor. enerves. *Roxb.*, qui conferre jubet cum P. *disticho Linn. In pascuis demissis.*

Obs. Cl. *Roth* monet inter folia culmeo brevissima occurrere nonnulla digiti longitudine, quae in speciminibus tranquebariensibus subtus setis adspersa, in illis div. *Heynae* subtus glabra.

n. 38. PASPALUS *setaceus*. Addatur synonymon: PASPALUS *pubescens Link Enum. p.* 163.

Valvulae calycinae laevissimae, glabrae. *Link.*

Obs. Div. *Mühlenberg* (*Descr. uber.* p. 92.) Paspalum *pubescentem* et *ciliatifolium* diversas esse species jubet, et ad Paspalum *pubescentem* ducit *setaceum Mich.* et *Swartz*, *ciliatifolium* secundum *Sprengel* et *Willdenow*; ad *ciliatifolium* vero suum etiam *ciliatifolium Swartz*. Descriptio utriusque, a divo *Mühlenberg* data, diversas sane species, pace divi *Flügge*, sistere videtur. In Pasp. *pubescente* „culmus 1 1/2 ped., erectus, compressus, infra purpurascens, glaber, supra pubescens, nodis glabris; folia alterna lanceolata, undique pilis radicatis; ligula brevis, ovata; vagina nervosa, margine pilosa. Spica solitaria, terminalis, longe pedunculata vel 2 alternis obliquis. Rhachis membranacea, tenuis, flexuosa, basi pilosa, margine glabra. Flosculi secundi, infra alterni, supra gemini, pedicellati, rara pedicellis bifidis, glabris. Cal. valvulis subrotundis, glabris, sub lente tenuissime striatis, trinervibus vel carinatis. Cor. calyci aequalis, puncticulata, glabra. Stam. et Pist. purpurascentia. Sem. album." Hic in *Pennsylvania*. In Pasp. *ciliatifolio* vero „culmus compressus, obliquus basi, et prorsus decumbens, (ut habitus P. *decumbentis Swartz* in speciminibus e Nov. Caes.) nodis glabris; folia radicalia pedalia, culmea alterna lanceolata, nervosa, carinata, viridissima, ciliata; ligula parva, barbaeformis; vagina nervosa, margine ciliata, vel pubescens. Spicae terminales conjugatae 2, altera sessilis, altera pedunculata, tertia inferior axillaris. Rhachis membranacea, glabra, flexuosa. Flosculi alterni, pedicello bifido, biseriati et gemini. Cal. aequalis, scrobiculatus, pubescens, valvulis ovato-lanceolatis, carinatis, alterâ uni- alterâ trinervi. Cor. calyce minor, valvulis ovatis, obtusis, albis, puncticulatis. Pist. rubra. „Hic in *Georgia* et Nov. *Caes.*" Etiam cls. *Lecomte setaceum* Mich. (quod cum hujus [illegible] conjungit) sub *setaceo*: quod „strictum, erectum; culmo glabro, [illegible] setaceo; foliis longis, villosis, vaginis basi glabris; spicâ unicâ, gracili, erectâ, basi pilosa; glumis uni- biseriatisve, orbiculatis, parvis, rhachi angustâ uni- biseriatisve definit, et quod a *Nov. Caes.* ad *Floridam* et ⊙ est, distinguit a *ciliatifolio Mich.*, quod in *Georgia* ♃ est, quodque „culmo glabro, adscendente; foliis brevibus vaginisque pubescentibus, ciliatis; spicis 1-2, erectis, basi pilosis, glumis biseriatis, orbiculatis; rhachi angustâ, flexuosâ; dentibus bifloris."

Pag. 307. n. 38.a. Paspalus *arenarius* *Schrad.*; culmis adscendentibus; foliis ciliatis; spicis duabus aut tribus alternis; rhachi triquetrâ, basi pilosâ, spiculis biserialibus angustiori; calycinis valvulis subrotundo-obovatis uninervibus: superiori pubescente. *Schrad. MS.*

Culmi caespitosi, spithamaei, glabri. Folia firma: culmea inferiora pollicaria, lanceolata; superiora duplo minora, ovato-lanceolata. Vaginae laxae, inprimis marginem versus leviter pubescentes. Rhachis partialis 1 1/2 poll. et brevior, angustissima, subfalcata. Spiculae exiguae, geminae, pedicellatae. *Schrad.* *In Brasiliae arenosis. Princeps Sereniss. Maxim. Neowidensis.*

n. 39 a. Paspalus *longe-pedunculatus Lecomte*; culmo glabro, erectiusculo, apice setaceo, elongato; foliis glabris brevibus, vaginisque ciliatis; spicis 1-2-3 erectis, basi pilosis; glumis orbiculatis, parvis, triseriatis; rhachi angustâ

flexuosâ; dentibus bifloris. *Le Comte Monogr. Paspal. Journ. d. Phys. T.* 91. *p.* 284. PASPALUS *debilis Mühlenberg Descr. ub. p.* 91. *n.* 1.

„Differt a *ciliatifolio Mich.* simili foliis brevioribus, utrinque nudis, non pubescentibus; culmo graciliore; glumis minoribus; spicarum pedunculo communi longissimo." *Lecomte.* „Culmus filiformis, nodis atris, glabris. Folia lineari-lanceolatâ, margine subserrâta, cartilaginea, ciliata. Ligula barbaeformis Vagina glabra, striata. Spica terminalis, solitaria, longissima, pedunculata; rhachi tenui, glabrâ; flosculis alternis geminisque, altero sessili, altero pedicellato. Cal. valvulae obovatae, enerves, aequales, subpubescentes. Sem. album, glabrum. Affine *lineari Swartz*" (nobis ignoto) „sed folia latiora." *Mühlenb. In Carolina boreali.*

Pag. 309. n. 47. PASPALUS *undulatus.* Addatur synonymon: PASPALUM *virgatum Lecomte;* erectum, glaberrimum, glaucescens; foliis angustis, longis; vaginis nudis; spicis 5-6 alternis, erectis, basi pilosis; glumis orbiculatis, biseriatis; rhachi latiusculâ, non flexuosâ, dentibus bifloris. *Lecomte Monogr. Pasp.* in *Journ. de Phys. T.* 91. *p.* 285. et, hoc teste: PASPALUM *plicatulum Mich.* et PASP. *virgatum Walt.*

Etiam in Carolina.

Pag. 310. n. 47 a. PASPALUS *angustifolius Lecomte;* glaber; culmo gracili, erecto; foliis angustis, longis, vaginis nudis; spicis 2-3 alternis, divaricatis, secundo versis, basi pilosis; glumis orbiculatis, biseriatis; rhachi angustâ, flexuosâ; dentibus unifloris. *Lecomte Monogr. Pasp. l. c. p.* 285. *n.* 11.

Cum *undulato.*

n. 47 b. PASPALUS *leptos;* erectus, glaber; foliis longis, angustis, basi vaginisque ad oras ciliatis; spicis 4-5 alternis, patentibus, basi pilosis; glumis orbiculatis, triseriatis; rhachi flexuosâ, angustâ; dentibus bifloris. *Lecomte* l. c. n. 12 (sub P. *gracili*), et, hoc teste: PASPALUM n. 8. *Mühlenb. Descr. ub. gram. p.* 97.

Nodi atri, glabri. Folia alterna, longe vaginata, glabra. Ligula fusca, truncata; vaginae glabrae, nervis longitudinalibus et transversalibus, interdum pilis radicatis. Spicae alternae, terminales, 2 et plures, basi pilosae. Flosculi biseriati, alterni, pedicellis inaequalibus, rhachi tenui, flexuosâ, subscabrâ. Calycis ovati valvulae aequales, uni- vel trinerves, glabri. Sem. ut in *Lecomteano Mühlenb. In Pennsylvania et Nov. Caesarea. Mühlenb.* In *Georgia. Lecomte.* ♃.

n. 47 c. PASPALUS *altissimus Lecomte;* glaber, erectus, altus; foliis longis, basi vaginisque ad oras ciliatis; spicis 4-5 alternis, erectis, basi pilosis; glumis magnis, orbicu-

latis, biseriatis; rhachi latiusculâ, dentibus unifloris. *Lecomte l. c. n.* 13.

Rigidum, 5-pedale. *Prope Salem Carolinae borealis. Lecomte.* ♃.

n. 47 d. Paspalus *confertus Lecomte*; culmo erecto, glabro; foliis longis, latiusculis, supra scabris; vaginis ad oras nudis; spicis confertis, plurimis 20-14, erectis, basi pilosis; glumis orbiculatis, confertis, quadriseriatis, seriebus intermediis pedicellatis; rhachi latâ, non flexuosâ; dentibus lateralibus unifloris. *Lecomte* l. c. n. 14.

In Georgia. Lecomte. ♃.

Pag. 310. n. 49 a. Paspalus *floridanus.* Addatur synonymon: *Mühlenberg Descr. uber. p.* 98. *Lecomte l. c.* 285. *n.* 5. et excludatur Paspal. *paniculatum Walt.*

„Culmus compressus, striatus, glaber uti nodi atri. Folia alterna lanceolata, acuminata, abbreviata, pilis radicatis. Ligula fusca. truncata, pilosa. Vagina compressa, striata, superne pilis radicatis. Spicae terminales alternae 4, basi pilosae. Rhachis tenuis, flexuosa, glabra, flosculis alternis, pedicellatis, inaequalibus, glabris. Cal. obtusus, glaber, valvulâ superâ carinatâ, inferâ carinatâ vel uninervi, utrâque nervis 2 lateralibus vix conspicuis. Sem. album, lineolatum" *Mühlenb. Lecomte* hanc speciem distinguit: „culmo glabro, erecto; foliis brevibus, latiusculis, subtus villosis vaginisque ciliatis; spicis tribus alternis, divaricatis, basi pilosis; glumis biseriatis, orbiculatis; rhachi flexuosâ angustâ, dentibus unifloris." *Etiam in Carolina.*

Pag. 312. n. 53. Paspalus *lentifer.* Addatur:

Obs. Paspalus *praecox* fors hujus loci; sed certo distinctus a *laevi* et Cynodonte *Dactylo.* Confer *Nuttall. p.* 57.

n. 53 a. Paspalus *conspersus Schrad.*; foliis margine scabris; vaginis papillosis; spicis pluribus, alternis; rhachi planâ, margine scabrâ, basi barbatâ, spiculis quadriserialibus angustiori; calycinis valvulis elliptico-ovatis, uninervibus: superiori pubescente. *Schrad. MS.*

Culmus (in specimine abscisso) 2 1/2 pedum, erectus, crassus, glaber. Folia firma, pedalia, lineari-lanceolata. Vaginae, praesertim inferiores, papillis copiosis, rarius piliferis, conspersae. Spicae 7-9, magis vel minus curvatae. Rhachis communis 4-5 pollic., glabra; partiales communem aequantes et breviores, margine tantum scabrae. Spiculae geminae, pedicellatae *Schrad. In Brasilia. Princeps Sereniss. Maximil. Neowidensis.*

Pag. 313. n. 57 a. Paspalus *inaequalis Link*; vaginis foliisque inferioribus hirtis; spiculis senis approximatis, filiformibus; valvulâ calycinâ exteriore duplo minore. *Link Enum. p.* 103.

Culmus 1-2 ped., adscendens. Vaginae superiores pilis sparsis hirtae

folia glabra. Spicae 2 poll., rhachi flexuosâ. Spiculae pedicellatae, bracteolâ minimâ sub pedicello. Valvula calycina exterior corollae aequalis, trinervis, viridis, ciliata; interior duplo minor, truncata apice et margine ciliata. Valvulae corollae aequales, laevissimae, unâ involvente alteram. Habitus DIGITARIAE, at character, quantum videre licuit, PASPALI. *Link.* *In Manilla.* ♃. Legit de *Chamisso.*

n. 57 b. PASPALUS *millegrana Schrad.*; foliis scaberrimis; spicis numerosis, verticillatis alternisque; rhachi compresso-triquetrâ, setosâ, spiculis 4-5 serialibus vix angustiori; calycinis valvulis obovato-orbiculatis, uninervibus, glabris. *Schrad. MS.*

Calmus (in specimine abscisso) bipedalis, erectus. Folia firma, pedalia, linearia, imprimis margine scaberrima. Spicae curvatae. Rhachis communis spithamaea, superne triquetra, ut partiales latere interno pilis rigidis obsita; partiales 4-pollic. et breviores, 2/3 lineae partes latae. Spiculae dense imbricatae. *Schrad.* *In Brasilia.* *Princeps Serenis. Maximil. Neowidensis.*

Pag. 314. n. 58. PASPALUS *densus.* Huic subjungatur:

n. 58 a. PASPALUS *longifolius Roxb.*; erectus, simplex; foliis longitudine culmi; paniculâ spicis simplicibus, alternis, divergentibus, sparsis circa rhachin triquetram; valvulis calycis trinervibus; semine ovali, lucido; scrobiculis parvis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 382. *n.* 4.

Culmi plures simplices, recti, geniculati, subereoti, teretes glabri, 3 ped. Folia 1-3 ped., gracilia, acuta, glabra, praeter marginem retrorsum scabrum. Vaginae internodiis longiores, glabrae, apice pilis aliquot longis mollibus circa ligulam scariosam. Spicae 12-24 in panicula fere pedali, sessiles, 3 poll., pilis ad insertionem aliquot longis, rectis. Rhachis plana margine et carinâ undulatâ, coloratâ. Flores numerosi, alterni, per paria imbricati, pedunculis inaequalibus, brevibus. Calycis valvulae ovales, aequales, costâ ad marginem et medio. *Roxb.* l. c. *In Sumatra?* Saltem cum sumatrensibus nata in *H. b. calcuttensi.*

n. 59. PASPALO *virgato* addatur:

P. *Rodschiedianus*, rhachi subintegerrimâ, spiculis glabris. *Meyer Essequeb. p.* 50.

Etiam in Brasilia fide specim. C. Princ. M. *Neow. Schrad.*

Obs. PASPALUM *virgatum Mühlenb. Descr.* p. 94 ipsi divo auctori dubium; affine dicit *laevi Mich.* et *virgato Walt.* et *Swartz.* Culmus plantae *Mühlenbergianae* 1 1/2 ped, infra purpurascens, nodis glabris. Folia lineari-lanceolata, glabra, inferiora elongata, intus ad faucem villosa, margine scabra. Ligula alba, retusa. Vagina elongata, compressa, striata, intus venis transversis. Spicae alternae, plurimae, basi pilosae. Rhachis lata, glabra, basi pilosa, margine scabra. Flosculi 3-4-seriati, pedicellis basi unicis et alternis. Cal. glumis obovatis, aequalibus, glabris, uninervibus. Cor. fusca, puncticulata, ut semen. *Mühlenb.* *In Georgia.* Confer *undulatum.*

Pag. 315. n. 60. PASPALO *laxo* subjungatur:

n. 60 a. PASPALUS *dasyphyllus Elliott;* culmo decumbente, glabro; foliis vaginisque hirsutissimis: spicis paucis, patentibus; floribus triseriatis. *Elliott Bot. of S. Carolin* et *Georg. p.* 105. *Nutt. gen.* I. *p.* 57.

n. 61. PASPALUS *nutans* idem ac PANICUM *decumbens*; hinc delendus.

Pag. 316. n. 65. PASPALUS *compactus.* Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. Spec. p.* 36.

Culmus crassitie pennae corvinae, teres, versus apicem non raro flexuosus, cum nodis glaber. Folia lanceolato-linearia, palmaria et ultra, nervosa, supra asperrima, margine argute serrulata. Vaginae compressae, setis subulatis, sparsis, basi tuberculosis. Ligula brevis, membranacea, incisa, fusca. Panicula terminalis, densissima. Spicae lineares, densissimae, infimi verticilli 1/2-1 unc., non raro tortae; reliquae fere tortae et quadrifariam imbricatae. Rhachis universalis circiter uncialis, teres; partiales triquetrae, inferne subflexuosae, superne rectae. Pedicelli 3-4-ni, subfasciculati, inaequales, asperrimi. Glumae aequales: exterior dorso vix aspera, costis 5 elevatis, interior tricostata. Cor. glabra. Semen flavum, acumine brevi, obtuso. *Roth.*

Pag. 316. n. 66. PASPALUS *sumatrensis.* Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec. p.* 35.

Obs. Culmus 2 ped. et ultra, crassitie culmi secalini, compressus, undique glaber. Folia remotissima, 1-1 1/2 unc., linearia, subulata, rigida, culmo arcte adpressa, glabra, ut vaginae ancipites, striatae, palmâ longiores. Ligula 0. Spicae brevi crassoque pedunculo insidentes, 2 unc., basi setis 4-5, pedunculo duplo longioribus, adpressis. Rhachis univ. semiteres, glabra, fere 3 unc., hinc canaliculata. Rhaches partiales plano-convexiusculae, glabrae, rectae, margine tenerrime et argute serrulatae, spiculis duplo fere latiores. Pedicelli simplices, plerumque gemini. Spiculae subrotundo-ellipticae, bifariam imbricatae. Glumae aequales, obtusiusculae, glabrae, subtrinerves. *Roth.*

Pag. 317. n. 69 b. PASPALUS *chrysostachyus Schrad.;* foliis carinatis; villoso-hirtis, subrecurvis; vaginis summis glabris; rhachi triquetrâ, interne margineque setosâ, spiculis biserialibus angustiori; glumis glabris. *Schrad. MS.*

Culmus pedalis, triqueter, basi ramosus. Folia rigidula, linearia, acuminata, nervoso-striata. Vaginae ore margineque ciliatae: inferiores hirtae. Spicae 7-9, alternae. Rhachis partialis, 2 poll., interne margineque setis aureis dense tecta. Spiculae exiguae, unilaterales, sessiles, ellipticae. Calycinae valvulae subaequales, membranaceae, purpurascentes; corollinae conformes, coriaceae, pallide flavae, nitidae. *Schrad.* *In Brasilia. Princeps Serenis. Maxim. Neowidens.*

Quid PASPALUS *purpurascens Elliott Nutt. gen.* p. 57.

n. 217. AXONOPUS.

Pag. 317. n. 2. AXONOPUS *cimicinus*. Addatur synonymon: PANICUM *cimicinum*; culmis erectis, pilosis, 1-2 pedum; racemis pedunculatis corymbosis; floribus polygamis, geminatis; valvulis exterioribus calycis ciliatis; corollâ aristatâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 295. n. 17.

Culmi 1-2 ped.; folia brevia, lata, pilosa, ciliata, vaginis pilosis; racemi 4-10; ubi plures quam 4-5, reliqui in pedunculo elevati communi supra punctum, e quo priores: omnes nutantes, secundi. Flores duplici serie, rarius simplici. Calycis margo interior pilis rufis. Arista subinde deest in corolla trinervi, subinde et flosculus masculus adest. *Roxb. l. c.* *Rarior in recens cultis.*

Pag. 318. n. 4. AXONOPUS? *corymbosus*; vaginis foliorum setosis; spicis numerosis, corymbosis; calycibus bivalvibus; seminibus oblongis, glabris. PANICUM *corymbosum*. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 295. n. 18.

Culmi late repentes, natantes, apice emersi: in siccis 1-4 ped. Folia pilis rigidis albis. Spicae 4-8 poll., filiformes, suberectae, secundae, fastigiatae. Rhachis communis striata, partialis triquetra. Flores oblongi, serie duplici, geminati: altero brevius, altero longius pedicellato. Cal. bivalvis: valvulâ exteriore parvâ, alterâ magnitudine corollae, striatâ; tertiâ nullâ. Cor. familiae. Semen album. *Roxb. l. c.* *In vallibus tantum montium Circars, altissimum in stagnis aquae non salsae.*

n. 218. MILIUM.

Pag. 319. n. 2. MILIUM *effusum*. Addatur synonymon: *Sebast* et *Maur. Prodr. Fl. rom. p.* 26. *Wahlenb. Fl. ups. p.* 24. *van Hall Spec. bot. p.* 31. *Fl. Bat.* III. *p.* 181.

Obs. Clo *Steudel* hujus β videtur MIL. *confertum.*

n. 3. MILIUM *vernale*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 73.

Vaginae scaberrimae; valvulae calycinae scabrae, in *effuso* laeves. (?) *Link.*

Obs. Cl. *van Hall Spec. bot. p.* 31. describit MIL. *vernale* (quod etiam depinxit), laudatâ definitione *Biebersteiniana*, sequentibus: „Rad. fibrosa, tenuis, ⊙. Culmus erectus, *glaber laevis*, spithamaeus vel pedalis. Folia pollicem longa, lineam fere lata, mollia, glabra, laevia, supremum vaginâ 3-4plo brevius. Vaginae *glabrae*, *laeves*, teretes. Ligula spectabilis, obtusa, lacera, lineam longa. Panicula contracta, pauciflora; pedunculi pauci, inferne laeves, subflexuosi, erecti, subramosi; pedicelli incrassati, scabri. Locustae sphreae, ovatae, parvae, virides. Glumae subaequales, scabriusculae, nervis 3 paulo exstantibus, ovatae, margine albido angustissimo. Valvulae glumis paulo breviores, nitidae, cartilagineae, persistentes, semen includentes." Dubitat cls

van Hall utrum re vera M. vernale M. a Bieb. et ex diagnosi et fide speciminum nostrorum vernalis M. Bieb. causa diversum.

n. 4. Milium *confertum*. Cl. *Steudel* β M. effusi videtur.

Pag. 320. n. 5. Milio *rigidifolio* subjungatur:

n. 5 a. Milium *pungens* *Torr.*; paniculâ erectâ; valvis calycinis obtusis, emarginatis, glabris, diaphanis; foliis linearibus, rigidis, margine scabris. *Spreng. N. Ent.* II. *p.* 102. ad *litt. Torrey*.

Simile M. *rigidifolium*, sed hoc habet glumas exiguas fuscas, ceterum folia pariter rigida, apice subulata. Glumae calycinae laxae, hyalinae. Milium n. 3. *Mühlenb. gram. p.* 78. quadantenus accedit: sed illius vagina dicitur superne margine pilosa, ligula barbata; glaberrimae hae in nostro. *Spreng.* *Ad Shenectady in Massachusets.*

n. 6. Milium *capillare*. Addatur synonymon: *Roth nov. specc. plant. p.* 39.

Culmus 2-ped. et ultra; nodi glabri. Folia linearia, striata; ligula oblonga, obtusa, membranacea. Panicula 1/2 ped., ramosissima, ramis infimis verticillatis, reliquis alternis solitariis, basi incrassatis, cum ramulis flexuosis, asperis. Pedicelli longi, uniflori. Calycis glumae aequales, oblongae, nervosae, conniventes fructu maturescente, hinc dehiscentes. Cor. membranacea, tenuissima. Sem. oblongum, acuminatum, nigricans. *Roth.*

n. 7. Milio *amphicarpo* addatur synonymon: Milium *ciliatum Mühlenb. descr. uberior gram. p.* 7[illegible] Amphicarpum *Rafinesque Amer. M. Mag.* 1818. Jan.

„Rad. granulosa. Cal. valvulis lanceolatis, acuminatis, 3-nervibus. Cor. alba, calyci subaequalis. glabra, valvulâ valvulam involvente. Pist. 2 nigrescentia.“ *Mühlenb.* qui de floribus diclinis silet.

Pag. 322. Miliis addatur:

n. 15. Milium *racemosum Smith.*; paniculâ strictâ, racemosâ; valvis calycinis (ovato-lanceolatis) acutis, nervosis, erectis; aristâ corollae pubescentis (terminali) recta (corollâ) triplo longiore; foliis elongatis, scabris; ligulâ nullâ. (?) *Spreng. N. Ent.* II. *p.* 105. *Smith* in *Rees Cycl. n.* 15. Oryzopsis *melanocarpa Mühlenb. gram. p.* 79.

Culmus 2 1/2 ped., erectus, teres, simplex. Folia lanceolata, basi attenuata, supra pubescentia, margine scabra, nervosa. Vagina striata. Ligula obsoleta. Panicula simplex. Calycis valvulae nerves, glabrae. Cor. pilosa, nigrescens, calyce paulo minor: valvulâ alterâ aristâ nudâ. Antherae albae. Semen nigrum, corolla tectum. Congener M. *paradoxo*. *Mühlenb.* An ergo Piptatherum? *In collibus Pennsylvaniae.*

n. 16. Milium? *Mühlenbergianum*; culmo tereti, nodos

glabro, striato; foliis lanceolatis, acuminatis glabris; vaginâ elongatâ, superne margine pilosâ; ligulâ brevissimâ barbaeformi; paniculae ramis alternis, solitariis, florum pedicello sub calyce articulato. MILIUM (sine nomine) *Descript. uber.* *p.* 78. *n.* 3.

Cal. bivalvis, lanceolatus, aequalis, nervosus; etiam trivalvis, tertiâ minimâ. Cor. bivalvis, valvulâ alterâ alteram involvente, calyce parum minor, glabra. Stigmata 2 plumosa. *Mühlenb.*

n. 17. MILIUM? *sparsum Mill.*; paniculâ sparsâ, erectâ; glumis aristatis. *Mill. Dict. n.* 2.

Culmus P. *miliaceo* tenuior, 3-ped. folia breviora. Vaginae glabrae, striatae. *In Vera Cruz. Houst.*

n. 220. ECHINOLAENA.

pag. 322. n. 2. ECHINOLAENA *scabra*. Addatur synonymon: *Poir. Enc. meth. ill. gen. Suppl. p.* 644. *t.* 911.

n. 3. ECHINOLAENA *polystachya*. Adde synonymon: Ser. Princ. *Max. a Neuw.* in *N. Act. N. Cur.* T. XI. p. 8.

Pedunculus communis glaber in specim. brasil. *Ad viam Pilisbertiam juxta Ilheos fl. et sylvis ad Rio Xipoto et Iquetinhonho* lecto.

n. 221. ERIANTHUS.

pag. 323. n. 1. ERIANTHUS *saccharoides*. Addatur synonymon:
ERIANTHUS *giganteus Mühlenb. Descr. uber. p.* 191.
SACCHARUM *alopecuroides Nuttall gen. p.* 322.

Obs. „Nomen triviale" *giganteum* „tunc tantum valeret, si cum *Walter* ANTHOXANTHUM hodie jubetur inter SACCHARA vere, licet satis altum, reliquis omnibus minus." *Nuttall l. c.* Summam affinitatem cum ANDROPOGONE *alopecuroide* notat *Mühlenberg* l. c. qui in E. *saccharoide* „culmus nodis pilosis, sub panicula pilosus, erectus. Folia lineari-lanceolata, passim pilosa, nervo medio lato, albo. Ligula obsoleta barbiformis. Vaginae glabrae, striatae. Panicula terminalis, contracta, flosculo altero sessili, altero pedunculo sub calyce articulato. Cal. basi villo albo glumis longiore, valvula margine pilosa, mutica, altera bifida. Cor. valvula altera mutica, altera apice bifida, aristâ intermediâ longâ, scabrâ, tortuosâ. Antherae nigrescentes. Stigmata atro-purpurea. Semen fuscum, glabrum. *Mühlenb.*

n. 2. ERIANTHUS *Ravennae*. Addatur synonymon:
SACCHAR. *Ravennae Seb. et Maur. Prodr. Fl. rom. p.* 24.
SACCH. p. 1., spiculis geminatis; alterâ pedicellatâ; foliis convoluto-canaliculatis; vaginis ore pilosis. *M. a Bieb.*

Fl. t. c. Suppl. p. 61. Ripidium Ravennae Trin. Fund. Agr. p. 169. Moris. III. S. 8. t. 8. f. 32.

Cur cl. Steudel plantam M. a Bieb. diversam dicat a Linnaeana non intelligimus. „Paniculae rami ramulique nudi, haud nodosi. Pedicelli cum calycum basi pilis longis, sericeis. Cal. glumis acutis, alterâ paulo minore. Cor. inclusa; valvula altera in aristam longam capillarem calyce duplo longiorem producta, altera acutâ mutica, tertia minima genitalium basin amplectens. Antherae styli que purpurei.“ M. a Bieb.

Pag. 324. n. 4. Erianthus japonicus. Addatur synonymon: Ripidium japonicum Trin. Fund. Agr. p. 169.

n. 6. Erianthus brevibarbis. Addatur synonymon: Mühlenb. Descr. ub. p. 193.

„Culmus erectus, teres, nodis pubescentibus, sub panicula glaber. Folia lanceolata, margine scabra. Ligula pilosa. Vagina striata, apice pubescens. Panicula terminalis contracta, erecta, ramis ternis; rhachis sub flosculis pilis sive villis glumis brevioribus, patulis. Flosculi gemini, uno pedunculato, altero sessili. Cal. acuminatus. Cor. aristâ elongatâ hispidâ. Semen ovale purpurascens.“ Mühlenb.

Erianthis addatur:

n. 7. Erianthus strictus Baldw.; involucro subnullo; paniculae ramis remotiusculis, arcte adpressis; pedunculis bifloris; aristis rectis calyce duplo longioribus. Elliott Bot. of S. Carolin. et Georg. p. 39. Saccharum strictum Nuttall gen. p. 60.

n. 8. Erianthus contortus Elliott; villis involucrantibus calycem aequantibus; valvâ interiore corollae articulatâ; aristâ tortili. Elliott Bot. of S. Carolin. et Georg. p. 40. Saccharum contortum Nuttall gen. p. 60.

n. 241 a. CENTROPHORUM.

Pag. 324. n. 1. Centrophorum chinense Trin. Fund. Agr. p. 105. t. 5.

Panicula patens, pauciflora. Rami simplicissimi, adscendentes, superne incrassati, uniflori. Locustae fere ut flores Linariae. Cal. gluma inferior oblongo-lanceolata, acuminata, concava; superior, apice bifida, basi in calcar longum, subulatum elongata, tecta vaginâ ejusdem formae retrorsum pilosâ, apice hinc fissa brachiis obconicis, aequalibus, truncatis, lateralibus, calyci adpressis eôque paulo brevioribus. Cor. bivalvis, calyce triplo brevior: valvulâ inferiore hyalinâ, ovatâ, integrâ, acutâ, nervo dorsali in setam coriaceam longissimam producto; superiore minore, obtusâ. Sem. compressiusculum, subangulatum, liberum stylis 2 coronatum. Trin. l. c. ad ramum in Herb. Gorenk. In China.

n. 222. CHAETURUS.

Pag. 324. n. 1. CHAETURUS *fasciculatus*. Addatur synonymon: MILIUM *gallicum Hortul.*

Obs. AGROSTIS *articulata*, paniculâ arcte spicatâ, oblongiuscula; flosculis tuberculato-articulatis; calycis valvulâ alterâ aristatâ, corollâ muticâ *Brotero Fl. lusit.* p. 73. quoad descriptionem differre videtur: „Radix fibrosa, annua. Culmi plures ex eâdem radice, 3-8 poll., glabri, filiformes, bi-s. trinodes, inferne subramosi. Folia culmo breviora, glabra, vaginâ striata, ligulâ membranaceâ, glabrâ. Panicula 1-2 poll., s. paulo ultra, 5 lin. lata, pedunculis brevibus, brevissime subdivisis, et quasi verticillos breves efformantibus. Flosculi glabri, ad basin medio tuberculo minimo articulati, pedunculis scabris, et ab istis facile desilientes. Calycis valvulae inaequales: externa aristata, dorso scabra, aristâ flosculo duplo longiore; externa lanceolato-acuminata. Cor. valvulae glabrae membranaceae muticae, calyce breviores: interna minima, externâ triplo brevior." *Mert.*

n. 223. POLYPOGON.

Pag. 325. n. 1. POLYPOGON *monspeliensis*. Addatur synonymon:

P. p. c. lobatâ, e. pubescentibus: glumis acutiusculis longe aristatis; corollae aristâ subterminali. *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 55. *Bertol. Amoen.* p. 410. Et τῷ β: *van Hall Spec. bot. p.* 35. SANTIA *plumosa Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 28. (utraque varietas). PHALARIS *cristata Forsk. aegypt. arab. p.* 17. (fide *Delisle*) *S. V. ed. nostr. p.* 407. *n.* 407.

„Calycis glumae bidentato-emarginatae, aristâ ex fissura. Huic affinis, ejusque varietatem macilentam primo intuitu mentitur P. *tataricus Fisch. M. a. Bieb.* l. c. POLYPOGON *crinitus* s. PHLEUM *crinitum Elliott* cfr. *Nuttall. gen.* p. 50 alia species fore videtur, cum spica composita, et nervus calycis medius protensus in aristam duplo longiorem; corolla calyce multo minor. 6-10 poll. *In insula Sullivan.*

Obs. Cl. *Koch* ALOPECURUS *paniceus Linn. Spec.* p. 90. ad POLYPOGONEM *maritimum* potius, quam ad β *monspeliensis* spectare videtur in *Bot. Zeit.* 1820. p. 587. et sequ.

n. 1 a. POLYPOGON *tataricus Fisch.*; paniculâ spiciformi cylindricâ; calycibus hirsutis: glumis apice dilatatis, emarginato-bifidis, longe aristatis; corollâ muticâ. *Fischer C. H. Gorenk.* 1812. p. 3. apud *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 55.

An generis? *In deserto wolgico-uralensi.*

Pag. 326. n. 3. POLYPOGON *maritimus*. Addatur synonymon cum?

PHLEUM *crinitum Roxb.*; caespitosum; culmis adscendenti-

bus; paniculâ lineari, ramis innumeris mollibus, barbatis glumâ utrâque calycis aristatâ ciliatâ; majore corollae aristatâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. p. 316.

Culmi numerosi e radice, 6 - 12 poll., teretes, glabri, involuti vaginis internodia excedentibus. Folia ensiformia, 3 - 6 poll., glabra. Panicula oblonga, densa, mollissima ex aristis innumeris tenuissimis pallidis. Flores parvi, numerosi. Cal. bivalvis, 1-florus, valvulis subaequalibus, apice aristâ tenuissimâ longâ molli, dorso praecipue pilosis, margine membranaceis ciliatis. Cor. bivalvis, valvulis obtusis, calyce multo brevioribus, aristâ minimâ ex apice valvulae majoris. Semen glabrum, oblongum, obtusum. *Roxb. l. c.* *In Nepala et boreali India.*

n. 4. POLYPOGON *glomeratus*. Addantur synonyma: *Link Enum. alt. p.* 68. ALOPECURUS *glomeratus Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 495. AGROSTIS *setosa Mühlenb. Descr. uber. p.* 68, et, hoc teste, POLYPOGON *setosus Spreng.* (qui ergo delendus sub n. 5. in *Syst. Veg. ed. nostr.*) TRICHOCHLOA *glomerata Trin. Fund. Agr. p.* 117.

Obs. Cls. *Link* notat glumam corollinam longiorem glumâ calycinâ, et tamen hujus aristis; eam in *monspeliensi* corolla calyce minor, et eliam, aristata. „Culmus erectus, glaber, basi sobolifer, nodosus ramis erectis nullis. Folia lineari - lanceolata, nervosa, plana glauca. Ligula o. Vagina striata, glabra. Panicula contracta, cylindrica, rhachi pubescente. Valvulae calycinae aequales, carinatae aristatae, longiores corollinis aequalibus, muticis, basi et undique pubescentibus. Antherae luteae. Pist. purpurascentia. Sem. fuscum. Rad. repens, alba. Confer *A. racemosam Mich.*" *Mühlenb.* *Pennsylvania.*

Pag. 327. n. 5. POLYPOGON *setosus*. Deleatur, et hujus loco inseratur:

n. 5. POLYPOGON *filiformis Spreng.*; paniculâ racemosâ; calycibus ovatis scabris; culmo erecto, cespitoso. *filiformis Spreng.* in *Herb. Berteron.* apud *Balbis.*

Spithamaeus. Radix fibrosa, fibris crassiusculis, ligneis, fuscescentibus. Culmi cespitosi, a basi ad apicem fere vaginis involuti tardiusculis, glabris, striatis, basi vix 1/4 lin. in diametro, teretes sulcati, glabri, apice compresso-angulati, setacei. Nodi, uti vaginae basi, pilosi. Folia inferiora stricta, filiformia, convoluta, rigida, glabra, striata, subpungentia, 1/3 - 1/2 ped. Ligulae loco margo cartilagineus ad folium supremum planiusculum, vix ½ lin. longum. Rhachis ramulique breves 3 - 4 - flori, flexuosi scabri. Panicula circiter 1 1/2 poll., oblonga, contracta. Calycis glumae inaequales, utraque sub apice bifido aristata, et aristâ triplo brevior: exterior ovato-lanceolata, membranacea, trinervi dorso scabriuscula, margine transparens, et quartâ circiter parte brevior valvulâ internâ lanceolatâ, 5-nervi, carinâ scaberrima. Corollae glumae inaequales: interior major, (magnitudine glumae calycinae interioris) ovato-lanceolata, acuta, apice integra, ari-

brevi, vix 1/2 lin., scabrâ, membranacea, trinervis, dorso scabra; interior brevior, glumâ calycinâ inclusa, membranacea, enervis, apice denticulata. *Color* glumarum calycis hyalinus, in flosculis superioribus apice suberubescens, nervi eleganter virentes, aristae purpurascentes, scabrae, et stigmata atro-violacea elegantem paniculam sistunt. *In S. Domingo. Bertero.* ♃.

n. 6. POLYPOGON *tenellus.* Addatur synonymon: ALOPECURUS *tenellus. Poir. Enc. meth. Suppl. V. p.* 496.

n. 7. POLYPOGON *interruptus.* Addatur synonymon: ALOPECURUS *interruptus. Poir. l. c. p.* 495.

n. 8. POLYPOGON *elongatus.* Addatur synonymon: ALOPECURUS *elongatus. Poir. l. c.*

Pag. 328 post POLYPOGONES inseratur:

n. 223 a. XYSTIDIUM.

n. 1. XYSTIDIUM *maritimum Trin. Fund. Agr. p.* 102. *t.* II. *In Ins. Philippicis.*

n. 224. PIPTATHERUM.

Pag. 328. n. 1. PIPTATHERUM *paradoxum.* Addatur synonymon:
URACHNE *virescens Trin. Fund. Agrost. p.* 110.

n. 2. PIPTATHERUM *holciforme.* Addatur:

Obs. Rarissimum gramen in Tauria circa *Sudak* et circa *Tiflin* etiam occurrere; calycis glumas obscure 5-nerves, corollae valvulas induratas, testaceas, non penitus glabras; sed pilis minutis prostratis pubescentes notat exc. *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 60.

n. 3. PIPTATHERUM *caerulescens.* Addatur synonymon: MILIUM *caerulescens Bertolon. Amoen. p.* 327. URACHNE *caerulescens Trin. Fund. Agrost. p.* 110.

Obs. Aristam deciduam, pedicellos apice incrassatos, radicem ♃ notat cl. *Dufour*, qui Valentiae in fissuris rupium legit.

Pag. 329. n. 4. PIPTATHERUM *multiflorum.* Addatur synonymon:
PIPTATHERUM *frutescens*; culmo basi frutescente; panicula verticillatâ; radiis inferioribus sterilibus. *Link Enum. alt. p.* 72. MILIUM *frutescens Sieb. Herb. cret.* URACHNE *parviflora Trin. Fund. Agr. p.* 40. AGROSTIS *graeca Sibth. MS.* AGROSTIS *miliacea Brotère Fl. lus.*

Obs. Collatis speciminibus borealibus et meridionalibus cultis et spontaneis nullam omnino differentiam MILIUM *frutescens Sieb.* inter et *multiflorum* invenimus, quam quae a climate pendet. In australi enim Sieberi planta omnia rigidiora, angustiora, magis glaucescentia.

et Sieber ipse instar synonymi laudat MILIUM arundinaceum Smith, quod omnino AGROSTIS miliacea Linn.

n. 5. PIPTATHERUM *punctatum.* Addatur:

Obs. ERIOCHLOA videtur olo Kunth. Quibusdam huc videtur spectare PANICUM *flavescens Sieb. Fl. martinic.* nobis, qui eandem possidemus cum Supplemento, ignotum. Sed aliud reperimus in Herb. Sieb. PIPTATHERUM, sequens.

n. 5 a. PIPTATHERUM *confine;* paniculâ racemis fasciculatis, alternis, indivisis ramosisque; floribus alternis, geminis; pedicellis apice incrassatis; perianthii valvulâ exteriore aristato-mucronatâ. *Sieber Hb. martin.* 265. (sine nomine.)

Specimen nostrum frustum culmi 2 ped, sine radice. Culmi crassitie calami scriptorii tenuioris, geniculis contractis, subpubescentibus, glabri, superne sub panicula scabri, omnino teretes, arundinacei. Vaginae striatae, scabrae, apice praecipue pilosae. Ligulae loco series pilorum, 2 fere lin. Folia lineari-subulata, longissimum in nostro 1 1/2 ped) basi plana et 4 fere lin. lata, apice convoluta, margine et carinâ scaberrima, nervosa, subtus praecipue et ad basin pilosa, glauca. Panicula 1 1/2 ped; racemis erectis 30-40 in singulo fasciculo; fasciculis inferioribus remotis, superioribus approximatis; rhachi basi tereti, scabrâ, superiora versus angulatâ et ad angulos scabrâ. Rami majores ramosi, 1/2 ped. minores indivisi, 2-3 poll. omnes flexuosi, filiformes, scabri. Pedicellus longior fere lineae, alter duplo triploque brevior: omnes scabri. Calycis valvulae inaequales: exterior ovato-lanceolata lineam fere longa, trinervis, dorso et carinâ praecipue scabra apice membranacea, bifida, nervo medio in mucronem prominulum scabrum porrecto; interior lanceolato-acuminata, duplo longior, membranacea, bifida. Valvulae corollinae inaequales: exterior lanceolata, mutica, valvulâ calycinâ exteriore inclusa, et eidem parum minor, membranacea, glabra; interior lanceolata, semen involvens, duplo fere exteriore minor, basi pilosa, apice desinens in aristam geniculatam, basi rufescentem, pilosam, valvula duplo longiorem, et parte superiore ultra valvulam calycis longiorem prominentem. Antherae purpureae, inclusae. Spiculae aliae virescunt, aliae flavescunt, aliae purpurascentes sunt. *In Martinica.* Hortulanus *Di Sieber.*

Pag. 330. n. 6. PIPTATHERUM *comosum.* Addatur synonymon AGROSTIS *milium comosum Seb. et Maur. prodr. Flor. rom. p.* 26. et his testibus: AGROSTIS *miliacea Savi bot. Etr. p.* 31. (fide specim.) *Sebast. Pl. rom. Fasc.* II *p.* 23.

Culmus 3-4-ped., perennans. Arista glumâ duplo et ultra longior *S. et M.*

Quid PIPTATHERUM *elegans Beauv.* s. MILIUM *elegans* apud Steudel

n. 225. ERIOCHLOA.

Pag. 331. n. 1. ERIOCHLOAE *distachyae* addatur synonymon: *Poir. Enc. meth. illustr. gen. Suppl.* 539. *t.* 909.

n. 2. ERIOCHLOA *polystachya.* Addatur synonymon: *Poir. l. c.*

n. 3. E. *Kunthii Meyer;* culmo pubescente; paniculâ pyramidatâ; valvulis corollinis glabris: exteriore axistâ subulatâ calycis longitudine. *Meyer Essequebo* 47. (HELOPODIS speciem esse *Trin. Fund. Agr. p.* 104.)

Culmus erectus, 3-4-ped., ramosus, teres, striatus, dense et mollissime pubescens. Folia lineari-lanceolata, acuminata, lineas 6-8 lata, plana, glabriuscula, quâ vaginis insident, utroque latere pubescentia, margine scabra. Vaginae striatae, glabrae. Ligulae loco margo brevissimus, lanato-ciliatus. Panicula erecta, 1/2 ped. circiter, e spicis copiosis, simplicissimis, apicem versus decrescentibus. Rhaches angulatae, subcompressae pedicellique lanatae, pilis intermixtis longiores. Flores gemini unilaterales approximati: altero pedicellato, altero subsessili. Pedicelli vix lineae, capitulo glabro, fuscescente. Calycis glumae membranaceae subaequales, ovato-oblongae, aristâ brevissimâ in glumae exterioris apice subfissâ acuminatae, trinerves, pilosae, apicem versus glabrae. Cor. calyce 1/3 brevior; valvulae coriaceae, ellipticae, tenuissime punctatae, albidae: exterior ventricosa, interiorem arcte amplectens, obsolete trinervis, glabra, apice hispidula, aristâ setulis minimis patentibus obsessâ; interior paulo brevior, mutica, dorso planiuscula, margine nitido involuta, enervis, glaberrima. Filamenta brevissima. Antherae lineari-oblongae, utrinque fissae, luteae. Stigmata exserta purpurea. Affinis ERIOCHLOAE *polystachyae Humb.* et *Bonpl.* et MILIO (PIPTATHERO) *punctato*, quod hujus etiam generis; differt ab utraque staturâ duplo majori, foliis latioribus, paniculis longioribus. Differt ERIOCHLOA a MILIO floribus unilateralibus, calycibus aristatis, valvulâ corollinâ interiore non ventricosâ sed planiusculâ, et semine corollâ tecto, non corticato. A. PASPALO differt glumis calycinis acuminatis, aristatis, corollàque multo longioribus. *Meyer l. c. In graminosis humidis plantationis Hamburg.* ♃.

n. 226. STIPA.

Pag. 331. n. 1. STIPA *pennata.* Addatur synonymon: *Sebast.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 25.

Pag. 332. n. 4. STIPA *tortilis.* Adde synonyma: *Bivon. Bernard. plant. sicul. C.* II. *p.* 61. *Brot. Phyt. lusit. Fasc.* I. *p.* 5. *Phyt. lusit. select. p.* 20. *t.* 9. *Link Enum. p.* 73.

Culmi passim 2-ped. Calycis valvulae corollâ 5-plo longiores. Cor. calyce interiore, subcartilagineo, scabro, altero latere dehiscente involuta, albida; gluma altera bifida, aristâ longissimâ villis 4-fa-

et *Sieber* ipse instar synonymi laudat MILIUM *arundinaceum* *Smith*, quod omnino AGROSTIS *miliacea* *Linn*.

n. 5. PIPTATHERUM *punctatum*. Addatur:

Obs. ERIOCHLOA videtur olo *Kunth*. Quibusdam huc videtur spectare PANICUM *flavescens* *Sieb. Fl. martinic.* nobis, qui eandem possidemus cum Supplemento, ignotum. Sed aliud reperimus in *Herb. Sieb.* PIPTATHERUM, sequens.

n. 5 a. PIPTATHERUM *confine*; paniculâ racemis fasciculatis, alternis, indivisis ramosisque; floribus alternis, geminis; pedicellis apice incrassatis; perianthii valvulâ exteriore aristato-mucronatâ. *Sieber Hb. martin.* 265. (sine nomine.)

Specimen nostrum frustum culmi 2-ped., sine radice. Culmi crassitie calami scriptorii tenuioris, geniculis contractis, subpubescentibus, glabri, superne sub panicula scabri, omnino teretes, arundinacei. Vaginae striatae, scabrae, apice praecipue pilosae. Ligulae loco series pilorum, 2 fere lin. Folia lineari-subulata, (lo... fimum in nostro 1 1/2 ped) basi plana et 4 fere lin. lata, spi... convoluta, margine et carinâ scaberrima, nervosa, subtus praecipue et ad basin pilosa, glauca. Panicula 1 1/2 ped; racemis erectis 30-40 in singulo fasciculo; fasciculis inferioribus remotis, superioribus approximatis; rhachi basi tereti, scabrâ, superiora versus angulatâ et ad angulos scabrâ. Rami majores ramosi, 1/2 ped. minores indivisi, 2-3 poll. omnes flexuosi, filiformes, scabri. Pedicellus longior fere lineae, alter duplo triploque brevior: omnes scabri. Calycis valvulae inaequales: exterior ovato-lanceolata, lineam fere longa, trinervis, dorso et carinâ praecipue scabra, apice membranacea, bifida, nervo medio in mucronem prominulum scabrum porrecto; interior lanceolato-acuminata, duplo longior, membranacea, bifida. Valvulae corollinae inaequales: exterior lanceolata, mutica, valvulâ calycinâ exteriore inclusa, et eadem parum minor, membranacea, glabra; interior lanceolata, s... men involvens, duplo fere exteriore minor, basi pilosa, apice de... sinens in aristam geniculatam, basi rufescentem, pilosam, valvul... duplo longiorem, et parte superiore ultra valvulam calycis longiorem prominentem. Antherae purpureae, inclusae. Spiculae aliae virescunt, aliae flavescunt, aliae purpurascentes sunt. *In Martinica.* Hortulanus *Di Sieber.*

Pag. 330. n. 6. PIPTATHERUM *comosum*. Addatur synonymon AGROSTIS *milium comosum* *Seb. et Maur. predr. Flor. rom.* p. 26. et his testibus: AGROSTIS *miliacea* *Sa... bot. Etr.* p. 31. (fide specim.) *Sebast. Pl. rom.* Fasc. II. p. 23.

Culmus 3-4-ped., perennans. Arista glumâ duplo et ultra longior. *S. et M.*

Quid PIPTATHERUM *elegans* *Beauv.* s. MILIUM *elegans* apud *Steude...*

n. 225. ERIOCHLOA.

Pag. 331. n. 1. ERIOCHLOAE *distachyae* addatur synonymon: *Poir. Enc. meth. illustr. gen. Suppl.* 539. *t.* 909.

n. 2. ERIOCHLOA *polystachya.* Addatur synonymon: *Poir. l. c.*

n. 3. E. *Kunthii Meyer;* culmo pubescente; paniculâ pyramidatâ; valvulis corollinis glabris: exteriore axistâ subulatâ calycis longitudine. *Meyer Essequebo* 47. (HELOPODII speciem esse *Trin. Fund. Agr. p.* 104.)

Culmus erectus, 3-4-ped., ramosus, teres, striatus, dense et mollissime pubescens. Folia lineari-lanceolata, acuminata, lineas 6-8 lata, plana, glabriuscula, quâ vaginis insident, utroque latere pubescentia, margine scabra. Vaginae striatae, glabrae. Ligulae loco margo brevissimus, lanato-ciliatus. Panicula erecta, 1/2 ped. circiter, e spicis copiosis, simplicissimis, apicem versus decrescentibus. Rhaches angulatae, subcompressae pedicellique lanatae, pilis intermixtis longiores. Flores gemini unilaterales approximati: altero pedicellato, altero subsessili. Pedicelli vix lineae, capitulo glabro, fuscescente. Calycis glumae membranaceae subaequales, ovato-oblongae, aristâ brevissimâ in glumae exterioris apice subfissâ acuminatae, trinerves, pilosae, apicem versus glabrae. Cor. calyce 1/3 brevior; valvulae coriaceae, ellipticae, tenuissime punctatae, albidae: exterior ventricosa, interiorem arcte amplectens. obsolete trinervis, glabra, apice hispidula, aristâ setulis minimis patentibus obsessâ; interior paulo brevior, mutica, dorso planiuscula, margine nitido involuta, enervis, glaberrima. Filamenta brevissima. Antherae lineari-oblongae, utrinque fissae, luteae. Stigmata exserta purpurea. Affinis ERIOCHLOAE *polystachyae* *Humb.* et *Bonpl.* et MILIO (PIPTATHERO) *punctato*, quod hujus etiam generis; differt ab utraque staturâ duplo majori, foliis latioribus, paniculis longioribus. Differt ERIOCHLOA a MILIO floribus unilateralibus, calycibus aristatis, valvulâ corollinâ interiore non ventricosâ sed planiusculâ, et semine corollâ tecto, non corticato. A. PASPALO differt glumis calycinis acuminatis, aristatis, corollâque multo longioribus. *Meyer l. c. In graminosis humidis plantationis Hamburg.* ♃.

n. 226. STIPA.

Pag. 331. n. 1. STIPA *pennata.* Addatur synonymon: *Sebast.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 25.

Pag. 332. n. 4. STIPA *tortilis.* Adde synonyma: *Bivon. Barnard. plant. sicul. C.* II. *p.* 61. *Brot. Phyt. lusit. Fasc.* I. *p.* 5. *Phyt. lusit. select. p.* 20. *t.* 9. *Link Enum. p.* 73.

Culmi passim 2-ped. Calycis valvulae corollâ 5-plo longiores. Cor. calyce interiore subcartilagineo, scabro, altero latere dehiscente involuta, albida; gluma altera bifida, aristâ longissimâ villis 4-fa-

et Sieber ipse instar synonymi laudat MILIUM arundinaceum Smith, quod omnino AGROSTIS miliacea Linn.

n. 5. PIPTATHERUM *punctatum*. Addatur:

Obs. ERIOCHLOA videtur olo Kunth. Quibusdam hoc videtur spectare PANICUM *flavescens* Sieb. *Fl. martinic.* nobis, qui eandem possidemus cum Supplemento, ignotum. Sed aliud reperimus in *Herb.* Sieb. PIPTATHERUM, sequens.

n. 5 a. PIPTATHERUM *confine*; paniculâ racemis fasciculatis, alternis, indivisis ramosisque; floribus alternis, geminis; pedicellis apice incrassatis; perianthii valvulâ exteriore aristato-mucronatâ. *Sieber Hb. martin.* 265. (sine nomine.)

Specimen nostrum frustum culmi 2-ped., sine radice. Culmi crassitie calami scriptorii tenuioris, geniculis contractis, subpubescentibus, glabri, superne sub panicula scabri, omnino teretes, arundinacei. Vaginae striatae, scabrae, apice praecipue pilosae. Ligulae loco series pilorum, 2 fere lin. Folia lineari-subulata, longissimum in nostro 1 1/2 ped.) basi plana et 4 fere lin. lata, apice convoluta, margine et carinâ scaberrima, nervosa, subtus praecipue et ad basin pilosa, glauca. Panicula 1 1/2 ped; racemis erectis 30-40 in singulo fasciculo; fasciculis inferioribus remotis, superioribus approximatis; rhachi basi tereti, scabrâ, superiora versus angulatâ et ad angulos scabrâ. Rami majores ramosi, 1/2 ped. minores indivisi, 2-3 poll. omnes flexuosi, filiformes, scabri. Pedicellus longior fere lineae, alter duplo triploque brevior: omnes scabri. Calycis valvulae inaequales: exterior ovato-lanceolata lineam fere longa, trinervis, dorso et carinâ praecipue scabra apice membranacea, bifida, nervo medio in mucronem prominulum scabrum porrecto; interior lanceolato-acuminata, duplo longior, membranacea, bifida. Valvulae corollinae inaequales: exterior lanceolata, mutica, valvulâ calycinâ exteriore inclusa, et eadem parum minor, membranacea, glabra; interior lanceolata, semen involvens, duplo fere exteriore minor, basi pilosa, apice desinens in aristam geniculatam, basi rufescentem, pilosam, valvula duplo longiorem, et parte superiore ultra valvulam calycis longe rem prominentem. Antherae purpureae, inclusae. Spiculae aliae virescunt, aliae flavescunt, aliae purpurascentes sunt. *In Martinica.* Hortulanus *Di Sieber.*

Pag. 330. n. 6. PIPTATHERUM *comosum*. Addatur synonymon AGROSTIS *milium comosum* *Seb.* et *Maur. prodr. Flor. rom. p.* 26. et his testibus: AGROSTIS *miliacea* *Sav. bot. Etr. p.* 31. (fide specim.) *Sebast. Pl. rom. Fasc. II. p.* 23.

Culmus 3-4-ped., perennans. Arista glumâ duplo et ultra longior *S. et M.*

Quid PIPTATHERUM *elegans* Beauv. s. MILIUM *elegans* apud Steud

n. 225. ERIOCHLOA.

Pag. 331. n. 1. ERIOCHLOAE *distachyae* addatur synonymon: *Poir. Enc. meth. illustr. gen. Suppl.* 539. *t.* 909.

n. 2. ERIOCHLOA *polystachya*. Addatur synonymon: *Poir. l. c.*

n. 3. E. *Kunthii Meyer*; culmo pubescente; paniculá pyramidatâ; valvulis corollinis glabris: exteriore axistâ subulatâ calycis longitudine. *Meyer Essequebo* 47. (HELOPODIS speciem esse *Trin. Fund. Agr. p.* 104.)

Culmus erectus, 3-4-ped., ramosus, teres, striatus, dense et mollissime pubescens. Folia lineari-lanceolata, acuminata, lineas 6-8 lata, plana, glabriuscula, quà vaginis insident, utroque latere pubescentia, margine scabra. Vaginae striatae, glabrae. Ligulae loco margo brevissimus, lanato-ciliatus. Panicula erecta, 1/2 ped. circiter, e spicis copiosis, simplicissimis, apicem versus decrescentibus. Rhaches angulatae, subcompressae pedicellique lanatae, pilis intermixtis longiores. Flores gemini unilaterales approximati: altero pedicellato, altero subsessili. Pedicelli vix lineae, capitulo glabro, fuscescente. Calycis glumae membranaceae subaequales, ovato-oblongae, aristâ brevissimâ in glumae exterioris apice subfissâ acuminatae, trinerves, pilosae, apicem versus glabrae. Cor. calyce 1/3 brevior; valvulae coriaceae, ellipticae, tenuissime punctatae, albidae: exterior ventricosa, interiorem arcte amplectens, obsolete trinervis, glabra, apice hispidula, aristâ setulis minimis patentibus obsessâ; interior paulo brevior, mutica, dorso planiuscula, margine nitido involuta, enervis, glaberrima. Filamenta brevissima. Antherae lineari-oblongae, utrinque fissae, luteae. Stigmata exserta purpurea. Affinis ERIOCHLOAE *polystachyae Humb.* et *Bonpl.* et MILIO (PIPTATHERO) *punctato*, quod hujus etiam generis; differt ab utraque staturâ duplo majori, foliis latioribus, paniculis longioribus. Differt ERIOCHLOA a MILIO floribus unilateralibus, calycibus aristatis, valvulâ corollinâ interiore non ventricosâ sed planiusculâ, et semine corollâ tecto, non corticato. A. PASPALO differt glumis calycinis acuminatis, aristatis, corollàque multo longioribus. *Meyer l. c.* *In graminosis humidis plantationis Hamburg.* ♃.

n. 226. STIPA.

Pag. 331. n. 1. STIPA *pennata*. Addatur synonymon: *Sebast.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 25.

Pag. 332. n. 4. STIPA *tortilis*. Adde synonyma: *Bivon. Bernard. plant. sicul. C.* II. *p.* 61. *Brot. Phyt. lusit. Fasc.* I. *p.* 5. *Phyt. lusit. select. p.* 20. *t.* 9. *Link Enum. p.* 73.

Culmi passim 2-ped. Calycis valvulae corollâ 5-plo longiores. Cor. calyce interiore, subcartilagineo, scabro, altero latere dehiscente involuta, albida; gluma altera bifida, aristâ longissimâ villis 4-fa-

riam dispositis tectâ, demum tortili. *Dufour in litt.* Arista ad articulum usque 2 poll., ultra geniculum 1 1/2 pollicis; cum in *juncea* ad geniculum usque pollicaris, ultra geniculum 10 lin. *Etiam in Prom. b. Spei*, fide specim. *Hesse.* *Schrad.*

n. 5. Stipa *juncea.* Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 182. (fors varietas ab europaea diversa.)

In planta Mühlenbergiana „Culmus teres, 2 1/2 ped., glaber; folia elongata, linearia, nervosa, filiformia. Ligula nulla. Vagina glabra, nervosa. Panicula contracta, ramis solitariis abbreviatis, erectis. Cal. valvulae lanceolatae, trinerves, glabrae, altera cuspidata. Cor. valvula altera linearis, brevior; altera lanceolata, basi pubescens, apice aristâ nudâ."

Obs. Cl. *Nuttall. gen. p.* 58. describit americanam *junceam*, ad ripas Missouri et in Virginia abundantem, molestissimam itinerantibus, calyce nervoso paleaceo laxo, in acumen filiforme semine duplo longius attenuato; semine stipitato, obtusiusculo, articulato cum arista laevi, gracili, vix contorta, 1/2 ped; stipite 1/3 longitudinis seminis, acuto, pubescente.

n. 5 a. Stipa *melanocarpa Mühlenb.*; aristâ tortuosâ; calyce corollâ multum longiore; foliis lineari-lanceolatis, scabris. *Mühlenb. Descr. uber. p.* 183.

Culmus teres nodique glabri; vagina elongata, striata, compressa. ligulâ exsertâ lacerâ. Spicae pedunculatae in involucro cymbiformi Andropogonis, rhachi hirsutâ. Cal. lanceolatus. Cor. pubescens, demum nigrescens, stipite hirsuto. Semen corollâ inclusum. *Mühlenb.* *In Georgia.*

n. 8. Stipa *capillata.* Addatur synonymon: *Sebast. et Maur. prodr. Fl. rom. p.* 25.

Pag. 334. n. 9. Stipa *tenacissima.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 73.

Arista ad geniculum usque 7 lin; ultra geniculum 9.

Pag. 334. n. 12. Stipa *avenacea.* Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 181.

Culmus erectus, striatus, 3-ped., nodis glabris. Folia linearia; terminale setaceum, scabrum, longe vaginatum. Ligula elongata. Vagina striata, glabra. Panicula basi clandestina, ramis solitariis geminis ternisve erectis, scabris, 1-floris. Cal. valvulae subaequales, lanceolatae, glabrae, margine albae, mucronatae. Cor. basi acuminata, pungens, barbata, altera longissima, aristâ terminali tortuosâ, scabrâ. Sem. nigrescens. *Mühlenb.* *A Nova Caesar. ad Pensylv. ad Georgiam usque et in Cherokee.*

n. 13. Stipa *Aristella.* Addatur synonymon: *Seb. et Maur. prodr. Fl. rom. p.* 26. Agrostis *bromoides M. a Bieb. casp. app. p.* 208. se teste in *Fl. t. c.*

Suppl. p. 82, et, fide *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 252. ANDROPOGON *hermaphroditus Pourret inedit.* CALAMAGROSTIS *bromoides Nuttall gen.* I. *p.* 44. ACHNATHERUM *bromoides P. d. Beauv.* AGROST. *stipata Koel. p.* 77?

n. 13, bis. STIPA *conferta Hort. paris;* paniculâ confertâ; spiculis pedicellatis; aristâ nudâ, rectâ, inferne tortili, calyce triplo longiore; foliis planis, dein convoluto-subulatis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 252.

Affinis STIPAE *Aristellae;* a qua, praeter characteres allatos, aristis multo longioribus differt. 2-3-ped.; culmus rectus, glaber, teres; folia glaberrima, longa, rigida, vaginae ore membranaceae; folium supremum spathaceum; panicula 8-10 pollic., glaberrima; valvulae calycinae elongato-acuminatae; corolla basi pubescens; arista glaberrima, calyce ad minimum triplo longior. *Habitat?* ♃.

Pag. 335. n. 14. STIPA *parviflora.* Addatur:
β. americana. Nuttall gen. p. 68.

In *β* culmus 1-2 ped., laevis. Folia laevia, caulem paniculamque vaginantia, filiformi-attenuata, nec tamen rigida. Panicula longa, appressa, multiflora. Pedunculi filiformes. Calyx corollâ dimidio longior, valvulis compressis, carinatis, partim trinervibus, subaequalibus, abrupte acuminatis, apice fere capillari. Cor. subvillosa, subsessilis, aristâ laevi, apice capillari, subflexuosâ, 1 1/2 poll. Sem. villosum, obtusum. *Nutt. Abunde in planitie ad Missouri.*

Pag. 336. n. 19. STIPA *bicolor.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 336. et, hoc teste, omnino STIPA *barbata Mich.*

Etiam in Brasilia.

Pag. 339. n. 28. STIPA *membranacea.* Addatur:

Obs. Cum STIPA *membranacea Linn.* ipsi possessori *Herb. Linn.* dubia sit planta, intersit FESTUCAE *longisetae*, racemo subsimplici, secundo; spiculis 6-floris, longissime aristatis; calycis valvulâ exteriore corolliformi maximâ aristatâ: alterâ minutissimâ muticâ *Brot. Fl. lusit. p.* 116. (quae a cl. *Link* huc ducitur) descriptionem amplissimam exhibere, ex qua patebit magna cum BROMO *ligustica* affinitas. „Rad. fibrosa, fibris subfuscis villosis. Culmi plures ex eodem nodo radicali, inferne parum refracti, dein erecti, 1-1 1/2 ped., nodis 4 fuscis, sursum sensim remotioribus, supremo semper supra medium culmi, simplicissimi, filiformes, striati, superne infra racemum nudi. Folia omnia glabra, ut tota planta, inferiora ad radicem plana, lineam lata, 8 poll. longa, margine laevi, demum convoluta; vaginis submembranaceis striatis, laminâ folii brevioribus; ligula minima, truncata, crenulata; superiora similia sensim decrescentia, vaginis valde breviora. Racemus 3-4 poll., subsimplex, secundus, rhachi triangulari, glabrâ, rectâ, laevi. Spiculae inferiores laxae, ad tertium sive quartum rhachis nodum geminae, (rarissime infimae) ternae pedunculo communi brevi vel brevissimo, partialibus sursum incrassatis, angulatis, aut hinc convexis, inde angulatis, laevibus, inaequalibus, majori 3-5 lin. longo; superio-

riam dispositis tectâ, demum tortili. *Dufour in litt.* Arista ad articulum usque 2 poll., ultra geniculum 1 1/2 pollicis; cum in *juncea* ad geniculum usque pollicaris, ultra geniculum 10 lin. *Etiam in Prom. b. Spei*, fide specim. *Besse.* *Schrad.*

n. 5. STIPA *juncea*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 182. (fors varietas ab europaea diversa.)

In planta Mühlenbergiana „Culmus teres, 2 1/2 ped., glaber; folia elongata, linearia, nervosa, filiformia. Ligula nulla. Vagina glabra, nervosa. Panicula contracta, ramis solitariis abbreviatis, erectis. Cal. valvulae lanceolatae, trinerves, glabrae, altera cuspidata. Cor. valvula altera linearis, brevior; altera lanceolata, basi pubescens, apice aristâ nudâ.“

Obs. Cls. *Nuttall. gen. p.* 58. describit americanam *junceam*, ad ripas Missouri et in Virginia abundantem, molestissimam itinerantibus, calyce nervoso paleaceo laxo, in acumen filiforme semine duplo longius attenuato; semine stipitato, obtusiusculo, articulato cum arista laevi, gracili, vix contorta, 1/2 ped; stipite 1/3 longitudinis seminis, acuto, pubescente.

n. 5a. STIPA *melanocarpa Mühlenb.*; aristâ tortuosâ; calyce corollâ multum longiore; foliis lineari-lanceolatis, scabris. *Mühlenb. Descr. uber. p.* 183.

Culmus teres nodique glabri; vagina elongata, striata, compressa, ligulâ exsertâ lacerâ. Spicae pedunculatae in involucro cymbiformi ANDROPOGONIS, rhachi hirsutâ. Cal. lanceolatus. Cor. pubescens, demum nigrescens, stipite hirsuto. Semen corollâ inclusum. *Mühlenb.* *In Georgia.*

n. 8. STIPA *capillata*. Addatur synonymon: *Sebast.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 25.

Pag. 334. n. 9. STIPA *tenacissima*. Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 73.

Arista ad geniculum usque 7 lin; ultra geniculum 9.

Pag. 334. n. 12. STIPA *avenacea*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 181.

Culmus erectus, striatus, 3-ped., nodis glabris. Folia linearia; terminale setaceum, scabrum, longe vaginatum. Ligula elongata. Vagina striata, glabra. Panicula basi clandestina, ramis solitariis geminis ternisve erectis, scabris, 1-floris. Cal. valvulae subaequales, lanceolatae, glabrae, margine albae, mucronatae. Cor. basi acuminata, pungens, barbata, altera longissima, aristâ terminali tortuosâ, scabrâ. Sem. nigrescens. *Mühlenb.* *A Nova Caesar. ad Pennsylv. ad Georgiam usque et in Cherokee.*

n. 13. STIPA *Aristella*. Addatur synonymon: *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 26. AGROSTIS *bromoides M. a Bieb. casp. app. p.* 208. se teste in *Fl. l. c.*

Suppl. p. 82, et, fide *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 252. ANDROPOGON *hermaphroditus Pourret inedit.* CALAMAGROSTIS *bromoides Nuttall gen.* I. *p.* 44. ACHNATHERUM *bromoides P. d. Beauv.* AGROST. *stipata Koel. p.* 77?

n. 13, bis. STIPA *conferta Hort. paris;* paniculâ confertâ; spiculis pedicellatis; aristâ nudâ, rectâ, inferne tortili, calyce triplo longiore; foliis planis, dein convoluto-subulatis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 252.

Affinis STIPAE *Aristellae;* a qua, praeter characteres allatos, aristis multo longioribus differt. 2-3-ped.; culmus rectus, glaber, teres; folia glaberrima, longa, rigida. vaginae ore membranaceae; folium supremum spathaceum; panicula 8-10 pollic., glaberrima; valvulae calycinae elongato-acuminatae; corolla basi pubescens; arista glaberrima, calyce ad minimum triplo longior. *Habitat?* ♃.

Pag. 335. n. 14. STIPA *parviflora.* Addatur: *β. americana. Nuttall gen. p.* 58.

In *β* culmus 1-2 ped., laevis. Folia laevia, caulem paniculamque vaginantia, filiformi-attenuata, nec tamen rigida. Panicula longa, appressa, multiflora. Pedunculi filiformes. Calyx corollâ dimidio longior, valvulis compressis, carinatis, partim trinervibus, subaequalibus, abrupte acuminatis, apice fere capillari. Cor. subvillosa, subsessilis, aristâ laevi, apice capillari, subflexuosâ, 1 1/2 poll. Sem. villosum, obtusum. *Nutt. Abunde in planitie ad Missouri.*

Pag. 336. n. 19. STIPA *bicolor.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 336. et, hoc teste, omnino STIPA *barbata Mich.*

Etiam in Brasilia.

Pag. 339. n. 28. STIPA *membranacea.* Addatur:

Obs. Cum STIPA *membranacea Linn.* ipsi possessori *Herb. Linn.* dubia sit planta, intersit FESTUCAE *longisetae*, racemo subsimplici, secundo; spiculis 6-floris, longissime aristatis; calycis valvulâ externâ corolliformi maximâ aristatâ: alterâ minutissimâ muticâ *Brot. Fl. lusit. p.* 116. (quae a cl. *Link* huc ducitur) descriptionem amplissimam exhibere, ex qua patebit magna cum BROMO *ligustico* affinitas. „Rad. fibrosa, fibris subfasciculatis villosis. Culmi plures ex eodem nodo radicali, inferne parum refracti, dein erecti, 1-1 1/2 ped., nodis 4 fuscis, sursum sensim remotioribus, supremo semper supra medium culmi, simplicissimi, filiformes, striati, superne infra racemum nudi. Folia omnia glabra, ut tota planta, inferiora ad radicem plana, lineam lata, 3 poll. longa, margine laevi, demum convoluta; vaginis submembranaceis striatis, laminâ folii brevioribus; ligula minima, truncata, crenulata; superiora similia sensim decrescentia, vaginis valde breviora. Racemus 3-4 poll., subsimplex, secundus, rhachi triangulari, glabrâ, rectâ, laevi. Spiculae inferiores laxae, ad tertium sive quartum rhachis nodum geminae, (rarissime infimae) ternae pedunculo communi brevi vel brevissimo, partialibus sursum incrassatis, angulatis, aut hinc convexis, inde angulatis, laevibus, inaequalibus, majori 3-5 lin. longo; superio

tae solitariae, alternae, pedunculatae, laxae, 5-6-7-florae, 5 lin. longae; flosculis distichis alternis laxis, extremis sterilibus, in rhachi oblongâ laevi sessilibus. Gluma calycina altera minima, vix lineam longa, acuminata, margine scariosa, dorso scabriuscula; altera longissima 4 lin., fere longitudine spiculae, corollam infimi flosculi effingens, dorso scabra, marginibus membranaceis, apice aristâ 3 fere linear. Corollae valvula exterior acuminata glabra, dorso superne scabra, aristâ triplo quadruplo longiore, scabrâ, interdum purpurascente; interna albida, membranacea, bifida, superne ciliata, externâ paulo brevior. Semen oblongum, hinc unisulcatum. Variat in solo macro spiculis omnibus solitariis, racemo simplicissimo, et tota planta habitu minor. *In collibus siccis circa Conimbricam et alibi in Beira meridionali usque ad Tagum.*" ⊙.)

n. 29. Stipa *hymenoides*. Addatur synonymon: Eriocoma *cuspidata*; paniculâ dichotomâ; pedunculis flexuosis, capillaribus, subclavatis; foliis praelongis, convolutis, subulatis; nodis culmi distantibus, ex integro vaginatis. *Nutt. gen. p.* 40.

Culmus 2-3 ped., simplex. Folia filiformia, saepe pedalia, vagini 1/2 ped. Ligula integra, conspicua. Cal. bivalvis, 1-florus, valvulis membranaceis, corollâ fere duplo longioribus, ventricosis, gibbis, supra corollam contractis, omnibus trinervibus; nervis lateralibus 2/3 brevioribus, medio in aristam brevem terminato, omnibus subpubescentibus. Cor. bivalvis, brevis, subovata, maturo fructu fere sphaerico, valvulis coriaceis, villis sericeis exsertis: valvula dorsalis aristis 2 triquetris, pungentibus, deciduis, vix longitudine calycis, primum erectis, demum subincurvis; interior mutica, inclusa. Stam. vix exserta. Antherae parvae, fuscae, utrinque bifidae, supra fasciculo pilorum. Stigmata 2 brevia, hirsuta. Nectarium triphyllum. Semen subglobosum. *Nuttall* l. c. qui genus inde proprium constituit affine Oryzopsi, sed abunde distinctum. Anne haec Stipa *villosa Walt.*? ♃.

n. 227. STREPTACHNE.

Pag. 342. Streptachnis addatur:

n. 5. Streptachne *domingensis Spr.*; spicâ simplicissimâ, involutâ; rhachi pedicellisque pilosis. Str. *domingensis Spreng. in litt.* ad *Balb* in Herb. *Berteroniano*.

Rad. fibrae albae. Culmus teres, laevissimus, glaber, crassitie fere chordae *A*, fere totus ad apicem usque tectus foliis vaginisque. Vaginae glaberrimae, striatae, glaucescentes uti folia linearia, plana (inferiora convoluta) vix lineam lata, acuminata, stricta, margine scabra, in medio culmi 4-5 poll. longa. Ligula inferiorum foliorum pilosa, superiorum membranacea, truncata. Spica vix pollicaris, inclusa vaginis tumidiusculis, striatis. Rhachis articulata fragilis. Flores sessiles, rhachi adpressi. Glumae calycinae inaequales, lanceolatae, convolutae pilosae, cartilagineae: exterior minor, apice acuminato-bifida; interior 4 fere linear., aristâ ad apicem lineam fere longâ. Valvulae corollinae aequales: interior mi

jor membranacea, mutica: exterior brevior, basi aristâ flosculis duplo triploque longiore, flavicante, geniculatâ. Antherae fulvae. *In S. Domingo. D. Bertero.* ♃.

n. 228. GASTRIDIUM.

Pag. 342. n. 1. Gastridium *australe.* Addatur synonymon: Milium *lendigerum Bertolon. Amoen.* p. 110. et, hoc teste, Agrostis *panicea Savi Pis.* I. p. 83. *Plukn. Phyt. t.* 33. *f.* 6. (minime cum *Desfontaines* excludenda.)

n. 2. Gastridium *muticum Günth.*; paniculâ spicatâ; calycibus subcoriaceis, margine membranaceis, serrulatis; corollâ duplici muticâ; foliis vaginisque subpubescentibus. *Spreng. Neu. provenh.* n. 40. *Link Enum.* p. 72. Gastrid. *scabrum Presl Cyper. et gram. sicul.* p. 21. *Moretti* in *Giorn. d. Fisic.* Dec. II. T. VI. 2. Bimestr. p. 139. Milium *muticum Hortul.*

Rad. fibrosa. Culmus erectus, digitalis. Ligula exserta, membranacea. Folia lineari-lanceolata, ciliata. Panicula glabra. Calyces bivalves, acuminati, corollis multo longiores, basi ventricosi. *Spreng.* l. c. Glumas corollinas in parte paniculae superiore plerumque esse aristatas, hinc potius *scabrum* dicendum esse, *Moretti. In Sicilia.* ☉.

n. 229. AGROSTIS.

Pag. 343. n. 1. Agrosti *stoloniferae* addatur synonymon: A. paniculae verticillis approximatis, undique dense floriferis; calycibus aequalibus, pubescentibus; flosculis muticis. *Bert. Amoen. ital.* p. 111. n. 21. (et, hoc teste in litt., praeter synonyma a nobis adducta.) *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 95. n. 8. *Seb.* et *Maur. Prodr. Fl. rom.* p. 28.) A. *verticillata Vill. Delph.* II. p. 74. n. 5. *Balb. Misc. bot.* I. p. 9. *Schenchz. Agrost.* 130. n. 4 ex autopsia loci. Agrostis *densa M. a Bieberst. taur. cauc.* n. 142 se teste in *Suppl.* p. 62. Agrost. *diffusa Besser. Fl. galic.* n. 80 (teste *M. a Bieb.* fide spec. *Besseriani.*)

Obs. I. Cl. *Bertolonius* notat culmos etiam adscendentes et simplices; stipulam lacero-laciniatam; paniculam tempore florescentiae laxiusculam, ceterum strictam; glumas saepe purpurascentes; variare plurimum altitudine culmi et magnitudine paniculae. In *Gött. Gel. Anz.* 1821. p. 1767. Agrostis *densa* huc vocatur, et a cl. *Sprengel N. Entd.* I. p. 401. Anglorum *Fiorin-Grass* ad Agr. *albam* et *vulgarem* trahitur. An huc fors Agrostis *decumbens*, quam cl. *Nuttall. gen.* p. 44 *muticas* inter sine omni diagnosi enumerat?

Obs. II. *Observationem secundam* circa Viciam *dulcem* restituo in *speciem*; est enim, monente *Bertoloni in litt.*, species genuina:

Gramen omnia fere reliqua exterminans circa Lexington. *Nutt.* Culmus compressus, glaber, nodis glabris. Rami alterni, diffusi erective. Folia lineari-lanceolata, glabra, carinata, punctis transparentibus. Ligula obsoleta, ciliata. Vaginâ striata, ore pubescens. Panicula contracta, divisa, filiformis, pedunculis et pedicellis scabris. Cal. 1-valvis, minutus, lateralis, 1-florus, persistens. Cor. valvula altera aristâ terminali purpurascente, scabrâ corollâ paulo longiore. Stam. 3. Anth. albae. Pist. 2, stigmatibus purpurascentibus. Sem. oblongum, acuminatum. *Mühlenb.*, quo teste: ♃.

Obs. Cl. *Rafinesque* in *Prodr. nov. gen. Journ. d. Phys. T.* 89 p. 105 genera duo MUEHLENBERGIAM inter et PANICUM, posuit, quorum characteres non satis intelligimus, ut quorum nomina, et generalius vel ipsa mutabit. Horum 1-mum FLEXULARIA; cui: *flores paniculati, hermaphroditi. Gluma* trivalvis, 1-flora, valvulâ exteriâ membranaceâ, patvâ, 2 exterioribus inaequalibus, angustis; valvulâ interiore longiore, aristatâ. *Glumella* bivalvis, valvulis inaequalibus, interiore membranaceâ, lineari, breviore. *Stam.* 3. *Stigmata* 2 villosa, pubescentia; *Sem.* cylindricum, laeve. Huc una FLEXULARIA *compressa;* glabra, culmis diffusis, gracilibus, geniculatis, compressis; ligulâ lacerâ; foliis latiusculis, retroscabris; floribus laxis, pedunculatis; aristis flexuosis. ⊙. *In Kentucky et ad Ohio.* Eadem ANTHIPSIMUS, qui a FLEXULARIA differt: glumis muticis aequalis, glumellis univalvibus; valvulâ exteriore membranaceâ, lanceolatâ acutâ; semine oblongo, acuto, compresso. Huc unus: ANTHIPSIMUS *gonopodus;* culmis ramosis, diffusis, geniculatis, striatis; ligulâ barbatâ; foliis convolutis, obtusis; paniculâ terminali; axi flexuosâ, trigonâ; pedunculis inaequalibus, laevis, trigonis, incrassatis; glumis ovatis, obtusis, striatis. *In collibus siccis Ohio.* ⊙.

n. 6. PHLEUM *commutatum*. Confer Observationem praecedentem.

n. 7. PHLEUM *Micheli*. Addatur synonymon: *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom.* p. 34. *Bertolon. Amoen. p.* 327. *Link Enum. alt. p.* 67. (qui ad CHILOCHLOAS spectare monet) *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl.* p. 55. (cui huc, cum?, videtur: PHL. *species* spicâ longissimâ cylindricâ. *Lepech. it.* 3. *p.* 119.) PHALARIS *Micheli Savi Giorn. Pis.* 4. *p.* 230. *f.* 2. *Bot. Etrusc.* I. *p.* 36. PHALARIS *alpina Bivon. Bernard. Sicul. P.* II. *p.* 46. PHALARIS *mucronata Desfont.?* PHALARIS *ciliata Lag. S. V. ed. n.* p. 407. n. 19. (fide *Besser* in litt.

Romae in agris, viis communis.

Pag. 381. n. 10. PHLEUM *africanum Lour.*; spicâ cylindricâ, flosculis undique coarctata; pedunculis trifloris, pilosis. *Lour. cochinch. p.* 61.

Culmus annuus, 2-ped., erectus, crassus, solidus, simplicissimus. Folia subulata, striata, aspera, reflexa, pauca. Spica caudata, TYPHAE *latifoliae* similis, erecta, magna. flosculis undequaque affixis. Pedunculi pilis longis flosculos ad basin colligentibus. Cal. *bivalvis*, truncatus, valvis tricuspidatis. Cor bivalvis, acuta. Filamenta 3, glumis duplo longiora; antheris bifurcatis. Sem. 1 turbinatum, apice rotundatum, edule. *In ora orientali Africae.* Minime PHLEUM *pratense*, ut videbatur divo *Loureiro*.

n. 234. ACHNODONTON.

Pag. 381. n. 1. ACHNODONTON *Bellardi*. Excludatur hic synonymon *M. a Bieb.*

Pag. 382. n. 2. ACHNODONTON *tenue*. Addatur synonymon: PHALARIS *tenuis*; *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 32. PHALARIS *tenuis* paniculâ muticâ, spicaeformi, cylindricâ, scabrâ; corollae valvulis apice denticulatis; radice tenui, fibrosâ. *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 54, et, se teste, PHALARIS *Bellardi Fl. taur. cauc.* 1. app. *p.* 416. 2. app. *p.* 455.

n. 235. TRICHOON.

Pag. 382. n. 1. TRICHOON *karka*. Addatur synonymon: ARUNDO *karka*; erecta, glabra, foliosa, 8-12 pedum; paniculâ rarâ, verticillatâ; calyce 3-4-(5)-floro; corollae valvulâ exteriore trinervi, cuspidatâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 348. n. 2.

„Culmi ramosi, crassitie *bifariae* „(ubi non determinata)" teretes.

glabri, toti foliis tecti. Folia approximata, ensiformia, glabra 12-20 poll., 1 1/2 lata, vaginis ore barbatis. Panicula sub vent curvata, ceterum erecta, oblonga, composita ramis filiformibus erectis (in luxuriantibus nutantibus) subverticillatis, ramosis. Ra chis ramorum angulata, hispida. Flores alterni in pedunculo la nato longiore, quam in *bifaria*, intra calycem. Cal. glumis inae qualibus, maxima valvulâ corollae externâ minor. Cor. valvul exterior trinervis, in acumen longum, tenue, subulatum attenuata interior dimidio brevior. Stam. saepe 2, et pistillum o. *Roxb l. c.* qui numero florum non convenire cum *Retzio*. *In Bengaliae interioribus copiosior quam ad littus Coromand*

Obs. „Genus maxime dubium et procul dubio delendum; verendum ei ne sub eo PHRAGMITIS species quaedam junior lateat; quarum plur habeo ex India et ex Oriente, ob statum juvenilem facillime decipien tes." *Trin. Fund. Agr. p. 107.*

n. 236. MUEHLENBERGIA.

Pag. 383. n. 1. MUEHLENBERGIA *diffusa*. Addatur synonymon *Mühlenb. Descr. ub. p. 56.* *Nutt. gen. p. 4*
Poir. Enc. meth. illustr. genr. Suppl. p. 536. t. 907.

Gramen omnia fere reliqua exterminans circa Lexington. *Nutt* Culmus compressus, glaber, nodis glabris. Rami alterni, diffu erective. Folia lineari-lanceolata, glabra, carinata, punctis tran parentibus. Ligula obsoleta, ciliata. Vaginâ striata, ore pube cens. Panicula contracta, divisa, filiformis, pedunculis et ped cellis scabris. Cal. 1-valvis, minutus, lateralis, 1-florus, pers stens. Cor. valvula altera aristâ terminali purpurascente, scabr corollâ paulo longiore. Stam. 3. Anth albae. Pist, 2, stigma tibus purpurascentibus. Sem. oblongum, acuminatum. *Mü lenb.*, quo teste: 2.

Obs. Cl. *Rafinesque* in *Prodr. nov. gen. Journ. d. Phys. T.* 8 *p.* 105 genera duo MUEHLENBERGIAM inter et PANICUM, posuit, qu rum characteres non satis intelligimus, et quorum nomina, si gener berius vel ipse mutabit. Horum 1-mum FLEXULARIA; cui: *flores* p niculati, hermaphroditi. *Gluma* trivalvis, 1-flora, valvulâ exter riâ membranaceâ, parvâ, 2 exterioribus inaequalibus, angustis; ex riore longiore, aristatâ. *Glumella* bivalvis, valvulis inaequalibus, e teriore membranaceâ, lineari, breviore. *Stam.* 3. *Stigmata* 2 villis, pubescentia. *Sem.* cylindricum, laeve. Huc sua FLEXULAR *compressa;* glabra, culmis diffusis, gracilibus, geniculatis, compr sis; ligulâ lacerâ; foliis latiusculis, retroscabris; floribus laxis, p dunculatis; aristis flexuosis. ⊙. *In Kentucky et ad Ohi* ndem ANTHIPSIMUS, qui a FLEXULARIA differt: glumis muticis aeq sis, glumellis univalvibus; valvulâ exteriore membranaceâ, lanceola acutâ; semine oblongo, acuto, compresso. Huc suus: ANTHIPSIM *gonopodus;* culmis ramosis, diffusis, geniculatis, teretis; ligulâ ... batâ; foliis convolutis, obtusis; paniculâ terminali; axi flexuosâ, t gonâ; pedunculis inaequalibus, laevis, trigonis, incrassatis; glumis ... tis, obtusis, striatis. *In collibus vicinis Ohio.* ⊙.

n. 238. TRICHOCHLOA.

Pag. 383. n. 1. Trichochloa *microsperma*. Occurrit passim in Herb. nomine Agrostis *microcarpae* *Cav. Hort. monsp.* 1806.

Pag. 384. n. 2. Trichochloa *expansa*. Dele jubente *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. p. 340: Agrostin *rubicundam* *Bosc*, quae Agrostis *arachnoidea* *Poiret*, n. 17., et, majore jure quam Stipa expansa, Trichochloa est.

n. 3. Trichochloae *capillari* addatur synonymon: Agrostis *sericea* *Mühlenb. Descr. über. p.* 64.? *Elliott Bot. of S. Carolin. et Georg. p.* 135. *Nuttall gen.* I. *p.* 44.

Obs. Divus *Mühlenberg* „conferri" Stipam *sericeam* monet, nec inster synonymi adducit. Convenit descriptio culmi, foliorum; at ligula bifida; vagina striata foliis latior; panicula basi clandestina, supra capillaris, diffusa, purpurascens. Rami paniculae solitarii et gemini scabrae; pedicelli 1-flori sub calyce incrassati. Cal. purpurascens, subaequalis, valvulis lanceolatis acuminatis muticis et aristatis, corollâ multo minoribus. Cor. basi glabra, valvula una extrinsecus, aristâ rectâ terminali, corollâ dimidio et quadruplo longiore, simplici. *Mühlenb.* *A Nova Caesarea ad Georgiam.* ♃.

n. 19. Trichochloa *Berteroniana*; culmis subteretibus; vaginis laeviusculis; foliis externe scabriusculis; paniculâ ramosâ coarctatâ; glumis calycinis inaequalibus, trinervibus: inferiore tertiâ parte majoris breviore, acutâ; superiore acuminatâ, submucronatâ; corollinis calycinis brevioribus pilosiusculis.

Culmi caespitosi, in nostro specimine 1 1/2 ped., erecti, simplices, ad paniculam usque vaginati, basi crassitie pennae corvi. Vaginae striatae, arcte adpressae. Ligula vix ulla. Folia subconvoluta, utrinque ad nervos pilis brevibus, rigida, glaucescentia, culmea fere 1/2 ped., 2-3 lin. lata. Panicula erecta, 5-6 poll.: rhachi sulcatâ, ad angulos scabra; ramis capillaribus, erectis, scabris. Cal. glumae carinâ, praecipue apicem versus, scabrae, margine membranaceae: exterior 2 1/2 - 3 fere lin. Glumae corollinae inaequales: major 1 1/2 lin. lanceolato-oblonga, obtusa, membranaceo-complicata, uninervis, vix basi pilosa; minor ovata, vix 3/4 lin., basi pilosiuscula. Arista flexuosa, pollicaris et ultra, scabriuscula. *In S. Domingo. D. Bertero.*

Obs. Tulimus a cl. *Balbis* nomine Podosemi *virentis*, cui affinis, sed ex descriptione diversa.

n. 239. CHAMAGROSTIS.

Pag. 389. n. 1. Chamagrostis *minima*. Adde patriae: *In Lusitania. Brotero.*

n. 240. CHAETARIA.

Pag. 390. n. 2. Chaetaria *Hystrix*. Addatur synonymon: Aristida *Hystrix*; culmis diffusis, subbipedalibus; paniculâ ovatâ, magnâ, tenui; ramis patentibus, bifurcatis *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 351.

Culmi depressi, incurvati, rigidi, subramosi. Folia ut in setacea *Roxb.* Cum *setacea.*

Pag. 391. n. 4. Chaetaria *gossypina*. Addatur, cum?, synonymon:

Aristida *lanosa Elliott Nutt. gen. p.* 57. *Mühlenb. Descr. ub.* p. 174.

Culmus 3-ped., compressus, nodis glabris. Folia lineari-lanceolata glauca, aspera, apice filamentosa, nervosa. Ligula obsoleta. Vagina superne lanosa. Panicula contracta, ramis solitariis remotis basi villoso-pilosis, pedicellis angulatis, sub calyce articulatis. Valvulae calycinae inaequales, lineares, carinatae, mucronatae corollâ paulo majores. Corolla basi pubescens, pedicellata, atro maculata, scabra; aristis 3 terminalibus, patulis, inaequalibus scabris vel hispidis. *Mühlenb. In Carolina.*

Pag. 391. n. 5. Chaetaria *oligantha*. Addatur synonymon: Aristida *oligantha Mühlenb. Descr. ub. p.* 173.

„Culmus erectus, 1 1/2 ped., teres. Folia setacea. Ligula brevissima: vagina striata, glabra. Panicula contracta, nutans, ramis solitariis brevibus. Cal. valvula utraque aristata, dorso glabra corollâ longior, inaequalis, aristis erectis. Cor. 1-valvis, stipite glabro, apice aristis 3, aristâ mediâ obliquâ, omnibus sursum ... pidis. Rad. fibrosa." *Mühlenb.*

n. 5a. Chaetaria *affinis*; culmo erecto, quadrangulo, foliis linearibus striatis, basi pilosis, apice scabris; paniculâ contractâ; aristis 3 terminalibus hispidis, patulis. Aristida *racemosa Mühlenb. Descr. ub. p.* 172.

Culmus 1 1/2 ped., nodis glabris. Ligula brevissima, retusa. Vagina subpilosa. Paniculae rami gemini, scabri, altero uni-altero ... floro; vel solitarii, uniflori, basi nudi, nec villosi, pedicellis angulatis, sub calyce articulatis. Cal. 1-florus, valvulis inaequalibus, carinatis, scabris, mucronatis, corollâ paulo majoribus. Cor. basi pubescens, pedicellata, atro maculata, scabra, aristis patulis nec geniculatis inaequalibus, elongatis (sic). Rad. fibrosa. Maxime *oliganthae* affinis. *Mühlenb. In glareosis.* Nomen mutandum erat, cum jam sit *racemosa Spreng.*

n. 6. Chaetaria *stricta*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 174.

Culmus 2-ped., teres, glaber. Folia linearia elongata, apice convoluta, pubescentia. Panicula contracta, densa, ramis solitariis, ternis, approximatis. Cal. carinatus, corollâ multum brevior. Valvulâ utrâque aristatâ. Cor. aristis 3 terminalibus, intermediâ longissimâ. *Mühlenb. In Georgia.*

n. 6 a. CHAETARIA *tuberculosa*; culmis rigidis, erectis, dichotomis; geniculis tumidis, tuberculis parvis axillaribus ad ramos singulos; paniculâ rigidâ, brevi, ramis approximatis; valvulis calycinis carinatis, mucronibus praelongis, subulatis, corollâ duplo longioribus; corollâ cylindricâ, stipitatâ; aristis glabris, subaequalibus, longissimis, spiraliter convolutis, basi coalitis. ARISTIDA *tuberculosa*. *Nutt. gen. p.* 57.

Culmi 1-3 ped., geniculis paucis. Vaginae foliorum radicalium maximam partem tomentosae. Folia glabra, longissima, subulata. Rami erecti, a culmo, ut etiam flores a rhachi, remoti callis parvis. Valvulae calycinae subulatae, saepe ultra pollicem longae. Flores stipitati, stipitibus villosis. Aristae 2 poll. *Nutt. In pinetis arenosis Georgiae haud longe ab Augusta.*

n. 7. CHAETARIA *setacea*. Addatur synonymon: ARISTIDA *setacea*; erecta, glabra, 2-4 pedum; paniculâ lineari-oblongâ: ramis 15-20, subalternis, erectis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 350.

Culmi stricti, plerumque simplices, basi crassitie pennae corvi, solidi, lignosi, firmi, teretes, glabri. Folia pauca, angusta, margine involuta, enervia, glabra. Panicula nutans cum vento, 6-12 poll., ramis subsessilibus, remotis, adpressis. Aristae 3 erectae. *Roxb. l. c. In siccis, argillosis utilissimum gramen ad utensilia varia et flabella.* ♃.

pg. 392. n. 12. CHAETARIA *divaricata*. Addatur synonymon: ARISTIDA *divaricata* *Link Enum.* p. 73.

Flosculi cum aristis pollicares. Calyces longe acutati. *Link.*

pg. 394. n. 16. CHAETARIA *caerulescens*. Addatur synonymon, fide cl. *Dufour:*
ARISTIDA *elatior* *Cav. ic.* VI. t. 589. f. 1. CHAETARIA *elatior* *Syst. Veg. ed. nostr.* p. 395. n. 22. (ARISTIDA *caerulescens* *Link Enum.* p. 73.)

Gluma calycina rubescens. Flosculus cum aristis 6 lin. Occurrit etiam in Palaestina, fide specim. Sieberiani.

n. 18. CHAETARIA *depressa*. Addatur synonymon: ARISTIDA *depressa*; adscendens, ramosa, 12-18 pollicum; paniculâ lineari, ramis 6-8 alternis; glumis calycinis carinatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 351.

Culmi basi decumbentes, filiformes, teretes, glabri, solidi, rigidi. Folia *Hystricis*. Panicula minor, ramis paucioribus quam in *setacea*. Cal. carinâ magnâ, viridi. *Roxb.* l. c. Cum *Hystrice*.

pg. 395. n. 22. CHAETARIA *elatior* deleatur, utpote eadem cum *caerulescente*.

n. 241. CURTOPOGON.

Pag. 398. CURTOPOGON *dichotomus*. Addatur synonymon: ARISTIDA *dichotoma Mühlenb. Descr. uber. p.* 171.

„Culmi nodique glabri. Folia pilosa. Ligula parva. Vagina ore pilosa. Cal. corollâ paulo major et brevior (sic!) glaber, carinatus, mucronatus, uniflorus. Cor. 1-valvis, basi pubescens, aristâ intermedia albidâ. Antherae purpurascentes, bifurcae. Sem. cum corolla deciduum. Rad. fibrosa." *Mühlenb.*

Pag. 398. n. 242. ARTHRATERUM.

n. 1. ARTHRATERUM *pungens*. Addatur:

Obs. In specimine a clo *Siebér* prope *Syenen* lecto Corollae valvulam unicam tantum invenimus, germen et antheras furcescentes involventem.

n. 2 a. ARTHRATERUM *rigidum* cum definitione ARISTIDAE *rigescentis Syst. Veg. ed. nostr.* II. *p.* 400. *n.* 11. ARISTIDA *rigida Roth nov. plantt. spec. p.* 42.

Proxime accedit ad ARIST. *stipoidem Brown;* at in *stipoide* folia breviora, minus rigida minusque convoluta, supra pilis longis adspersa; vaginarum barba longior, rarior; panicula simplicior et calyx subaequalis, longius aristatus: corollae arista porro infra divisuram calyce dimidio longior, et torta, aristis partialibus patulis, subaequalibus, fere triuncialibus. Culmus 2-ped., adscendens, teres, glaber, crassitie culmi secalini, articulatus, nodis glabris ad ramos valde incrassatis; rami alterni et oppositi, erecti, rigidi. Folia erecto-patentia, linearia, subulata, vaginis multo longiora; vaginae internodiis paulo breviores, glabrae, margine membranaceae, ad oras pilorum barbâ densâ cinctae. Panicula palmaris et longior, oblonga: rami plerumque biflori, compressi, angulis oppositis, scabris. Cal. bivalvis. Glumae lineari-lanceolatae, compressae, corollam arcte includentes, carinatae, costa dorsali asperâ, terminatae in aristam 1 1/2 lin., rectam, asperam, valde inaequales: interiore dimidio breviore. Corollae valvula lanceolata, pilis brevissimis adpressis, linearis, terminata aristâ tripartitâ, rectâ, infra divisuram in calyce latitante, aristis partialibus erectis, scabriusculis; duabus lateralibus aequalibus, 1 1/2 unc.; intermediâ parum longiore, 2 unc. *Roth.*

n. 243. ARISTIDA.

Pag. 398. n. 1. ARISTIDA *plumosa*. Addatur synonymon A. aristâ intermediâ longissimâ, plumosâ, basi nudâ: lateralibus capillaribus, vix calyce longioribus. *Schrank Denkschr. Münch. Akad. p.* 168.

Pag. 399. n. 2 a. ARISTIDA *obtusa Delile;* aristâ intermediâ longissimâ, plumosâ, basi nudâ; lateralibus capillaribus calyce duplo longioribus; culmis geniculisque f-

glabris. *Delile Descr. de l'Egypt. t. 13. f. 2.* Aristida *plumosa Sieb. H. aegypt.* (excl. syn. praeter *Delile*.)

Spithamaea et ultra. Culmi superne subinde ramosi, erecti et adscendentes, rigidi, crassitie fere chordae E, toti vaginis tecti striatis, glabris, margine membranaceis, turgidulis, apicem versus ampliatis, barbatis, glaucis, uti folia subulato-convoluta, rigida, plus minus recurva, margine scabriuscula, 1-2 poll., vix 1/2 lin. lata. Genicula pilis brevibus barbata in inferiore culmi parte, superiora omnino glabra. Panicula ramosa, pedunculis scabris, erecta. Glumae calycinae subaequales; major 6 fere lin., lineari-lanceolata, acuminata; brevior quidquam latior? utraque membranacea, enervis. Valvula corollina inferior calycinis decuplo et ultra brevior, aristâ calyce triplo longiore, a medio ad apicem usque pennatâ, nec apice nudâ, ut in *plumosa* et *ciliata;* unde fors nomen, quia arista apice rotundata et obtusa. Aristae laterales calyce duplo longiores, et culmi nodique nudi hanc speciem abunde tam a *plumosa Kahl*, quam ab huic magis affini *ciliata*, in quibus arista apice nuda, et genicula valde barbata, distinguunt. *Ad Pyramides in Aegypto.*

n. 2 b. Aristida *pennata Trin.;* paniculâ erectâ, ramosâ; foliis convoluto-filiformibus, longissimis; aristis aequalibus plumosis. *Trin. Mém. de l'Acad. de Petersb.* 1813-14. p. 488. *tab.* 10.

Rad. videtur repens. Culmi 2-ped., conferti, erecti, geniculati, superne ramosi, teretes, glabri, ad imum usque foliorum vaginis tecti. Folia alterna, patentia, longissima, incurva, retrorsum scabra, glaucescentia. Vaginae teretes, striatae, scabriusculae. Ligula brevissima truncata, villis brevibus dense barbata. Panicula longa, ramosissima, ante anthesin contracta. Rhachis angulosa, laeviuscula, striata. Rami tenues, elongati, divisi, subsexflori, scabri. Spiculae compressae, lineares, glaberrimae, uniflorae. Cal. aristas subaequans: glumis lanceolatis in acumen longum attenuatis, glaberrimis, inaequalibus: exteriori nervis 5, interiori paulo minori 3 leviter notatâ. Gluma corollina calyce multo brevior, linearis, glabra, convoluta, basi fasciculo pilorum brevissimo. Aristae 3 terminales, patentes, subaequales, corollâ quadruplo longiores, calycem vix superantes. Panicula omnino A. *pungentis Desf. Trin. l. c.* *Habitat?* inter plantas praesertim *Davuricas Pallasii* absque nomine locique natalis indicio invenit *Trinius.* ♃. Anne Chaetaria? Cl. *Sprengel*, fide *Steudel*, dubitat anne eadem cum Chaetaria *capensi.*

ad g. 400. n. 11. Aristida *rigescens.* Deleatur hic, et ponatur p. 399. n. 2 a nomine Arthratheri *rigidi.*

ad g. 401. Aristidis addantur:

n. 14. A. *spiciformis Elliott;* foliis glabris; paniculâ subspicatâ; aristâ intermediâ basi villosâ. *Elliott Bot. of S. Carolin. et Georg. p.* 141. *Nutt. gen.* I. *p.* 57.

n. 15. A. *gracilis Elliott*; culmo gracili, glabro; sp cà compositâ: spiculis paucifloris; appressis; aristis la ralibus brevibus, erectis, intermediâ longiore paten *Elliott* l. c. *p.* 142. *Nutt. gen.* I. *p.* 57.

n. 245. L A G U R U S.

Pag. 401. n. 1. Lagurus *ovatus*. Addatur synonymon: *Seb.* et *Maur. Fl. rom. prodr.* p. 25.

n. 246. P H A L A R I S.

Pag. 402. n. 1. Phalaris *canariensis*. Addatur synonymon *Bertolon. Amoen. p.* 107. *Seb.* et *Maur. pro Fl. rom. p.* 30. Ph. floribus spicatis; spiculis unif ris; glumâ bivalvi; valvulis cymbiformibus; carinâ ala glumellâ quadrivalvi; valvulis internis crustaceis, majorib pilosis, semina involventibus. - *Seringe Monogr. d. Cere les p.* 164. A. spicâ magnâ. B. spicâ exiguâ. p. 1 *van Hall Spec. bot. p.* 50. An Phal. *brachystach Link* in *Schrad. N. d.* T. I. St. 3. p. 134. (cujus syno mon Phal. *canariensis Brot.*) apud *Steudel?*

n. 2. Phalaris *microstachya*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 66?

Obs. Cl. *Link* ad *microstachyam* suam, fide speciminis *Roscian Herb. Willd.*, ducit Ph. *intermediam Bosc*; attamen ,,valvulam accessoriam unicam angustissimam ,,de qua silet cl. *Decandolle.*"

n. 3. Phalaris *aquatica*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 66, et, hoc teste, Phalaris *cap sis Willd. Enum. p.* 83. (quae tam in horto quam in He vix differre videtur). Phalaris *minor*; paniculâ spi formi oblongâ; valvis calycinis navicularibus: carinâ ala dentatâ; corollâ villosâ; valvulâ tertiâ accessoriâ. *Seb. Maur. prodr. Fl. rom. p.* 31 (qui Phal. *commutatam* stram cum hac specie conjungunt.) *Barrel. ic. f.* 2.

Rad: fibrosa; quandoque nodis ad culmi basin incrassatis. (S. et M

Obs. Cl. *Steudel* Phalaridis *minoris Retz* synonymon esse Phal. *decumbentem Mönch*. Confer *bulbosam*.

n. 3a. Phalaris *nitida Presl*; paniculâ subspica ovatâ; glumis integerrimis; paleis squamiformibus later bus, interioribus ovato-lanceolatis; foliis laxis; culmo b ramoso, geniculato. *Presl Cyperac.* et *gram. sicul. p.*

Pag. 403. n. 6. Phalaris *capensis*. Deleatur, monente Lin synonymon *Willd. Enum.* I. p. 83.

Pag. 404. n. 7. PHALARIS *bulbosa*. Addatur synonymon: PHALARIS *aquatica*; paniculâ spiciformi, cylindraceâ; valvis calycinis navicularibus, carinâ alatâ, dentatâ; corollâ bivalvi, subglabrâ: radice bulbosâ. *Seb. et Maur. prodr. Fl. rom. p.* 31.

Obs. Cl. *Bertoloni in litt.* PHALARIDEM *bulbosam* fictitiam esse ex *aquatica* et *nodosa*, *aquaticam* sequentibus exposuit: „PH. *aquatica*: paniculâ spiciformi, oblongo-cylindraceâ; glumis calycinis navicularibus, lanceolato-acuminatis, alâ dorsali apice denticulatâ; corollâ bivalvi; radice tuberosâ. *Linn. Amoen. acad.* IV. p. 264. n. 6. *Bert. Amoen. ital. p.* 108 in *obs.* ad PHAL. *minorem*. *Sebast.* et *Maur. Prodr. Fl. Rom. p.* 31. *n.* 80 (fide specim.) PH. *bulbosa Lois. Del. Fl. gall.* 2. *p.* 718 (fide specim.) *Decand. Fl. fr.* V. *p.* 249. (excl. syn. *Linn.* et *Cavan.*) Gramen typhin. phalorid. maj. bulbos. aquat. *Barrel.* n. 1309. *ic.* 700. *f.* 1. (ex autopsia loci). Gram. phalaroides hirsutum spicâ longissimâ *Buxb Cent.* 4. p. 30. t. 53. — Rad. vere fibrosa. Internodia culmea ad radicem brevissima, tuberoso-turgida, concatenata. Culmus 2-4-ped. Folia linearia, angusta. Vaginae laxiusculae nec inflatae. Ligula albo-membranacea, obtusa. Panicula pallide virens vel violacea, plus minus satiate variegata. Glumae corollinae calyce breviores, parum inaequales, nudae, vel basi pilo uno alterove. Longitudo spicae varia. Romae ad Tiberim, sed non respuit loca sicca, tum in Galloprovincia, Byzantii et in Aegypto. ♃. Hanc non esse PH. *aquaticam* annuam nostram, in aperto est; est potius PH. *commutata*, (quam delere jubet vir doctissimus, cum illi eadem ac PH. *nodosa*) quam confer infra.

n. 7a. PHALARIS *variegata Spreng.*; radice tuberosâ; foliis glabris, convolutis, setaceis; paniculâ oblongâ, spiciformi; glumis calycinis margine carinâque denticulatis; corollis glabris, aristatis. *Spreng. N. Entd.* II. *p.* 101.

„Sine dubio cum PH. *bulbosa* commutata, quae differt corollis muticis majoribus, calycibus albidis, in nostra violaceis. PH. *aristata Schousb.* differt glumis dorso pilosis, et aristis e basi corollae, quum in nostra valva interior corollae apice aristam gerat glumae calycinae aequalem. PH. *caerulescens Desf.* similis, sed corolla mutica. Idem et de PH. *minori Bertol.* judicandum, cui praeterea corolla trivalvis. Gramen nostrum bellum. Culmus teres, rigidus, glaber, cubitalis et altior. Folia glauca, rigidiuscula, subulata. Ligula mediocris, ovata. Panicula erecta, glabra, 1 1/2 poll., 1/2 poll. lata, e violaceo variegata. Glumae calycinae glaberrimae; valvis navicularibus, trinervibus, acute carinatis. Coroll. bivalvis membranacea, calyce duplo minor, valvâ internâ apice aristatâ, aristâ calycem aequante. *Spreng.*" In Sicilia. *Jacob.*

n. 9. PHALARIS *caerulescens*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 67. (qui etiam nomine PH. *nitidae* tulit.)

Valvulae calycinae subaristatae, carinâ membranaceâ; valvulae accessoriae nullae. Cor. nonnisi in solo sicco purpurascens.

n. 11. Phalaridi *nodosae* addatur synonymon:

Ph. paniculâ spiciformi oblongo-ovatâ; valvis calycinis naviculari-lanceolatis: carinâ integrâ vix alatâ; corollâ villosâ, valvulâ tertiâ accessoriâ; radice nodosâ; culmo adscendente. *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 30.

Obs. Phalaridem *nodosam* cl. *Bertoloni in litt.* exposuit sequentibus; Ph. paniculâ spiciformi, cylindraceâ; glumis calycinis navicularibus, alâ dorsali apice denticulatâ; corollâ trivalvi: valvâ exteriori minimâ, subulatâ. Ph. *nodosa Syst. Veg. ed.* 13. *p.* 88. *Sibth.* et *Smith prodr. Fl. graec.* I. *p.* 37. *n.* 126. *Fl. graec.* I. *p.* 41. *t.* 66 (pl. minor.) *Sebast.* et *Mauri Prodr. Fl. rom. p.* 30. *n.* 78 (luxurians) Ph. *tuberosa Linn. Mant.* 2. *p.* 557. Ph. *bulbosa Cav. ic.* et *descr.* I. *p.* 46. *n.* 70. *t.* 64 (macrior). (I a *Bieb. casp. p.* 208. ae teste in *Fl. t. c. Suppl. p.* 52.) Ph. *aquatica Sibth.* et *Smith prodr. Fl. graec.* I. *p.* 37. *n.* 127. *Fl. graec.* I. *p.* 42. *t.* 67 (luxurians). *Ait. Kew. ed.* 2. I. *p.* 13. *Schrad. Germ.* I. *p.* 179. *n.* 2. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 19. *t.* 39. *Decand. Fl. fr.* V. *p.* 249. Ph. *minor Bert. Amoen. Ital. p.* 167. *n.* 13. *Sebast.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 31. *n.* 79. (macrior) (ad quam auctores hi etiam, cum *aquatica* nostra *commutatam* trahunt.) *Willd. En. H. berol.* I. *p.* 83. *z.* *Barrel. ic.* 700. *f.* 2.

Rad. fibrosa. Internodia culmea ad radicem brevissima, tuberose turgida, concatenata, in macrioribus nulla. Culmus 1 1/2 - 4 ped. Folia linearia. Vaginae, praecipue superiores, inflatae. Panicula 2-3 poll. Calycis glumae aequales, albidae, nervis 3 viridibus, superne ad carinam alâ plus minus denticulatâ, in spicis minoribus magis conspicuâ, unde calyces obverse lanceolati, dum in longioribus spicis prorsus lanceolati, semper vero acuti aut acuminati, et calycibus Ph. *canariensis* angustiores. Aeque sicca et humentia incolit, unde hic luxurians, illic contractior, et unde etiam in duplicem speciem disrupta. Icon *Cavanillesi* procul dubio plantam hanc in statu macriori ostendit, licet glumam corollinam tertiam auctor non indigitet.

Pag. 405. n. 12. Phalaris *paradoxa*. Addatur synonymon: *Seb.* et *Maur. Prodr. Fl. rom. p.* 32.

12.a. Phalaris *appendiculata*; paniculâ subspicatâ, oblongo-ovatâ; flosculis neutris praemorsis, hermaphroditorum calycibus breviter mucronatis, carinatis, lobis carinae appendiculatis. Phalaris *dentata Sieb. Fl. aegypt.*

Nomen mutandum erat ob *dentatam Thunb.* antiquiorem. Rad. fibrosa, apice parum incrassatâ, et, ut videtur, annua. Culmi 1 1/2 ped., teretes, glabri, striati, ad paniculam fere usque tecti vaginis foliisque, geniculis contractis. Vaginae laxiusculae, striatae, glabrae, subinflatae. Ligula exserta, ovata, acuta, ciliata. Folia linearia, acuminata, plana, flaccida, striata, 2 fere lin. lata, utrinque et margine scabra. Panicula circiter 1 1/2 poll., latissima dia

metro 5 lin. Rhachis articulata, pedicellique crassi glabri. Glumae calycinae aequales, glaberrimae, 7-nerves, 2-lin., lineam latae, carinâ membranaceâ, glaberrimâ, et nonnisi margine scabrâ, appendice utrinque in inferioribus 1, in superioribus 2 auctâ, indeque quasi lobatâ. Cor. in nostra deflorata. Sem. generis, nitidum, griseum. *In Delta D. Sieber.*

n. 13. PHALARIS *arundinacea.* Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. ups. p. 21.* *van Hall Spec. bot. p. 51.* CALAMAGROSTIS *colorata Nuttall gen. p. 46.* DIGRAPHIS *arundinacea Trin. Fund. Agr. p. 127.* η. PHALARIS *americana Elliott* et *Torrey.* An PHAL. *arundinacea Mühlenb. Descr. ub. p. 89.?*

Obs. Planta cl. *Elliot* dubia videtur. Clo *Elliot* penicilli illi duae glumae auxiliares corollae videntur.

Pag. 406. n. 14. PHALARIDI *semineutri* addatur synonymon: POA *semineutra Trin. Fund. Agrost. p. 406.*

n. 16. PHALARIS *pectinata.* Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. Spec. p. 34.*

Rad. fibrosa, cespitosa. Culmi crassitie fili emporetici, pedales et ultra, scabriusculi, nodosi, ad nodos ferrugineos (plerumque 5), parum incurvi. Folia lineari-lanceolata, nervosa, nervo dorsali eminentiore, cum vaginis scabriuscula, superiora breviora. Ligula brevis, truncata, integerrima. Panicula obtusa, 1-1 1/2 unc., 3 circiter lin. crassa. Rhachis ramique teretes, villosi; hi alterni, fasciculati, brevissimi, erecti, multiflori, tuberculis obsessi. Glumae aequales, lanceolatae, subulatae, dorso virides, uniflorae. Cor. exterior valvulis subaequalibus, ovatis, concavis, obtusis, trinervis, membranaceis, calyce multo minoribus; interior cartilaginea, demum ferruginea, semen incrustans. *Roth.*

Pag. 407. n. 19. PHALARIS *ciliata Lag.* monente clo *Besser* eadem ac PHLEUM *Micheli*, quod illi CHILOCHLOA.

n. 21. PHALARIS *cristata.* Delenda, utpote eadem, fide *Delisle*, cum POLYPOGONE *monspeliensi.*

Pag. 408. n. 22. PHALARIS *setacea* deleatur hic, utpote ad PENNISETUM *setosum* referenda.

23. PHALARIS *caroliniana.* Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. uber. p. 91.*

Culmus basi obliquus, pedalis, striatus. Folia lanceolata, striata, margine scabra. Ligula alba, amplexicaulis, erecta. Panicula contracta, ovata, erecta, simplex, nec ramosa. Cal. acuminatus, compressus, carinatus, 1-florus. Cor. calyce minor, basi pubescens. Pist. purpurascentia. Semen albidum, pubescens, compressum. Maxime affinis *aquaticae. Mühlenb.* *In Georgia* et *Carolina.* ☉, nisi ♂.

n. 247. CHILOCHLOA.

Pag. 408. n. 1. CHILOCHLOA *Boehmeri*. Addatur synonymon: *van Hall Spic. bot. p.* 52. PHALARIS *phleoides Wahlenb. Fl. ups. p.* 22. PHLEUM *phalaroides Svensk Bot. t.* 396. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 6.

Pag. 409. n. 2. CHILOCHLOA *arenaria*. Addatur synonymon: PHALARIS *arenaria. Seb. et Maur. Prodr. Fl. rom. p.* 33. *van Hall Spic. bot. p.* 53. PHLEUM *arenarium Hartm. gram. suec. recogn. p.* 6. *Fl. Lond. New. series. Fasc.* II. *t.* 7. *Knapp Gram. brit. t.* 4. *Flor. Bat.* IV. *p.* 241.

Variat culmi colore viridi et purpureo. *van Hall* l. c.

Obs. Ad ACHNODONTEM, seu potius ad PHALARIDEM spectare. *Link Enum. alt. p.* 67.

n. 4. CHILOCHLOA *aspera*. Addatur synonymon: *Wallroth Sched. crit. p.* 29. PHLEUM *asperum Link Enum. alt. p.* 67?

Obs. Cum cl. *Link* addidisset: „valvulae calycinae carinâ minus scabrâ, superne ventricosae; pedicellus secundi floris minimus" nebu... cum plures fors species sub hac adhuc latitent, dubia videtur sa...

n. 248. CYNODON.

Pag. 410. n. 1. CYNODON *Dactylon*. Addatur synonymon: *Seb. et Maur. Prodr. Fl. rom. p.* 36. *van Hal... Spec. bot. p.* 55. PASPALUM *Dactylon Decand.* et *Brot... ter. Fl. lusit. p.* 83. DIGITARIA *Dactylon Mühlenb... Descr. ub. p.* 132. MILIUM *Dactylon Mönch.* PAN... CUM *Dactylon*, glabrum, repens; spicis digitatis secundis corollâ altero latere gibbâ, calyce duplo longiore. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. p. 292. n. 12. et, hoc teste AGROSTIS *linearis Willd. Spec.* I. *p.* 375. *Retz Obs.* IV. n. 51. *Asiat. Res.* IV. *p.* 248. (CYNODON *linearis Syst. Veg. ed. nostr. p.* 412. *n.* 4.)

Spicae 3-5. Rhachis undulata. Cor. valvula exterior, navicularis carinâ ciliatâ. *Roxb.* l. c. Frequentissimum Indiae gram... β in Creta.

Obs. Monuit etiam cl. *Link Enum. p.* 1... CYNODONTEM linear... nonnisi teneritate et brevitate spicarum discrepare, quocum etiam ... *Mühlenb.* consentit, qui specimen e Georgia habet. PASPALUM *praecox Walt.* radice repente; culmo ascendente, glabro; foliis ... lineariis, brevibus, vaginisque villosissimis; spicis tribus, alternis patentibus, basi pilosis; glumis triseriatis; rhachi angustâ, destitutâ bifariâ." *Lecomte Monogr. Pasp.* in *Journ. d. Phys. t.* 91. p. 2... e Georgia et Carolina, licet ab omnibus fere hac tractum, diversum videtur. Confer *dentiferum*, *infirmum*.

Pag. 411. n. 3. CYNODON *radiatus*. Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec.* p. 38.

Differt a *lineari* foliis longis, nec brevibus distichis; vaginis nudis, nec ciliatis; calyce adpresso, nec erecto; a *stellato* spicis basi nudis, nec folio involutis. Culmus erectus, ramosus, ex inferioribus vaginis non raro simul spiciger, crassitie culmi secalini tenuioris, 1 1/2 ped., et ultra, angulosus, glaber. Folia linearia, 1 1/2 digit., plana; juniora complicata, nervosa, margine tenuissime serrulata. Vaginae arctae, compressae, dorso carinatae, laevissimae, glabrae: ligula margo brevissimus, membranaceus. Spicae secundae, digitales et paulo ultra, dense imbricatae; laterales 7 verticillatae, sessiles, patenti-subreflexae: intermedia erecta, stricta, pedunculata. Rhachis univ. 0, nisi pedunculus spicae intermediae: partiales plano-convexae, lineares, rectae, flavae, dorso tricostatae, margine subrecurvo, aspera. Spiculae alternae, solitariae, adpressae, pedicello flexuoso insidentes. Calycis glumae inaequales, compressae, lineari-subulatae, carinatae, uninerves, dorso asperae. Cor. valv. exterior ovato-lanceolata, cartilaginea, carinata, dorso pilosa. *Roth.*

Pag. 412. n. 4. CYNODON *linearis*. Plerisque jungendus videtur cum CYNODONTE *Dactylo*.

Pag. 412. n. 7. CYNODONTEM *pilosum* esse DACTYLON *filiforme Mich.* autumat Censor in *Act. lips.* 1820. n. 10. p. 74, quod vix videtur.

n. 8. CYNODON *praecox*. Addatur synonymon: PANICUM *sanguinale Bigelow Florul. Bost.* p. 19. fide synonymi *Mich.*

Culmi e geniculis inferioribus radicantes. Folia acuta, margine undulata, subpilosa. Vaginae striatae, pilosae, subinde glabrae, superiores foliis longiores. Rhachis compressa, flexuosa. Spiculae 2-3-4 florae in excavationibus rhacheos. *Bigelow.*

n. 250. BRACHYELYTRUM.

Pag. 413. n. 1. BRACHYELYTRUM *aristatum*. Addatur synonymon:

MUEHLENBERGIA *erecta Mühlenb. Descr. uber.* p. 57. *Nutt. gen.* I. p. 41. *Poir. Enc. meth. illustr. genr. Suppl.* p. 537. t. 907.

Calycis valvulam alteram longam, acutam esse, ex *Elliott Nuttall* l. c. Contra calycem lateralem linearem, 1-valvem, minutum *Mühlenb.* l. c. cui in descriptione: „Culmus erectus, tripedalis, simplex, nodis pubescentibus. Folia lanceolata, alterna, nervis longitudinalibus et transversis glabris, basi pubescentibus. Ligula brevis, apice serrata. Vagina decurrens, striata glabra. Panicula contracta, simplex. Cor. viridis: valvula altera 9-nervis, pubescens, aristâ terminali corollâ triplo longiore; altera minor, apice bifida, dorso sulcata, basi aristata. Stam. constanter

2, antheris albis. Bist. 2 alba, plumosa. Nectar. diphyllum, gibbum. Semen oblongum, acuminatum, transparens. In Carolina varietas foliis vaginisque pubescentibus. ♃, nec ⊙.

n. 251. ATHEROPOGON.

Pag. 413. n. 1. ATHEROPOGON *apludoides*. Addatur synonymon:

Link Enum. p. 90. *Mühlenb. Descr. uber.* p. 28. *Nutt. gen.* I. p. 78, et, hoc teste, CHLORIS *curtipendula Mich.*, et, cum?, CYNOSURUS *secundus Pursh bor. Amer.* II. p. 128. EUTRIANA *curtipendula Trin. Fund. Agrost.* p. 161. DINEBA *melicoides* P. de *Beauv.* (fide *Steudel*).

Spicae breves, numerosae, 30-40, deflexae, alternae in racemo longo, glumis 4-10 per paria dispositis in rhachi compressa, mucronatis. Calycis valvula exterior oblongo-lanceolata, rigida, breviter mucronata, sine pubescentia, nervo singulo cartilagineo, sub lente hispidulo: interior longitudine exterioris, rhachi adhaerens, angustissima, uninervis, setacea. Cor. glabra: valvula exterior hermaphroditi tri-, interior bidentata. Valvula corollina neutrius unica, triaristata: aristâ centrali extra calycem exserta, 2 reliquis inclusis e basi valvulae ortis. Aristae hae perperam instar rudimentorum florum duorum à clo *Michaux* describuntur. *Nutt. l. c.* „Non in Herb *Linn.*" ait *Smith* apud *Mühlenb.*, cui in descriptione: „Culmus teres, glaber, 1 1/2 ped. Folia lanceolata, longissima, basi pilosa, vaginis pubescentibus. Antherae sanguineae." Occurrit passim nomine DINEBAE *aegyptiacae*. *In occidentali Pennsylvaniae parte per Ohio, Illinois, Louisiana et Missouri ad hujus usque fontes in calcareis.*

Obs. „Exclude synonymon *Decand. Cat. Monsp.* 105, et transfer ad *A. racemosum*, fide speciminis ab ipso *Decandolle* missi." *Bertolon. in litt. Steudel* huc ducit MELICAM *curtipendulam Mich.* nobis ignotam.

n. 2. ATHEROPOGON *oligostachyus Nutt.*; spicis 2-3 subterminalibus, multifloris; calyce corollâque pilosis; valvulâ exteriore corollae distincte triaristatâ: aristis lateralibus brevioribus, e dorso valvulae; valvulâ neutrius triaristatâ. *Nutt. gen.* I. p. 78.

Culmus teres, filiformis, subnudus foliove singulo, 8-12 poll., glaber, erectus. Folia brevissima, glabra, subulata, stipulâ basique spiculae breviter barbatâ. Spicae 1-3 subpollicares, plerumque recurvae, unilaterales, compressae, pectinatae; spicae secundariae bibracteatae, rhachi semitereti. Glumae biseriales, oppositae, singulae biflorae. Cal. caeruleo-purpurascens, valvulâ exteriore lanceolatâ, mucronatâ, uninervi: nervo pilis sparsis, raris, basi tuberculatis; interiore breviore angustiore. Corollae valvula exterior lanceolata, carinata, ad margines nervorum basique pilosa: interior glabra, breviter bicuspidata. Cor. neutrius 1-valvis, ob-

tusa, basi pubescens. *Nutt.* [In planitiebus circa Mis souri cum A. apludoide.

Pag. 415. adscribe Notae ad calcem paginae, ex mente Cl. *Kunth*, Chondrosum et Polyodonta paucis tantum differre a suis Dinebis hic allatis, nec Heteraostegam *Desvaux* multum inde abludere.

n. 252. ACTINOCHLOA.

Pag. 418. n. 3. Actinochloa *tenuis*. Addatur synonymon: Chloris *filiformis* *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 237. n. 8. S. V. ed. nostr. p. 611. n. 20. Chloris *tenuis* ibid. V. p. 614. An Chloris *gracilis* *Durand? Jacq.* fil.?

Pag. 421.

n. 255. TRIATHERA.

n. 1. Triathera *americana*. Addatur:

Obs. Synonymon Triatherae *junceae*, jubente *Desvaux*, subdubitandum. Attamen cl. *Poiret Enc. meth. ill. gen. Suppl.* p. 641. t. 910. Triatheram *junceam* „*americanam*" dicit, „spicis simplicibus; spiculis secundis; foliis caespitosis, convolutis, tenuissimis."

n. 256. GYMNOPOGON.

Pag. 421. n. 1. Gymnopogon *racemosus*. Addatur synonymon: Andropogon *ambiguus* *Mühlenb. Descr. uber.* p. 285. Anthopogon *lepturoides* *Nutt. gen.* I. p. 82.

Culmi 18 poll.-2 ped., basi decumbentes, foliosi, internodiis brevibus, numerosis. Folia brevia, 1-2 poll., ovato-lanceolata, acutissima, glabra, plana, horizontaliter patentia, distiche approximata, subtus nervosa et profunde striata, 1/2 poll.; vaginae extus apice barbatae, ligulâ obliteratâ. Panicula subverticillata, spicis racemisve 10-30 simplicibus, setaceis, 4-6 poll.; rhachi angulari, scabrâ. Flores interrupti, apicem versus approximati et basi, rhachi approximati. Cal. bivalvis, biflorus, flosculo altero semper neutro, persistens; valvulae inaequales, angustae, carinatae; rigidae, pungenti-subulatae, uninerves: interior brevior excavationibus rhacheos appressa; rhachis calyxque purpurei. Cor. ☿ bivalvis: valvula dorsalis lineari-lanceolata, obtuse carinata, trinervis, aristâ ad apicem tenui, rectâ, scabrâ, triplo longiore, margine basique parum villosâ; interior plana, binervis, membranacea, acuta. Rudimentum neutrius pedicellatum, minimum, 1-valve; aristâ pedicello parum longiore. Stam. exserta. Semina nuda, obtuse angulata. Affinis Lepturo *paniculato*. *Nutt.*

Obs. Descriptio div. *Mühlenberg* haud paucis recedit. „Culmus erectus undique glabri. Folia lanceolata, nervosissima, convoluta, abbreviata, alterna, amplexicaulia, basi subcordata. Vagina longa, striata, glabra, ore pilosa. Ligula absoliformis. Panicula patentis-

sima, rhachi universali sulcatâ, basi clandestina. Rami horizontales triquetri, rigidi, scabri, basi pilosi, superiores erecti. Flosculi alterni. Cal. valvulae carinâ scabrae. Arista corollae purpurascens. Flos tabescens vel aristiformis, vel bivalvis, masculus. Pedicellus floris tabescentis est tortuosus, corolla aristâ terminali et basilari, quasi rudimento floris tertii. *In Carolina, Georgia* et *N. Caesarea.* Cl. *Steudel* citat Anthopogonem *ambiguum Nutt.*, quem nullibi invenimus: prostat tantum Anthopogon *lepturoides.*

n. 257. ECHINOPOGON.

Pag. 421. Echinopogon *ovatus.* Addatur synonymon: Echinopogon *asper Trin. Fund. Agrost. p.* 126.

Obs. „Specimina dantur paniculâ elongatâ interruptâ, ironibus a *Billardiere* et *Palis. de Beauvois* datis valde absimilia: itaque nomen trivialale mutandum erat." *Trin. l. c.*

Pag. 422. n. 257a. AEGIALINA.

n. 1. Aegialina *tenuis.* Aegialitis *tenuis Trin. Fund. Agr. p.* 127. *t.* 9.

Gramen littorale, annuum, pusillum. *In Gallia meridionali.* Nomen mutandum erat, cum jam sit Aegialitis *R. Brown.*

Pag. 422. n. 258. ANISOPOGON.

n. 1. Anisopogon *avenaceus.* Addatur synonymon: *Poiret Enc. meth. illustr. gen. Suppl. p.* 537. *t.* 907.

n. 259. DEYEUXIA.

Pag. 424. n. 6. Deyeuxiae *rectae* addatur:

Obs. „Valde affinis *rigidae*; differt tantum culmo humiliore, ligulâ breviore, paniculâ valde coarctatâ, breviore, glumis coloratis, arista paulo longiore, flore sterili minus plumoso." *Kunth.* Et subjunguntur species sequentes, in editione nostra, forte quod exemplar *Nov. gen. Humb.* et *Bonpl.* quod div. *Römer* possidebat, philyris p. 145—148 caruisset, omissae:

n. 7. D. *planifolia Humb.* et *Bonpl.*; foliis planis, scabris; paniculâ ramosâ, verticillatâ, subsecundâ, nutante, glumis dorso ciliato-scabris; paleis inaequalibus, bidentatis; flore sterili paleam superiorem aequante. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth.* III. *p.* 145.

Culmus erectus, 1 1/2 poll., striatus, nodique glabri. Folia linearia, striata. Vaginae striatae, scabriusculae, internodiis longiores. Ligula elongata, bifida, glabra. Panicula spithamaea, ramis patulis subsecundis laxis rhachique glabriusculis, verticillis distantibus. Glumae lineares, aequales, virentes, paleis paulo longiores. Paleae basi pilis brevibus, glabrae, dorso scabrae, apice bidentatae;

inferior major, dorso aristata. Arista glumis duplo longior. Flos sterilis albo-plumosus. Affinis D. *flavescenti* *Clar. Monogr. MS. Kunth. In montosis Andium Peruvianor. prope Guangamarca.* ♃.

n. 8. D. *eriantha* *Humb.* et *Bonpl.*; foliis convoluto-setaceis, scabriusculis; paniculâ ramosâ, laxâ, subsecundâ, nutante, ramis geminis; glumis dorso scabris; paleis subaequalibus: inferiore bidentatâ, superiore acutâ, basi longissime pilosis; flore sterili paleis dimidio breviore. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth.* III. p. 145.

Radix fibrosa. Culmi erecti, 1 1/2 ped., striati, nodique glabri. Vaginae longissimae, striatae, scabriusculae. Ligula elongata, lanceolata, acuminata, glabra. Panicula 3-4-poll., ramis geminis, distantibus, patulis, subsecundis rhachique scabris. Glumae aequales, virentes, glabrae, paleis multo longiores. Paleae glabrae, basi pilis albis easdem aequantibus cinctae; inferior aristata dorso, superior acuta. Arista glumas aequans. Flos sterilis plumosus. *Kunth. In apricis montosis Mexico inter et Tezcuco.* ♃.

n. 9. D. *ligulata* *Humb.* et *Bonpl.*; foliis canaliculatis, glabris; paniculâ ramosâ, verticillatâ, coarctatâ, subsecundâ; glumis paleas (fere) duplo superantibus; paleis inaequalibus: inferiore quadri- superiore bidentatâ; flore sterili paleâ superiore dimidio breviore. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth.* III. *p.* 145.

Rad. fibrosa. Culmi erecti, 1 1/2 ped., striati, glabri. Folia linearia, striata. Vaginae striatae, glabrae, internodiis longiores. Ligula longissima, lanceolato-subulata, glabra. Panicula ramis abbreviatis, patulis, approximatis, scabris. Rhachis glabra. Glumae lanceolatae, acuminato-subulatae, aequales, glabrae, dorso scabrae, virentes. Paleae basi pilis brevibus cinctae, inferior paulo major, glaber, quadrinervis; superior binervis, apicem versus ciliata. Arista dorsalis geniculata, glumis paulo brevior. Flos sterilis plumosus. *Kunth. In declivitate montis Javirac prope Quito.* ♃.

n. 10. D. *effusa* *Humb.* et *Bonpl.*; foliis convoluto-setaceis, glabris; paniculâ ramosâ, verticillatâ, patulâ; glumis dorso scabris, paleis vix longioribus; paleis subaequalibus: inferiore tri- superiore bidentatâ; flore sterili paleas subaequante. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth.* III. *p.* 146. *t.* 46.

Rad. fibrosa. Culmus strictus, 2 ped., striatus, scabriusculus. Nodi glabri. Folia radicalia fasciculata, culmum subaequantia; caulina breviora. Vaginae striatae glabrae, internodia subaequantes. Ligula abbreviata, glabra. Panicula spithamaea, ramis distantibus rhachique scabris. Spiculae solitariae, pedicellatae. Glumae subaequales, lineari-lanceolatae, acuminatae, glabrae, purpurascentes, paleis paulo longiores. Paleae glabrae apicem versus ciliato-sca-

briusculae, inferior paulo longior. Arista dorsalis, geniculata, glumis duplo longior. Flos sterilis plumosus, paleam superiorem subaequans. *Kunth. In radicibus Antisanae, et in umbrosis humidis montis Saraguru, Oña inter et Loxa.* ♃.

n. 11. D. *stricta Humb.* et *Bonpl.*; foliis convoluto-setaceis, scabris; paniculâ ramosâ, verticillatâ, patulâ; glumis dorso scabris; paleis subaequalibus, glumis brevioribus; inferiore tri- superiore bidentatâ; flore sterili paleas aequante. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth.* III. *p.* 146.

Culmus erectus, strictus, 1 1/2 ped., striatus, glaber. Folia rigida. Vaginae striatae, scabrae. Ligula elongata, lanceolata, acuminata, glabra. Panicula spithamaea, ramis distantibus rhachique scabris. Glumae lineares, acuminatae, aequales, purpurascentes, glabrae. Paleae scabrae, inferior dentibus mucronatis, superior angustior. Arista dorsalis geniculata, glumis duplo longior. Flos sterilis albo plumosus. Differt a praecedente: vaginis foliisque scabris, ligulâ elongatâ spiculisque majoribus. *Kunth l. c. In montanis frigidis regni novogranatensis juxta Colasey et Paramo de Yamoca.* ♃.

n. 12. D. *poaeformis Humb.* et *Bonpl.*; foliis planis interne margineque scabris; paniculâ ramosâ, verticillatâ secundâ; glumis dorso ciliato-hispidis; paleis subaequalibus, acutis: inferiore infra apicem brevissime aristatâ; flore sterili brevissimo, ciliato-hispido. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth.* III. *p.* 146. Arundo *poaeoides Poir.*

Rad. fibrosa. Culmus erectus, 3-ped., striatus, nodique glabri. Folia linearia, externe glabra. Vaginae striatae, scabrae, internodiis breviores. Ligula elongata, fissa, glabra. Panicula patens nutans, 1/2 ped., ramis distantibus rhachique glabris. Glumae lanceolatae, acutae, carinatae, virides, glabrae, aequales. Paleae glumas subaequantes, oblongae, glabrae, virentes. Flos sterilis aristaeformis, paleis triplo brevior. Vix hujus generis videtur. *Kunth. In regno Mexicano, in radicibus montis ignivomi Jorullo.* ♃.

PANICUM.

Pag. 424. n. 1. Panicum *colonum*. Addatur synonymon: P. culmis basi repentibus; spicis 6-12 brevibus; floribus (sub) ternis, subsessilibus; glumis calycis trinervibus; corollâ trivalvi; semine rotundato, glabro, trinervi. *Rox. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 299. n. 25. α: rufescens. *Lal-schama.* (*Moretti Giorn. d. Fisica Dec.* II. T. *p.* 42, et, hoc teste: Panicum *grus galli* Variet. *Biv. Cent.* I. *p.* 65. *Gusson Cat. Piant. Boccadifalco* *p.* 46. Pan. *numidianum Presl. Gram. Sicul. p.* (excl. syn. *Desf.* et *Lam.*) . Milium *colonum Mönch*

Culmi apice suberecti, ibique 1-2 ped., ramosi, subcompressi, glabri. Folia subbifaria, brevia, glabra, in acumen acutum attenuata. Spicae compositae, secundae; spiculis alternis, remotiusculis, secundis; rhachi in omnibus trigonâ, lateribus, unde spiculae emergunt, concavis. Setae subinde floribus intermixtae. Glumae calycis omnes subpilosae et scabrae. Cor. valvulâ neutrâ. Semen latum, ovale, acutiusculum. *Roxb.* l. c. *In pinguibus.*

Obs. Cl. *Moretti* monet Dm. *Gussone* arbitrari, PANICUM *compressum Biv.* quoque, speciem longe alienam, a clo *Presl* hûc falsae delatum.

n. 1 a. PANICUM *muticum Forsk.*; spicis alternis, secundis; spiculis remotis, geminatis, muticis: alterâ pedicellatâ; rhachi trigonâ, flexuosâ. *Forsk. aeg. p.* 20. *Syst. Veg. ed. Gmel.* I. *p.* 157. *ed. nostr.* p. 424 (in nota ad P. *colonum.*) PANICUM *leiogonum* apud Sieber *Herb. aegypt.*

Specimini nostro ab ipso *Sieber* adglutinata fuit inscriptio P. *leiogoni*, quod in nostra saltem a clo *Sieber* empta collectione non prostat. Toto coelo diversum esse a *leiogono* patebit ex descriptione: diagnosis ceterum nulla alterius speciei PANICI, quam neglecti ab omnibus, praeter *Gmelin*, P. *mutici* in nostrum quadrat, cui: Radix? Culmus 3-ped., glaber, striatus, crassitie fere pennae anseris, et ad paniculam fere usque tectus paniculis glabris, striatis. Nodi quidquam contracti, fusci, pube albâ. Ligula membranacea, fuscescens, ciliata. Folia patentia, lineari-lanceolata, acuminata, multinervia, utrinque glaberrima, margine scaberrima, spithamaea, basin versus dimidium fere pollicem lata, plana. Panicula fere spithamaea, spicis 9-10, erectis et patentibus, 2 circiter poll., 2 lin. latis. Rhachis universalis et partiales scaberrimae, nudae. Flores (s. spiculae) bi- et trifariam imbricatae, fere P. *colonum*, sed omnino mutici, et quidquam majores, magisque oblongae, setâ unâ alterâve subinde ad basin pedunculi. Glumae calycinae omnes laeves; infima s. exterior minima, fuscescens: interiores subaequales, ovatae, acutiusculae, glabrae, nitidulae, virides et purpurascentes, altera 5 altera 3-nervis. Corollae valvulae PANICI *colonum.* Antherae atropurpureae. *Circa Damiatte.*

n. 2. PANICUM *pseudocolonum.* Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. Spec. p.* 47.

Differt a P. *colonum:* foliis erectis, in *colono* patentibus etc. β *flaccidum* differt tantum culmo debiliore, flaccido, incurvo; spicis remotioribus et brevioribus; rhachi setaceâ. *Roth.*

p. 425. n. 4. PANICUM *fluitans.* Addatur synonymon: P. culmis 2-3 pedum, basi repentibus; foliis longis; spicis numerosis approximatis, interstitia excedentibus; floribus hermaphroditis oblongis; valvulis duabus exterioribus calycis minutis; semine oblongo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. Wall.* I. *p.* 297. P. spicis linearibus, secundis; flo-

ribus subrotundo-ovatis; calycis glumis majoribus longitudine corollae; culmo foliisque linearibus glabris. *Meyer Essequeb. p.* 51. *Schrank Denkschr. Münchn. Akad.* VI. *p.* 166.

Culmi superne fere erecti, teretes, glabri, 1-4 pedum; folia glabra; vaginae ore barbatae, subciliatae. Spica composita secunda, multum similis *brizoidi*, sed longior, spiculis 25-30; non aeque regulariter dispositis, multoque minus remotis. Flores serie duplici. Cal. uniflorus. Semen acutum, rugosum. *Roxb. l. c.* „Flores ovati hinc convexi, unde habitus PASPALI. Cal. biflorus: glumae membranaceae nervis viridibus, pilis rigidiusculis brevibus ad nervos imprimis et in margine plus minus adspersae; minima subrotundo ovata, basi perforata, trinervis; reliquae duae duplo majores, ovatae, acutae; minimae opposita ventricosa, 5-nervis, intermedia plana 3- rarius 5-nervis. Corollae neutrius valvula membranacea, tenera, nunc subrotundo-ovata, nunc oblonga, obtusa, plana enervis, interdum m. rgine tenerrimo viridi. Cor. hermaphroditae magnitudine calycis glumarum majorum; valvulae coriaceae laevissimae, nitidissimae, altera convexa, altera plana. Semen ellipticosubrotundum, hinc planum, inde convexum, album. Non videtur fere diversum a P. *brizoide*, sed hujus mera varietas.“ *Meyer.* ☉!

Obs. Spicas et spiculas sessiles in specimine aegyptiaco notat *Schrank* l. c., PASPALI fere formâ, illas internodiorum longitudine, has ovatas, biseriatas, secundas. A simillimo *brizoide* differre nostrum tertiâ calycis valvulâ; quae in *brizoide* caeteris major, acuta, in *fluitante* minor, et adeo obtusâ, ut *truncata* videatur. PANICUM *paspalodes* conferre suadet *Steudel.*

n. 5. PANICO *mucronato* addatur synonymon:

P. spicis alternis (nec externis) etc. *Roth nov. plant. Spec. p.* 45.

n. 6. PANICUM *brizoides.* Addatur synonymon:

P. culmo suberecto; foliis brevibus; spiculis remotis, (rachi) adpressis; floribus ovatis, solitariis, polygamis; valvulis 2 interioribus calycis aequalibus; nectariis longis; seminibus ovatis, acutis, rugosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. Wall.* I. *p.* 296. *n.* 19. (cui PANICUM *flavidum Retz. obs.* IV. *p.* 15. *Willd. Spec.* I. *p.* 339. eadem e loco sicco. PANICUM *flaccidum Herb. Banks.* eadem, vel tantum varietas videtur.)

Cespitosa, subinde purpurascens, nunc 2-4 pedum, nunc totidem pollicum, basi decumbens, etiam repens, adscendens. compressa, glaber. Folia bifaria. glabra, longitudine varia, ad os vaginae barbata. Spicae compositae, secundae, variae longitudinis: spiculae secundae, numero variae, alternae, basi subinde duplo vel plâve longitudinis suae distantiâ remotae. Rhachis communis subtrigona, extus sulco pro spiculis recipiendis. Flores semper bivariates, subglobosi. Cal biflorus, valvulâ interiore magnitudine corollae, mediâ minore, omnibus viridi striatis. Corollae ♀ et Nectaria obovata. Semina breviat. *Roxb. l. c.* *Ubique*, etiam *in aquis.* Confer P. *fluitans.*

Pag. 426. n. 7. PANICUM *cruciforme* lege *eruciforme*.

n. 10. PANICUM *dimidiatum*. Addatur synonymon: P. spicis secundis articulatis: articulis excavatis, alterne cuspidatis, 1,5-floris; calyce bifloro: flore altero hermaphrodito, altero masculo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 290.

Roxburgh ad specimina sicca, quae a D. *Rottler* tulit et quae pro ISCHAEMO habuisset, nisi ab hoc meliora edoctus fuisset, sequentem rarioris hujus graminis dedit descriptionem: „Culmus brevis, obliquus, glaber, 6 12 ped; folia gracilia, glabra, obtusa, apice latiuscula Spicae solitariae glabrae, 3-5 poll. „Internodia rhacheos 8-12, rigida, pro recipiendis flosculis excavata praeter unum alterumve ex inferioribus, quae longiora: in omnibus cuspis longa, acuta, ex apice alterne ad latera. Pedicelli in scrobiculis inaequales, inferiores triflori et ultra, medii biflori, supremi uniflori. Cal. bivalvis, flore utroque, ☿ et ♂, sessili, valvulâ exteriore minore, interiore longitudine fere corollae: si triglumem calycem petis, tunc flos masculis univalvis. Cor. valvulae subaequales: masculi firmiores, lateribus exterioris (quae calycis interior, ubi hic triglumis) ad angulos rectos inflexis. Stylus partim indivisus. Semen oblongum, obscure fuscum, punctatum, antice prope basin prominentiâ oblongâ. *Roxb. l. c.*

Pag. 427. n. 10a. PANICUM *hemitomon*; spicis alternis erectis 7, pedicellis flosculorum geminis solitariisque; rhachi flexuosâ. PANICUM *Walteri Mühlenb. Descr. ub. p.* 108. PANICUM *dimidiatum Walteri* secundum *Elliott* (apud *Mühlenb.*)

Culmus 1 1/2 ped., striatus, nodis foliisque lineari-lanceolatis, acuminatis, striatis, remotis, glabris. Vaginae striatae, margine pubescentes. Ligula brevis, barbiformis, alba. Cal. inaequalis, acutus, nervosus. Pist. caeruleo purpurea. *Mühlenb.* l. c.

n. 12. PANICUM *molle*. Addatur:

Obs. Cl. *Steudel* jungit instar synonymorum: P. *radicans Retz* et *patens* L.; hoc ultimum cum? Attamen neutrum hujus loci. PANICUM *molle Mich.*, de quo apud nos l. c. sermo est in Observatione restituatur in speciem hic subsequentem:

n. 12a. PANICUM *Michauxianum*; rhachi glumisque cui addatur synonymon: PANICUM *molle Mühlenb. Descr. ub. p.* 108. *Nuttall gen. p.* 53.

Culmus erectus, 3-ped., glaber, nodosus Folia lanceolata, nervosa, margine scabra. Vagina striata. Ligula brevissima, barbiformis. Spicae terminales alternae. rhachi et pedunculis pubescenti mollibus, flosculis substipitatis, stipite sub calyce articulato. Cal. bivalvis (?) ovatus, acuminatus, pubescens, 1-florus, cum rudimento neutrius. Cor. alba, puncticulata. calyce minor. Stigmata plumosa. Semen nudum, ovatum, albo-fuscum. *Mühlenb.* In *Georgia*.

Pag. 428. n. 16. PANICUM *plicatum*. Addatur:

Obs. Clo *Steudel* huc videtur spectare *Panicum sulcatum Desfont.* et delendum videtur in synonymis, praeter PAN. *plicatum Willd.*, etiam PANICUM *plicatum Jacq.*, quod ad *palmifolium* illi potius referendum videtur; quod confer.

Pag. 428. et 882. n. 16 a. PANICUM *palmifolium*. Addatur synonymon:

PANICUM *plicatum*; erectum, herbaceum, pilis rigidis scabrum; foliis lanceolatis, plicatis; paniculâ lanceolatâ: ramis compositis; floribus geminatis, (?) polygamis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 313. n. 49. *Willd. Enum.* II. p. 1033. *Jacq. Ecloq.* T. 1. P. *palmifolium König?*

Culmi erecti vel adscendentes, basi crassitie pennae anseris, subcompressi, farcti. Folia subbifaria, expansa, 6 - 12 poll., 1 - 2 lata; vaginae longitudine circiter internodiorum, pilis rigidis asperae, fauce ciliatae. Panicula oblonga, laxa, ramis inferioribus remotis, superioribus approximatis, spiculis brevibus unilateralibus. Flores solitarii, bini ternique, pedicellis inaequalibus, subinde setâ coloratâ solitariâ e pedicellis exterioribus. Cal. 3 - valvis, biflorus: alter e floribus ♂, corollâ uniglumi membranaceâ; alter ☿, corollâ bivalvi. Semen oblongum, parte convexâ rugosum. *Roxb. l. c.* *In Sumatra.* ♃.

Obs. An huc P. *plicatum Schrank pl. rar.* I. t. 19? Clo *Spreng. N. Entd.* III. p. 120. huc sine dubio videtur spectare *plicatum Lam.*; nobis tamen dubium videtur.

n. 16 b. PANICUM *neurodes*; erectum, 3 - 4 pedum; foliis lanceolatis, plicatis; vaginis internodia excedentibus, fauce barbatis; paniculâ rarâ, ramis longis, simplicibus, filiformibus, remotis; floribus ut plurimum solitariis; corollis valvulâ neutrâ. PANICUM *nervosum. Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 314.

Foliis exactissime convenit cum meo *plicato*, differt multum paniculâ. Culmus gracilis, totus vaginis tectus ad 6 - 12 usque pollices sub paniculâ. Folia subpilosa, praecipue basin versus, 6 - 12 poll., 1 1/2 lata. Vaginae internodia excedentes, subpilosae, fauce barbatae. Spiculae basi remotae, secundae, floribus aliquot alternis. Cal. 3 - valvis, glaber, 3 - 7 - nervis. Cor. valvulâ neutrâ staminibus. *Roxb. l. c.* *In Nepala.* Dr. *Buchanan.* ♃.

Obs. Aliud est sane PANICUM *nervosum Elliott* apud *Nutt.* gen. p. 53, nobis ignotum, alioque nomine salutandum. Nomen a Clo *Roxburgh* inditum ob antiquissimum *nervosum Lam.* mutandum erat.

n. 16 c. PANICUM *costatum Roxb.*; culmis repentibus; foliis lanceolatis plicatis vaginisque multum pilosis; internodia vaginis longiora; paniculâ compositâ racemis spicat

secundis, patentibus, brevibus; floribus polygamis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 315. *n.* 51.

Foliis convenit exacte *plicato* et *nervoso.* Radices crassae numerosae e geniculis. Caules 3-6 ped. Folia 6 poll., poll. lata. Vaginae internodiis breviores. Panicula oblonga glabra, racemis spicatis subcompositis, passim setâ aristiformi. Cal. trivalvis, glaber, 3-5-nervis. Cor. 3-valvis, biflora, flore exteriore 1-valvi masculo. Sem. transverse rugosum. *Roxb. l. c.* *Ex insula Mauritii.* Nauarch. *Tennant.*

n. 16 d. PANICUM *montanum Roxb.*; culmis erectis, glabris, 3-4 ped.; foliis lanceolatis, nervo inaequaliter divisis; paniculâ oblongâ, ramis capillaribus rectis; corollâ bivalvi; semine glabro, ovali, dorso trinervi. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 315. *n.* 52.

Rad. fibrosa, rhizomate ligneo. Culmus texturâ ligneâ, crassitie pennae corvi, 3-4 ped. Folia magna, eleganter longitudinaliter striata, margine, inferne ad faucem vaginae ciliata. Panicula linearis, 12-18 poll., ramis suberectis. Flores parvi, ovati, remoti. Cal. generis. Cor. familiae, valvulâ masculâ s. neutrâ nullâ. *Roxb. l. c.* *In montibus Circar.* ♃

Pag. 429. n. 17 a. PANICUM *Poiretianum.*

Obs. PANICUM *elongatum Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 278. *Syst. Veg. ed. nostr. p.* 883. n. 17 — 18 hoc nunc nomine distinguendum, cum jam sit PANICUM *elongatum Pursh.*

n. 18. PANICUM *conglomeratum* monente *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 285 est omnino species distincta ab *indico*, in quo spica cylindrica, et flores ubique aequaliter dispositi. Hinc P. *indicum* ibidem excludendum, et sic restituendum.

n. 18 a. PANICUM *indicum*; culmis 4-8 pollicum, e basi repente adscendentibus; spicis subcylindricis nudis; calyce glabro; involucris nullis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 285. *n.* 1. *Linn. Mant.* 184. *Retz Obs.* III. *p.* 9.

In Coromandel.

Obs. Descriptionem (dlv. *Roxburgh* nullam dedit) facile ex *Observatione* nostra ad *conglomeratum* suppeditabis.

Pag. 430. n. 20. PANICUM *cespitosum.* Addatur:

Obs. Tulimus quoque e *S. Domingo*, ubi D. *Bertero* legit, et e *Guadeloupe* nomine P. *colonum.*

n. 21. PANICUM *hispidulum.* Addatur synonymon: P. culmis erectis, 3-4 pedum; spicis paniculatis, erectis, lanceolatis; spiculis secundis; floribus geminatis, sessilibus; valvulis calycis setosis, mediâ cuspidatâ, interiore aristatâ;

corollâ trivalvi: semine ovato, acuto, nitido. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 305. *n.* 36.

Fors *frumentaceum* spontaneum. Culmi ramis paucis. Folia longa, angusta, acumine tenui, glabra. Spicae strictae, spiculis numerosis erectis in rhachi 4-6 gona. Flores numerosi, subsessiles. Setae in calyce e nervis. Arista longa, crassa, hispida. Valvula neutra membranacea. *Roxb.* l. c. *Ad margines oryzetorum.*

n. 21 a. Panicum *frumentaceum Roxb.*; culmis erectis, 2-4 pedum; paniculâ erectâ; spicis secundis incurvis; floribus ternatis, inaequaliter pedicellatis; valvulis calycinis cuspidatis subulatisve; semine ovato, glabro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 307. n. 37. *Spreng. N. Entd.* III. *p.* 13.

Culmi ramosi, subcompressi, glabri. Folia lata, margine hispida. Panicula oblonga, rigida, spicis numerosis, condensatis, rhachin communem ambientibus, subinde quasi verticillatis. Rhachis communis 5-6 gona, subpilosa; partialis trilocularis, undulata. Florum alter sessilis, alter breviter pedicellatus, tertius quidquam longius pedicellatus. Cal. valvulae omnes trinerves, 2 latiores cuspidatae. Cor. valvulâ tertiâ neutrâ. Semine acuto. Varietates plures ab Hindis distinctae, edules. *Roxb.* l. c. *In fertilioribus culta, varietatibus pluribus.*

Obs. P. *stagnino* simillimum dicit els *Sprengel*, sed mutieum. An ergo potius Echinochloa?

n. 22. Panicum *dichotomum*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 112.

Culmus erectus, dichotomus, glaber, nodis inferioribus pubescentibus. Folia radicalia cordato-lanceolata, basi ciliata, abbreviata; culmea lineari-lanceolata, nervosa, glabra. Ligula barbiformis brevis. Vagina glabra (in varietate strigosa) margine vel ore pilosa. Panicula terminalis subsimplex: ramis horizontalibus, flexuosis, glabris, ternis geminis et solitariis, unifloris. Calycis valvula tertia brevis, obtusa, duae reliquae ovatae, acutae, aequales, nervosae, glabrae. Cor. alba, calyci aequalis. Antherae violaceae. Sem. album nitidum. *Mühlenb.* qui etiam conferre jubet *ramulosum Mich.* *In Pennsylvania* et *nov. Angl.*

n. 22 a. Panicum *setaceum Mühlenb.*; pedunculis solitariis unifloris, rarius paniculâ terminali; culmis cespitosis, erectis, dichotomis, subpubescentibus. *Mühlenb. Descr. uber. p.* 99.

„Ubi panicula terminalis, affine *dichotomo*. Culmi palmares, nodis glabris. Folia alterna setacea, basi pilosa, pungentia. Ligula barbiformis, brevissima. Vagina exasperata. Valvulae calycinae interiores obovatae, nervosae, punctatae, glabrae et pubescentes, corollae aequales. Semen album." *Mühlenb.* *In Georgia.* *An nodiflorum Lam.*?

n. 22 b. Panicum *Mühlenbergianum*; culmo a basi ra-

moso vel dichotomo, glabro, nodis sursum pilosis; foliis linearibus, nervosis, glabris; paniculae ramis solitariis a basi ramulosis; pedicellis flexuosis, subpubescentibus. PANICUM n. 27 (sine nomine) *Mühlenb. Descr. ub. p.* 118.

Affine *barbulato* et *dichotomo*. Culmus vix spithamaeus. Vaginae fauce et margine pilosae. Cal. valvula minima obtusa, ceteris aequalibus ovatis, acutis, parvulis, glabris, corollae aequalibus. Semen album, nitidum, parvulum. *Mühlenb.* *In Georgia.*

ag. 431. n. 24. PANICO *prolifero Lam.* addantur synonyma: P, culmo ramoso, ramis paniculatis; paniculae ramis patentibus, angulatis; glumis calycinis 2 inaequalibus, nervosis, lanceolatis: tertiâ minimâ. *Spreng. N. Entd.* I. *p.* 243. *Pursh Fl Amer. sept.* I. *p.* 68. (*Link Enum. p.* 77.) P. *dichotomiflorum Mich.* P. *genicnlatum Mühlenb. Catal. p.* 9. *Nuttall gen.* I. *p.* 53. *Barton philadelph.* I. *p.* 47. P. *miliaceum Walt.* (fid. *Spreng. N. Entd.* II. *p.* 202.)

Brachiale et ultra. Culmus totus vaginis foliorum glabris laxis tectus, basi crassitie digiti. Folia pedalia, pollicem fere lata, striata, glabra, margine scabra. Panicula ovato-oblonga. Rami angulati patentes glabriusculi. Glumae calycinae accessoriae saepius 2, reliquae 2, ovato-lanceolatae, 5-nerves, viridi-purpurascentes. *Spreng.*, cujus ergo descriptio non ex integro cum illa cli *Poiret* quadrat. Cl. *Link* notat valvulam calycinam obtusiusculam, interiorem lineatam, obtusam. *Ad ripas fluviorum in Nova Caesarea et Pennsylvania.*

Obs. PANICUM *geniculatum Mühlenb.* diversum esse a *geniculato Willd.*, prorsusque idem cum *dichotomiflora Mich.* monuit *Mühlenberg* l. c. quo teste ill. *Smith* hanc speciem ex India orientali in *Herb. Linn.* prostare monet. Descriptio data l. c. a divo *Mühlenberg* alius fere plantae: „Culmus glaber, 2 ped., dichotomus, erectus, ad littora maris etiam procumbens, late sparsus, basi geniculatus, teres et compressus, nodis glabris. Folia lanceolata, nervosa. Ligula barbiformis. Vagina nervosa, glabra, ore pilosa. Panicula diffusa ramosissima dichotoma, ramis basi nodosis repetito-dichotomis, scabris, solitariis, pedicellis sub calyce incrassatis, scabris. Cal. valvulae reliquae acuminatae, glabrae: tertia brevis, obtusa, subtriloba. Cor. calyci aequalis et minor. Antherae luteae, Pistilla purpurascentia. Semen albidum. *Mühlenb.* *In Pennsylvania, Virginia, Georgia.* ⊙.

n. 26. PANICUM *coloratum*. Addatur synonymon:] PANICUM *virgatum Mühlenb. Descr. ub. p.* 120. (fide *Smith.*) MILIUM *coloratum Mönch.*

Obs. Descriptio plantae americanae, a Nova Anglia ad Georgiam spontaneae, sequens. „Culmus 4-pedalis, striatus, teres, glaber. Folia lanceolata, glabra, collo pilosa, margine pubescentia, saepe colorata. Ligula longe pilosa. Vagina striata, margine pilosa et glabra. Panicula erecta, ramosissima, demum patula et diffusa: ramis infimis

verticillatis, horizontalibus, aliis solitariis compressis. Calycis valvula extima brevis, trinervis; reliquae ovatae, longe acuminatae, inaequales, 5-nerves. Cor hermaphrodita calyce multum minor, neutra 1-valvis. Antherae atropurpureae. Pist. purpurascentia. Semen album, nitidum, calyce minus. Rad. tuberosa? ♃." *Mühlenb.* Occurrit passim nomine *exigui*.

n. 26 a. Panicum *compressum Bern. Bivon.*; panicula erecto-patente; staminibus pistillisque coloratis; culmo ramoso compresso; foliis pubescentibus; ligulâ ciliatâ. *Bern. Bivon. Stirp. rar. sicul. Manip. n. 35.*

Affine *P. colorato*, sed diversum monente cl. *Sprengel N. Entd.* II. p. 39 ex autopsia. *In monte peregrino Panormi.*

Pag. 432. n. 27. Panicum *repens:* addantur synonyma: P. repens; foliis latis, undulatis, basi cordatis, amplexicaulibus, ciliatis; spicis 4-10, undique aequaliter dispositis; floribus muticis; involucro piloso; corollâ trivalvi. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 302. n. 30, et, hoc teste, P. *repens Burm. ind. t.* 11. *f.* 2, sed spiculae partiales nimis longae, folia nimis angusta. (P. *arenarium Brot. Fl. lusit. p.* 82. *Phytogr. lusit.* I. *n.* 4. p. 15. *t.* 6.?)

Cespitosa, culmis 1-2 ped, geniculatis, glabris, saepe coloratis. Folia lanceolata, vaginis internodio brevioribus, subpilosis. Spicae parvae, breves, sessiles, secundae: rhachis 4-6-gona, villosa. Flores plerumque geminati, inaequaliter pedicellati, involucro pilis longis mollibus extrá ad pedicellum. Calycis valvula exterior minuta, truncata, interiores 5-nerves. Cor. valvulâ neutra *Roxb. l. c.*

Obs. In P. *arenario Brot.* vero radix ♃. Culmum haud repere monente cl. *Dufour.* P. *repens Bivon. Bernard. Sicul.* C. I. p. 63, quod cl. *Bivona* et *Desfont.* et *Cavanill.* ducit, idem est ac P. *coloratum Syn. H. R. P.*, et monet occurrere idem „passim calycibus bifloris, flosculo altero hermaphrodito, altero masculo." Dicit quoque *Cavanilles* in *Anal. de Cienc. natural.* T. III. p. 8 monens se non dissentire, si quis conjuncta a se icon. VI. t. 110 Panica *repens* nempe et *coloratum*, iterum disjungere vellet; attamen tunc plantam divi *Broussonet* jungendam esse cum P. *colorato Jacq.* Nos, cum veteribus, distinguimus Panicum *coloratum* foliis planis, radice ⊙, et *repens*, foliis convolutis, radice ♃. Hoc nomine *colorati* e Creta in Hb. cret. habet cl. *Sieber;* illud ex Aegypto.

Pag. 433. n. 28. Panicum *obliquum.* Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec. p.* 51.

Culmi sublignosi, nitidissimi, teretes, crassitie fili emporetici, ad genicula radicem solitariam vel geminam simplicem sublignosam demittentes, floriferi oblique adscendentes, 1/2 ped., toti foliis tecti, nodis conferti, subbarbatis. Folia basi contracta, 2 unc., subulata, plana, subundulata, margine serrulata, basi pilis longis niveis, ceterum glabra. Vaginae striatae, laeves, margine et ad

oras pilis densis: ligula membranacea, obtusa, glabra. Panicula repetito-dichotoma, ramulis ultimis longis unifloris, aspera. Spiculae ferrugineae, semine Papaveris vix majores. Calycis glumae carinatae, nudae, adpressae: exterior minor ovato-lanceolata; interior duplo longior, spicula tamen ad 1/3 brevior. Cor. ☿ neutrâ paulo brevior, obliqua, extrorsum ventricosa, tricostata. *Roth.*

n. 29. PANICUM *difforme.* Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec.* p. 52.

Adeo affine *obliquo*, ut potius varietas videretur: differt tamen: culmo tenuiore; foliis utrinque pilis sparsis subadpressis; paniculâ contractâ, minus ramosâ; pedicellis longe brevioribus, approximatis; spiculis griseis, dense pilosis, duplo fere majoribus, magnitudine circiter seminis Brassicae; calycis glumis dense pilosis; corollâ ☿ glaberrimâ, nitidissimâ, ecostatâ. *Roth.*

n. 30. PANICO *numidiano* addatur:

Obs. PANICUM hocce non esse idem cum PANICO *compresso Biv*, ut cl. *Presl* videtur, *Cipar. et gram. sicul.*; licet simillimum, cum in *compresso* vaginarum ora pilosa, flosculi acuti pubescentes; in *numidiano* vaginae glabrae, nodis culmi pubescentibus, flosculi obtusi glabri: *Moretti.*

Pag. 434. n. 33. PANICUM *miliaceum.* Addatur synonymon: P. culmis erectis, ramosis, 2-4 ped.; totum pilosum: paniculâ oblongâ; glumis calycinis cuspidatis; corollâ trivalvi, accessoriâ bidentatâ; semine ovali, glabro, quinquestriato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 312 n. 47. *Roth nov. plantt. spec. p.* 434. P. floribus paniculatis; glumae valvulis acutis; pedicellis nudis; seminibus ovoideis laevibus. *Seringe Monogr. d. Céréales* p. 175. A. paniculâ nutante, seminibus stramineis. B. paniculâ erectâ seminibus badiis. p. 176. MILIUM *Panicum Mill Dict.* MILIUM *esculentum Mönch.* β. nostrum est MILIUM *attenuatum Mönch.*

Culmi plures ex eodem grano, 2-4 ped.; folia magna, vaginis longis, totum fere culmum tegentibus, pilis albis. Panicula ut in *miliari*, sed passim pilosa. Nectaria 2 triangularia, emarginata. Semen ore fuscescens, striis coloratis. *Roxb.* l. c. qui nonnisi cultum vidit.

n. 34. PANICUM *sumatrense.* Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. Spec. p.* 50.

Differt a simili *miliaceo* (sub cujus nomine habuit cls. *Heyne*) culmo paulo tenuiore cum geniculis glaberrimo, nec geniculis villoso; foliis praelongis; paniculâ longiore, laxiore; calycis valvulâ exteriore brevissime mucronatâ. *Roth.*

n. 34 a. PANICUM *tenue Roxb.*; culmis erectis, ramosis, 1-6 pedum; paniculâ rarâ; floribus geminatis in pedicello communi piloso; pedicellis partialibus inaequalibus; co-

rollâ trivalvi: semine ovato, transversim undulato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 3 3 n. 48.

Culmi subinde decumbentes, radicantes, glabri. Folia magna, superne pilosa, margine aciculis acutis. Vaginae pilosae, internodiis breviores, fauce barbatae. Panicula erecta, maturescente semine incurva, racemis subsecundis, alternis, compositis. Rhachis communis 4-5-gona, partialis 3-gona, flexuosa, pilosa. Calycis glumae multinerves, caeterum glabrae. Valvula neutra in speciminibus luxuriantibus etiam staminifera. *Roxb. l. c.* *In montibus Circars.*

n. 34 b. Panicum *tenuissimum Mart.*; paniculâ capillari, elongatâ, patente, compositâ; flosculis adpressis, minutissimis; foliis margine asperis, culmoque ramoso glaberrimis, pro ligula denticulis brevissime ciliatis. *Schrank Abh. Regensb. bot. Gesellsch.* III. p. 26.

In Brasilia D. *de Martius.* ♃.

n. 34 c. Panicum *Sprengelianum*; spicae compositae ramis angulatis; rhachibus particularibus alternis, divaricatis, pilosis; flosculis brevissime pedicellatis, glabris; culmo adscendente, compresso; foliis inferioribus glabris, superioribus supra hirsutis. Panicum *heterophyllum Spreng.* N. *Entd* III. *p.* 13.

Culmi plures, cespitosi, firmi, glabri, uti vaginae, cubitales, nodosi, geniculati. Ligula o. Folia inferiora acuta, margine scabra, nervosa. Spica terminalis basi folio cincta. Rhachis quadrangularis, glabra. Flosculi gemini, exigui, virides, glabri. Valvae calycinae trinerves, tertia minima. Proximum P. *tenue Roxb.*, sed differt staturâ orgyali, paniculâ vera, et valvis calycinis multinervibus. *Spreng.* *In India orientali.*

Obs. Nomen mutandum, cum sit antiquissimum *heterophyllum Schreb* apud *Mühlenb. Descr. gr.* p. 116.

n. 35. Panicum *attenuatum*. Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 77.

Satis differt a P. *miliaceo* non solum glabritie, sed etiam paniculâ erectâ, contractâ, foliis breviore. Valvula calycina exterior obtusiuscula, aut apiculo brevi. Antherae fusco-flavae. Frequens in hortis nomine P. *colorati*. *Link.*

Pag. 435. n. 36. Panicum *miliare*. Addatur synonymon: P. culmis erectis, ramosis, 2-3 pedum, glabris; paniculâ rarâ; floribus geminis in pedunculo communi inaequaliter pedicellatis; corollâ trivalvi; semine ovato, glabro, quinquestriato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 312 n. 46.

Culmi plures ex grano unico, teretes. Folia glabra. Panicula oblonga, cernua, ramis alternis, ramosis, capillaribus, angularibus hispidis. Flores ovales. Calycis glumae glabrae, longitudinaliter

striatae. Cor valvulâ neutrâ. Semen lucidum fuscum. *Roxb.* *l. c.* qui nonnisi cultam vidit.

n. 39. Panicum *capillare*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 126. Milium *capillare* *Mönch.*

Obs. Div. *Mühlenberg* notat l. c. varietatem minorem „culmo laevi, spithamaeo, subsimplici, nodis albis; foliis lineari-lanceolatis, pubescentibus, pilosisque; vaginâ pilis etiam non radicatis" in cultis aridis.

n. 39 a. Panicum *cognatum*; culmo erecto, tenui, simplici; foliis subulatis pagini que (praeter infimam) glabris; ligulâ ovatâ; paniculâ divergente, capillari, rigidâ, axillis pilosis: ramis virgatis, longissimis, unifloris, sursum hispidis; corollâ fuscâ. Panicum *divergens* *Mühlenb. Descr. ub. p.* 120.

Calycis valvulae lanceolatae, acutae: tertia brevissima. Cor. acuta, calyci subaequalis. Affine *capillari* minori. Confer P. *nudum* *Walt.* *In Carolina.*

Pag. 436 n. 43. Panicum *grossarium*. Addatur synonymon: P. culmis repentibus; foliis mollibus, pubescentibus; spicis 6-10; floribus solitariis, subsessilibus; corollâ trivalvi; semine oblongo, acuto, transverse rugoso. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 800. (Exclude apud nos synonymon *Thunbergi*, et adde: *prostratum* *Lam.* *Sieber Fl. aegyptiac.*)

Semine inprimis *rugoso* differt a P. *colonum*. Culmi in solo fertili repentes, in sterili erecti. Folia in acumen tenue attenuata. Spicae compositae, secundae, spiculis 4-12 alternis, secundis, unilateralibus, simplicibus, biserialibus. Cal. satis glaber. Cor. valvulâ neutrâ. Nectarium glandula rugosa germen inter et valvulam corollae exteriorem. Semen album. *Roxb.* l. c.

n. 43 a. Panicum *bisulcatum* *Thunb.*: paniculâ capillari patente; calycibus trinervibus; vaginis foliorum duplicato sulcatis, margine ciliatis. *Thunb. N. Act. Ups.* VII. p. 141 et, se teste, P. *grossarium* *Fl. jap.* p 48.

Culmus teres, glaber, ramosus, erectus, 2 ped. et ultra, ramis alternis, simplicibus. Folia longe vaginantia, lineari-ensiformia, glabra, nervosa, nervo medio flavescente, acuminata, integra, internodiis paulo longiora, patenti-erecta, spithamaea; vix unguem lata. Vaginae glabrae. Panicula decomposita, patentissima, amplissima. Calycis valvulae glabrae, costis 3 elevatis, longitudinalibus. *Thunb.* l. c. *In Japonia.*

n. 43 b. Panicum *ciliatum* *Elliott*; culmo decumbente glabro; foliis vaginisque ciliatis; paniculâ pauciflorâ patente. *Elliott Bot. of Carol. et Georg. p.* 126. *Mühlenb. Descr. uber. p.* 127.

Quibusdam P. *pubescens* *Mühlenb.* et *scoparium* *Michx.* hujus videtur loci, quod vix ac ne vix quidem. „Culmus palmaris, no-

dosus, nodis glabris basi caespitoso. Folia lanceolata, basi subcordata, nervosa, margine ciliis radicatis. Ligula o. Vagina elongata, glabra, striata. Panicula terminalis pilosa: ramis flexuosis, pilosis, ramulis glabris. Cal. pubens, valvulis aequalibus nervosis: tertiâ ovatâ, purpurascente, acutâ, corollae aequalis Semen album calyci aequale. Habitus P. *grossarii*. *Mühlenb.* *In Georgia.*

n. 43 c. Panicum *frondescens* *Meyer*; paniculâ simplici, coarctatâ; floribus confertis, oblongis, acuminatis; culmo ramosissimo; foliis oblongo-lanceolatis. *Meyer Essquebo p.* 56.

„Culmi 1-2 ped, geniculis plurimis, basi repentes, geniculo uno alterove infracti, superne adscendentes, ut rami erecto-patentes, pennâ columbinâ tenuiores, teretes, subcompressi; plus minus pubescentes, sub geniculis inprimis angulo nigricante notati. Folia copiosa, patentia, 2 1/2 poll., 6-8 lin. lata, margine serrulato-scabra, plana, striata, nunc subglabra, nunc glabriuscula, basin versus pilis adspersa, supra saturate viridia. Vaginae longitudine internodiorum, ad foliorum insertionem subtruncatae, arctae, subcompressae, sulcatae, ore pilis patentibus. Ligula o. Paniculae racemosae, erectae, 2-3 poll, paulo ultra 1/2 poll. latae. Rhachis recta, compressa, sulcato-striata, inferne subglabra, ad ramorum ortum pubescens, superne scabra. Rami inferiores alterni, remotiusculi; superiores subverticillati, erecto-patentes, 1/2 poll. circiter longi, simplicissimi, compressiusculi, et fere glabri. Spiculae biflorae, dense confertae, secundae. Flores compressi, alter pedicello brevi, alter subsessilis, saepe incompletus, alter pedicello brevi. Cal. uniflorus, muticus; glumae membranaceae, glabrae, lutescenti-virides, margine albidae; minima ovata nervo medio; reliquae 2 quadruplo majores, oblongae, acuminatae, nervis nonnullis obsoletis, intermedia alterâ paululum major, submucronata, basi corollam amplectens. Corollae valvulae subcoriaceae, oblongae, laeves, nitidae, albae. Antherae pallide fuscae. Flos incompletus neuter, valvulâ membranaceâ diaphanâ. Forsitan affine Panico *grossario*. *Meyer*. *In graminosis umbrosis insulae Arowabisch.*

n. 43 d. Panicum *cartilagineum* *Mühlenb.*; culmo pubescente, nodis glabris; foliis lanceolatis, nervosis, margine cartilagineis; paniculâ erectiusculâ, terminali; ramis solitariis alternis, flexuosis, glabris, a basi divisis; calyce pubescente. *Mühlenb. Descr. ub. p.* 128.

„Culmus 5 poll. Ligula barbiformis. Vagina margine pubescens. Valvulae calycinae ovatae, obtusae. Semen album calyci aequale." *Mühlenb.* *In Georgia.*

n. 45. Panicum *maximum*. Addatur:

Obs. Sunt qui P. *maximum* *Sieb. Herb. martin.* n. 27. potius P. *jumentorum* *Pers.* credunt; sed collatio speciminibus nostris cum icone et descriptione Jacquiniana et speciminibus ex *H. Vind.* *Sieberiana*

specimina omnino ejusdem speciei cum *maximo* *Jacq.* supponimus. Talimus idem nomine *altissimi* ex *H. paris.*

Pag. 438. n. 45 a. PANICUM *asperrimum* *Lagasc.*; vaginis pilosis; foliis glabris; paniculâ nutante ramulis (antrorsum) asperrimis; valvulâ calycinâ minore longe acuminatâ, nervosâ. *Link* *Enum. p.* 77.

Rad. fibrosa, nec tuberosa. Culmus 1-1 1/2 ped., laevis, glaber. Vaginae pilis longis, patentibus; folia glaberrima, striata, margine scabra. Panicula non valde effusa. Valvulae calycinae et intermedia nervoscae, acuminatae. *Link*, qui nomine P. *asperrimi* *Lagasc.* tulit, et notat, non esse *scaberrimum* *Lagasc.* *Habitat?* ⊙ *in Tepidario.*

Pag. 439. n. 48. PANICUM *nemorosum*. Addatur synonymon: MILIUM *nemorosum* *Mönch.* β. spiculis fuscescentibus.

β in S. Domingo. D. *Bertero.*

Pag. 439. n. 48 a. PANICUM *tremulum* *Spreng.*; culmo compresso, dichotomo, striato, tenui; foliis lineari-lanceolatis, acuminatis, glabris; paniculâ depauperatâ, terminali: ramis 3 alternis, flexuosis, 2-5-floris; pedicellis sub calyce nodosis; calycis valvulis oblongis, obtusis, glabris, nervosis. PANICUM n. 39 (sine nomine) *Mühlenb. Descr. ub. p.* 127. *Spreng. N. Entd.* II. *p.* 103. 202.

„An varietas *hydrophili?* sed folia multum angustiora. PANICO *nemoroso* affine pedicellis articulatis. Vaginae elongatae, remotae, glabrae. Ligula 0. Cor. acuta, calyce paulo minor." *Mühlenb* l. c. Reliquis convenit cum *hydrophilo.* (Panicula erecta; rami graciles, glabri; glumae striatae, obtusiusculae. *Spreng.*) *In N. Caesaria.* *Spreng.*

n. 48 b. PANICUM *hydrophilum*; culmo compresso, subpubescente; foliis lineari-lanceolatis, nervosis acuminatis; paniculâ contractâ: ramis erectis, pedicellis sub calyce nodosis, angulatis, glabris, flexuosis; calycis valvulis acutis, glabris, nervosis. PANICUM *aquaticum* *Mühlenb. Descr. ub. p.* 126. et, hoc teste, P. *fluitans* *Brickell.*

„Nodi glabri. Vagina striata, glabra, ore pubescente, infimâ hirsutâ. Ligula vix ulla. Cal. valvula altera multi-, altera trinervis, apice purpurascens. Cor. duplex, ☿ et ♂. Semen album minutum, calyce multo minus. *Mühlenb.* *In aquosis.*

n. 49. PANICUM *rigens*. Addatur synonymon; PANICUM n. 265 *Herb. Martin. Sieb.*

Obs. P. *rigens* *Sieb.* omnino quadrat cum diagnosi et descriptione data a divo *Swartz*, si scabritiem excipis; folia enim omnino utrinque, etiam margine cartilagineo, glabra, nec scabra; ramuli etiam glabri, nec scabri. Nec vestigium pili cujusvis, praeter marginem superiorem vaginae setosum, occurrit, et laevissimam sub lente pubescentiam

ad apicem glumarum et in interstitiis nervorum paginae inferioris foliorum. P. *rigens* H. at B. hujus ergo varietas pilosa videtur.

n. 50. PANICUM *fuscum*. Addatur synonymon PANICO *rubenti* in *Obs. p.* 440.

Obs. P. *fusco-rubens* *Nutt. gen. p.* 53. Etiam in pratis Porto-Rico. Cls. *Bertero*.

Pag. 440. n. 51. PANICUM *latifolium*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. uber. p.* 109. MILIUM *latifolium* *Mönch*. Excludatur vero β *maculatum*.

Culmus erectus, pedalis, teres, nodosus, simplex et ramosus, nodis retrorsum pilosis Folia cordato-lanceolata, nervosa, pilosa, margine ciliata glabrave. Ligula brevissima, barbiformis vel nulla Vaginae glabrae pilosaeque. Panicula terminalis, serius etiam lateralis, subsimplex. Rami paniculae inferiores terni, gemini solitariique patuli, subramosi, pubescentes, glabrive Cal. inaequalis, nervosus, pubescens, obtusus, biflorus, valvulâ tertiâ ovata acuta, ceteris obtusis. Cor. ☿i bi-♂i uni valvis. Semen album calyci aequale. *Mühlenb.*

n. 51 a. PANICUM *maculatum* *Aubl.*; scandens; caule arundinaceo, arborescente, altissimo; paniculâ racemis lateralibus compositis; foliis ovato-lanceolatis, acuminatis. *Aubl. Gujan.* I. *p.* 51. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 16. P. *latifolium* β. *Lam. Enc.* IV. p. 749. n. 86. S. V. ed. nostr. p. 440. n. 51.

Tulimus a clo *Balbis* nomine P. *arborescentis*, a quo omnino distinctum, uti etiam a *latifolio*. Ramuli florentes in speciminibus nostris crassitie fili emporetici, ad medium fere usque paniculae vaginati, vaginis foliis triplo quadruplo brevioribus, striatis, glabris, superioribus ore et margine barbatis. Ligula oblonga exserta, utrinque fasciculo pilorum. Folia disticha, glaucescenti-viridia, lineata, scabriuscula, 7-9 nervia, margine retrorsum scaberrima, 2 1/2 poll., 3/4 poll. lata, basi subinaequalia, et vix ac ne vix latere latiore amplexicaulia. Panicula 3-4 poll., rhachi ramulisque sulcatis, flexuosis, ad angulos scabris. Flores omnes pedicellati; seminiferi magnitudine grani piperis. Valvulae omnes tres calycinae ovato-subrotundae, nitentes, nervosae, apice lunatae, purpureo-fuscae: extima duplo triplove minor Semen ochroleucum, nitidissimum. *In Porto-Ricco et S. Domingo* D. *Bertero*.

n. 51 b. PANICUM *Walteri* *Poiret*. (S. V. ed. nostr. p. 885). Addatur synonymon: PANICUM *latifolium* *Sieb. Mart. n.* 7. (Adde patriae Martinicam.)

n. 51 c. PANICUM *macrocarpon* *le Conte*; culmo erecto vaginisque pubescentibus; nodis nudis; foliis cordato-lanceolatis, utrinque nervosis, glabris, ciliatis; paniculâ subcompositâ, ramosâ; glumis majusculis, turgidis, ovatis, pu

bescentibus, striatis. (*Torrey* in) *Catal. of plants New York p.* 17.

Affine latifolio.

Pag. 441. n. 53a. PANICUM *microcarpon Mühlenb.*; paniculae erectae ramis glabris; glumis obtusis, striatis, hirsutis; foliis linearibus, glabris; vaginis striatis, ore pilosis. *Spreng. N. Entd.* II. *p.* 102. *Mühlenb. gram. p.* 111. *Torr. Catal. Novebor. p.* 17. *Elliott Carol. austr. p.* 127. *Nuttall gen. p.* 53.

Culmus simplex, 2 ped., nodis glabris. Folia lanceolata, basi ciliata, nervosa, margine undulata, scabra, subcartilaginea. Vaginae striatae, glabrae, margine pubescentes. Ligula o. Panicula erecta, ramosissima, rhachi glabrâ, flexuosâ. Rami gemini, ramulis basi nodosis, flexuosis. Cal. valvula minima purpurea, ovata, obtusa; interiores obovatae aequales, subpubescentes. Antherae purpureae vel caeruleae. Pist. rubra. Semen parvum, album, nitidum. *Mühlenb. In Virginia, Cherokee, Delaware.* ♃.

Obs. Div. *Mühlenberg* nótat hanc speciem differre a *latifolio*, *scopario* et *clandestino*, floribus parvulis. Affine esse P. *trichodes Swartz*, et *nitidum Mich.* et *Pluk.* ex. 8; sed ligulam deficere in *microcarpo*. Cl. vero *Sprengel* P. *diffusum Swartz* satis simile dicit, et differre flosculis glabris acutis; P. *brevifolium Linn.* foliorum brevitate et ligulâ aperta. Notat in *microcarpo* culmum teretem, *fasciculum* pilorum ligulae loco; valvulas sulcato-striatas, subpurpurascentes, hirsutas. *Elliott* folia laevissima et flores acuminatos laeves describit.

n. 53b. PANICUM *depauperatum Mühlenb.*; paniculâ terminali erectâ, depauperatâ; glumis acutis, lanceolatis, nervosis, glabris: tertiâ minore trinervi, obtusâ; foliis lineari lanceolatis, inferioribus abbreviatis, supremo elongato, pilosis glabrisve; vaginis pilosis. *Mühlenb. Descr. ub. p.* 112.

Culmus pedalis, simplex, nodis pilosis. Ligula barbiformis. Rami paniculae gemini, uno abbreviato, unifloro, altero bifloro, tortuosi. Cor alba, obtusa, calyce paulo minor. Stam. atropurpurea. Sem. album. *Mühlenb. In glareosis Pennsylvaniae, Carolinae.* ♃.

n. 54. PANICUM *diffusum*. Addatur:

Obs. PANICUM *caespitosum* omnino idem esse cum *diffuso* notat *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 761.

Pag. 442. n. 56. PANICUM *clandestinum*. Addatur synonymon:

Mühlenb. Descr. ub. p. 110. MILIUM *clandestinum Mönch.*

Culmus 4-ped., teres, striatus, glaber, bifidus, nodis glabris. Folia

lanceolata, nervosa, margine scabra, basi ciliata. Ligulae o. Vaginae superiores distantes, hispidae, pilis radicatis. Panicula terminalis clandestina, demum exserta simplex. Rami paniculae flexuosae glabrae. Cal valvula tertia minor acuminata, ceterae aequales ovatae, obtusae, pubescentes et glabrae, multinerves. Cor. bivalvis, ovata. Stam. et Stigm. purpurascentia. Semen album, ovatum, nitidum, calyci aequale. *Mühlenb.* *In Pennsylvania, Delaware, N. Caesar.*

n. 56 a. PANICUM *Bertolonianum;* foliis lanceolato-linearibus, supra pubescentibus, culmo, vaginisque hirsutis; paniculâ racemosâ, laxiflorâ, strictâ; calycibus unifloris oblongis, hirsutis, muticis, exquisite nervosis. PANICUM *loliaceum Bertol. Piant. del. Bres. p. 4. n. 5. Opusc. scient. di Bol. 3. p. 408.*

Rad. fibroso-ramulosa. Culmus teres erectus simplex. Folia acuminata. Stipulae loco villi numerosi. Panicula terminalis, ramis alternis, remotis, strictis. Spiculae pariter remotae, geminatae, altera longius pedicellata, uniflora, 1 1/2 - 2 lin. longa, subinde solitaria. Cal triglumis, glumis oblongis, obtusiusculis, muticis, cartilagineis, concavis, exquisite nervosis, hirsutis, exteriore fere dimidio breviore, reliquis 2 subaequalibus. Corolla glumis cartilagineis, ovato-lanceolatis, vix acutis, concavo convolutis, apice intorto, glaberrimis, enervibus, muticis, glumas calycinas majores fere aequantibus, alterâ alteram amplexante. Squamulae nectariformes 2, oblongae, obtusae, albido-membranaceae, sub gluma corollinâ majore, quâ 2/3 breviores. *Bert* Nomen mutandum erat, cum jam sit antiquissimum P. *loliaceum* s. OPLISMENUS *loliaceus.* *In Brasilia.*

n. 57. PANICUM *curvatum.* Addatur synonymon: P. culmis erectis; spicis curvatis; floribus confertis, glabris, hermaphroditis; semine laevi. *Roxb. Fl. ind. ed Car. et Wall.* I. p. 289.

Culmi numerosi, ramosi, crassitie pennae corvi, 2-3 ped., glabri. Folia numerosa, gracilia, longa, glabra. Spicae, s. racemi, basi subramosae, ramulis adpressis. Flores numerosi, totam fere rhachin obtegentes, ramulis adpressi, pedicellati, ovati. Calycis glumae 2 interiores striatae. Cor. neutra o Semen lucidum, album *Roxb. l. c.* cui fors varietas tantum *interrupti.*

n. 58. PANICUM *uliginosum.* Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec. p.* 50.

Differt a simili *arcuato* racemo laxiore, plerumque longiore, 1/2 - 1 ped., viridi, nec cylindraceo, obtuso, denso, griseo, 3-4 poll. pedicellis longioribus etc. Culmus fere 3-ped., inferne digiti crassitie. Folia ad vaginae orificium non evidenter contracta, quae in P. *arcuato* basi valde contracta, ut vaginae orificium utrinque auriculâ. Respondet pluribus partibus P. *uliginosum* descriptioni *interrupti Willd.*, ut sane pro eodem haberem, nisi spicam interruptam diceret vir divus. *Roth.*

Pag. 443. n. 59. PANICUM *virgatum*. Addatur:

Obs. Cl. *Link* in *Enum.* p. 443. dubia nostra non solvit, sed P. *virgato Mich.* addit tantum: „glaberrimum, paniculâ effusâ, valvulâ exlyciná minore oblongâ, obtusiusculâ, trinervi.“ Interea *Poiret Enc. Suppl.* V. p. 761 notat, P. *coloratum Walt.* (nec *Willd.* ut sphalmate apud nos legitur) esse omnino P. *virgatum Mich.* Confer *coloratum*.

n. 61. PANICUM *trigonum*. Addatur synonymon: P. culmis repentibus; paniculâ dimidiatâ; foliis stipulatis; pedicellis bifloris; valvulâ interiore calycis fornicatâ; corollâ trivalvi; semine hemisphaerico, glabro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 307. *n.* 38.

Culmi filiformes, 1-2 ped, paucis pollicibus erecti; folia lanceolata, mollia, subpubescentia, vaginis ciliatis. Panicula oblonga, glabra, ramis 3-10 ramulosis, in minore tantum planta unilateralibus. Pedicelli partiales, inaequales. Cal. valvula interior obtusa, omnes striatae, pilosae. Cor. valvula neutra, parva. Semen obtuse et oblique trigonum. *Roxb. l. c.* *In ambrosis.*

n. 62. PANICUM *pallens*. Addatur:

Obs. Specimen nostrum a clo *Bertero* in Portorico lectum, quod clo *Balbis* debemus; foliis glabris quidem, sed scaberrimis, et vix ciliatis.

Pag. 444. n. 63. PANICUM *anceps*. Addatur synonymon: PANICUM *rostratum Mühlenb. Descr. ub. p.* 121. AGROSTIS *nutans*, fide *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 539.

„Culmus 4-ped., glaber, compressus. Folia lanceolata, basi subpilosa, margine subscabra. Ligula obsoleta, brevissima, fusca, barbiformis. Vagina anceps, infra hirta, margine pilosa et glabra. Panicula erecta, ramosa: ramis angulatis, subscabris, ternis, geminis, solitariisque divisis, basi axillâve glandulâ fuscâ; ramulis alternis suberectis, flosculis brevipedicellatis, racemosis. Calycis valvulae acuminatae vel rostratae, nervosae, aequales, glabrae: tertia ovata, acuminata, brevior. Cor. ☿i acuta et obtusa, glabra, calyce minor. Antherae atrae. Pist. purpurascentia. Semen album, nitidum, ovale.“ *Mühlenb*

n. 63a. PANICUM *densum Mühlenb.*; culmo crasso, pubescente, nodis pilosis; foliis lanceolatis, nervosis, pubescentibus, margine pilosis; ligulâ piliferâ; vaginis elongatis, striatis, pubescentibus; paniculâ densâ, multiflorâ, pedunculis pedicellisque subglabris. *Mühlenb. Descr. ub. p.* 122.

Cal. pubescens: valvula minima, ovata, acuta, reliquis obovatis, multinervibus. Semen albidum. Affine *spreto*.

n. 64. PANICUM *scoparium*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 109.

Culmus 1 1/2 ped., mollis, simplex et ramosus, nodis retrorsum pilosis, ramis alternis, erectis. Folia lato-lanceolata, nervosa, utrinque mollia, margine ciliata et scabra. Vagina mollis, junior glutinosa. Ligula barbiformis. Panicula terminalis depauperata et lateralibus subclandestinis. Rami paniculae flexuosi, aggregati, inaequales, 1-2 flori, pubescentes. Cal. valvula extima brevior ovata, acuta, interiores obovatae, nervosae, subpubescentes. Semen album, magnum. *Mühlenb.*

n. 65. Panicum *Rudgei.* Addatur patria:

Etiam *in Brasilia*, fide specim. C. *Princ. M. Neow.* *Schrad.*

Pag. 446. n. 69. Panicum *pubescens.* Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 116. *n.* 24.

Culmus erectus, 1 1/2 ped., simplex et ramosus, ramis alternis, nodis retrorsum pilosis. Folia lineari-lanceolata, nervosa, undique pilosa. Ligula barbiformis, elongata. Vagina pilis radicatis. Panicula terminalis, distans. Rami paniculae horizontales, flexuosi, subsolitarii, alterni, pilosi, divisi. Cal. nervosus, pyriformis, pubescens, valvulâ tertiâ brevi. Cor. alba. Pist. atro-purpurea. Semen album, nitidum. Affine *scopario*, et diversum a *piloso Sw. Mühlenb.* An P. *ciliatum Elliott* et *scoparium Michaux?* (Quadrat ad amussim descriptio haec *pubescentis* in specimen, quod nomine *villosi Lam.* a clo *Balbis* tulimus e S. *Domingo.*) *In sylvis et agris cum affini discolori.*

n. 69 a. Panicum *commutatum;* culmo nodisque nigrescentibus glabris; foliis lanceolatis, acuminatis, margine scabris, basi ciliatis; vaginis striatis, elongatis, margine pubescentibus, purpurascentibus; ligulâ barbiformi; panicula terminali ramis plurimis patulis, glabris, subflexuosis; calycis valvulâ minimâ ovatâ, acutâ, ceteris acutis nervosis. P. *nervosum Mühlenb. Descr. ub. p.* 117.

Semen album. Affine *hydrophilo: Mühlenb.* S. C. natali.

Pag. 446. n. 71. Panico *nitido Lam.* et *Mich.* omnino instar varietatis jungendum esse Panicum *barbatum Mich.* (vide l. c. infra n. 72.) omnibus partibus multo majus, monet *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 761.

Pag. 447. n. 73. Panicum *discolor.* Addatur:

Obs. Videtur ad *nitidum* et *barbulatum* spectare; divus enim *Mühlenberg* in *Descr. ub. p.* 114 ad P. *discolor* sine dubio ducit Panic. *heterophyllum Schreb.*, ex auctoritate div. *Swartz* Panicum *laxiflorum Lam.*, et, eum?, P. *barbulatum Mich.*, et subjungit „conspeciem vel varietatem majorem" quacum conferri jubet P. *flexuosum* *) et *nitidum Mich.*, atque affine dicit *nervoso*. Panico di

*) *Flexuosum Rafin.*, nobis ignotum? Certe non *flexuosum Roth.*

colari est apud illum: „Rad. ♃. Culmus pedalis erectus, glaber, simplex et basi ramosus, nodis retrorsum pilosis. Folia radicalia, abbreviata, culmea lanceolata, basi pilosa, margine crispa. Ligula o (vel brevissima barbiformis). Vagina striata, dorso glabra, ore et margine pilosa, margine etiam glabra exceptâ infimâ. Panicula terminalis subsimplex: ramis horizontalibus geminis et solitariis flexuosis glabris, flosculis omnibus pedicellatis. Cal. nervosus, obtusus, glaber, per lentem pubescens, uniflorus, tertiâ coloratâ minimâ. Cor. calyci aequalis. Sem. album, nitidum. *In Pennsylv.*" — „Conspeciei" vero „culmus 3-pedalis, striatus, nodis retrorsum pilosis. Folia lanceolata, semiamplexicaulia, nervosa, margine crispa, glabra, inferiora pilosa. Ligula barbiformis. Vaginae elongatae nervosae, inferiores pilosae. Panicula terminalis patens, ramis inferioribus verticillatis flexuosis, ramulosis. Cal. valvula tertia minor acuta, reliquae aequales, nervosae, acutae, glabrae et subpubescentes. Sem. albidum." *In Georgia.*

n. 74. PANICO *ramuloso* addatur synonymon: PANICUM *verrucosum Mühlenb. Descr. ub. p.* 113? PANICUM *umbrosum Le Conte* apud (*Torrey*) *Catal. of plants New York.*

„Habitus P. *cespitosi Swartz*, et nullum *Michauxi*, nisi forsan *nitidum* vel *ramulosum*. Rad. fibrosa. Culmus 1 1/2 ped., inferne ramosus, ramis inferioribus radicantibus, tenuis, geniculatus, nodis glabris inflatis. Folia alterna remota, lineari-lanceolata, patula, nervosa, glabra. Vaginae elongatae, striatae, margine pilosae vel ciliatae. Ligula vix ulla barbiformis. Panicula terminalis patula, et lateralis e vaginis: ramis alternis solitariis divisis, flexuosis, glabris. Cor. valvula minor acuta, 2 ovatis, acutis, aequalibus, viridissimis verrucosis, nec pubescentibus, tri- et multinervibus. Cor. aequalis, antheris fuscis. Pist. nigrescentia. Sem. albidum. *Mühlenb. In N. Caesarea, Delaware, Georgia.* ♃.

n. 76. PANICO *melicario* addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 117. PANICUM *angustifolium Le Conte* apud (*Torrey*) *Catal. of plants New York.*

Culmus gracilis, glaber, 1 1/2 ped., nodis glabris. Folia linearia, glabra, basi longe vaginata, culmo multum breviora, erecta, pauca. Ligula o. Vagina striata, glabra. Panicula terminalis longa, nitida, subsimplex: ramis infimis horizontalibus glabris, verticillatis, flexuosis, pedicellis brevissimis apice incrassatis vel nullis. Cal. valvula tertia brevissima, acuta, reliquae lanceolatae, acuminatae, biflorae, purpurascentes, corollâ paulo minores. Cor. purpurascens cum valvula una mascula. Antherae purpureae. Pist. lutescentia vel alba. *Mühlenb.* cui P. *nudum Walt.*, huc duci solitum, conferendum videtur cum *cognato.*

a g. 448. n. 77. PANICUM *debile.* P. *patentissimum* (quod *debile* dicendum, confer. *S. V. ed. nostr. p.* 886.) Addatur synonymon:

PANICUM *hians Elliott Nuttall gen. p.* 53.

Specimen nostrum e S. *Domingo* nomine *divaricati* communicatum *debile* omnino refert.

Obs. PANICUM *debile Elliott Nutt. gen. p.* 58, nobis ignotum, alio nomine salutandum, cum antiquius *debile Poiret.*

n. 79. PANICUM *arundinaceum.* Addatur:

Obs. Specimina ab hortulano D. *Sieber* in ins. Martinica lecta conveniunt omnino; at vaginae collo vix villosae.

Pag. 449. n. 81. P. *brevifolium.* Addatur synonymon: P. culmis repentibus; foliis lanceolatis, cordatis; paniculâ ovatâ, ramosissimâ, partim vaginâ folii extremi absconditâ, valvulâ calycinâ secundâ barbatâ; corollâ trivalvi; semen ovatum, glabrum. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 308. *n.* 40. (excl. syn. *capillacei Lam.*)

Culmi repentes, robustiores. Folia lata, undulata, marginibus vaginarum ciliatis. Panicula 3-5 poll., ramis numerosis, capillaribus, rhachi ramisque majoribus lanatis. Flores obliqui ovati, numerosi, longe pedicellati. Calycis valvula exterior lanceolata; secunda navicularis, extus lanâ longâ, molli; tertia ovalis. Cor. valvulâ neutrâ. Semen album. *Roxb.* l. c. *In pascuis umbrosis.*

Obs. Liquet ex hac descriptione P. *brevifolii* orientalis, et ergo *Linnaeani*, minime huc, quidquid jubeat auctoritas *Herb. paris.*, spectare posse PANICUM *capillaceum*, quod restituendum in propriam speciem:

n. 81 a. PANICUM *capillaceum Lam.* (diagnosi et descriptione a nobis sub P. *brevifolio* p. 449 et 450 datâ.) PANICUM *brevifolium Sieb. Herb. martinic. n.* 28.

Specimina nostra e Martinica et Porto Rico a D. *Bertero* exactissime conveniunt cum descriptione data a clo *Lamarck*, si excipis in nostris rhachin tantum scabram, nec „satis pilosam." Utrum P. *trichoides Swartz* re verâ ad *brevifolium* nunc quoque dubitamus: a *capillaceo* sane diversum.

n. 81 b. PANICUM *trypheron;* culmis adscendentibus; foliis longis; paniculis oblongis, ramosissimis; floribus solitariis, remotis; valvulis secundis calycis recurvis et acutis; corollâ trivalvi; semine ovali, glabro, quinquenervi. PANICUM *tenellum Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 309. *n.* 41.

Culmi multi, ramosi, basi ad genicula radicantes, 1-2 ped., crassitie pennae passeris. Folia mollia, pilis albis. Paniculae longitudine plerumque plantae, tenues, ramis expansis, capillaribus. Flores parvi, ovales. Cal. glumae striatae, ceterum glabrae. Cor. valvulâ tertiâ neutrâ. Semen oblongum, dilute fuscum. *Roxb.* l. c. *In pascuis, ad margines agrorum.* (Nomen mutandum ob P. *tenellum* antiquius *Lamarck*, a quo sane distinctum, nec, ut videtur clo *Sprengel N. Entd.* III. p. 120, idem.)

n. 81 c. PANICUM *serrulatum* *Roxb.*; culmis erectis, 2-4 pedum; foliis ensiformibus, marginibus serrulatis; paniculâ spicatâ: valvulis calycum acutissimis; semine oblongo glabro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 309. *n.* 42

Culmi ramosi, 2-4 ped. Folia basi subcordata, ab hac in acumen attenuata, vaginis glabris longitudine internodiorum, vel eadem excedentibus. Panicula erecta, linearis, ramis erectis, linearibus, ramosis, subremotis, praecipue inferne, ut videatur spica paniculata, interrupta. Flores lanceolati. Cal. glumae lanceolatae, interiores dorso hispidulae. Cor. singula hermaphrodita. Semen album. *Roxb.* l. c. *In vallibus humidis.*

n. 81 d. PANICUM *paludosum* *Roxb.*; culmis erectis, 2-3 ped.; paniculâ erectâ, ovatâ, tenui; ramis paucis, triquetris, angulis acutis hispidis; pedicellis bifloris; valvulis calycis cuspidatis; corollâ trivalvi; semine oblongo, glabro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 310. *n.* 43. ANDROPOGON *squarrosus*?

Culmi sub aqua incrassati, e geniculis radicantes. Folia erecta, acuta, retrorsum hispida; vaginae internodiis longiores, fauce dense barbatâ. Panicula diffusa, ramis sparsis subalternis ramosis, omnibus fere triangularibus. Flores oblongi, cuspidati, gemini in pedunculo communi, pedicellis partialibus inaequalibus. Cal. valvula exterior brevis, bases reliquarum involvens. Cor. glumâ parvâ semper neutrâ. Semen fuscum. *Roxb.* *l. c.* *In aquis non salsis montium Circars.* Confer ANATHERUM *muricatum*.

n. 81 e. PANICUM *Roxburghianum*; culmis erectis, 2-4 pedum; paniculâ tenui; ramis tetragonis glabris; floribus solitariis polygamis; semine oblongo glabro. PANICUM *uliginosum* *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 310. *n.* 44.

Differt a *paludoso* foliis, ramis paniculae, floribus ♂. Rad. fibrosa, alba. Culmi multi, ramosi, basi radicantes, superne erecti, subcompressi, glabri. Folia brevia, acuta, intus subpubescentia; vaginae internodiis breviores, fauce barbatae. Rami compressi, subtetragoni. Panicula magis, quam in *paludoso* contracta. Cal. idem. Cor. flosculo masculo perfecto. *Roxb.* l. c. *Ad margines oryzetorum.*

Obs. Nomen mutandum, cum jam sit *uliginosum* *Roth.*

n. 81 f. PANICUM *sarmentosum* *Roxb.*; perenne, inane, pilosum, sarmentosum: sarmentis suberectis, floriferis e geniculis; paniculâ pâtente; floribus solitariis; calycibus glabris, obtusis; flore altero hermaphrodito, altero neutro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 311. *n.* 45.

Culmi teretes, longi, sarmentis ramosissimis 2-3 ped., undique pube molli, praecipue in sarmentis. Folia ensiformia, cito reflexa, margine hispida, 6-12 poll., 1/2-3/4 poll. lata. Vaginae internodiis quidquam longiores. Panicula terminalis

ovata, ramis pluribus solitariis, alternis, patentibus, compositis, glabris. Flores numerosi, mutici, pedicellati. Valvulae calycis 3, nervis tenuibus, viridibus; exterior longior, flore ☿ bivalvi et neutro minore. *Roxb.* l. c. *In Sumatra.* Dr. C. *Campbell.*

n. 85. Panicum *divaricatum.* **Addatur Observationi nostrae:**

Obs. 2. Panicum *divaricatum* H. et B. dubium, seu potius novam speciem esse et distinctam, dubitavimus olim et adhuc, cum specimen possideamus portoricense a clo *Balbis* nomine *divaricati* designatum, in quod exactissime quadrat diagnosis et descriptio data a clo *Kunth*, praeter quod rami omnino glabri et rami etiam juniores glabri, glumaeque virentes, nec fuscescentes. Hujus varietas, nec *Linneanae* speciei, videtur.

Pag. 452. n. 89. Panicum *interruptum.* Addatur synonymon: P. culmis supra aquam erectis; spicis simplicibus, cylindricis; floribus confertis, glabris, polygamis; semine laevi. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 289.

Culmi ramosi, quâ parte submersi, incrassati, crassitie digiti minimi, fibris e geniculis multis, crassitie pennae, 2-4 pedum, glabri, vaginis foliorum tecti. Folia vaginaeque internodiis longiores, glabrae. Racemi (s. spicae) erecti, 4-6 poll. Flores parvi, ovati, pedicellati, numerosi ex eodem puncto. Involucrum plane nullum. Cal. duplex, valvulae interiores striatae, 6-7-nerves. Cor. cum flosculo parvo praesente. Semen oblongum, nitens, album. *Roxb. l. c.*

n. 91 a. Panicum *pilisparsum Meyer;* paniculâ simplici elongatâ; ramis pilis setaceis, adspersis; floribus ovalibus, subpendulis; culmo ramoso, adscendente. *Meyer Essequeb. p.* 57.

„Culmi 2-3 ped., crassitie pennae gallinaceae, ad genicula fusca inferiora infracti, teretes, sulcati, glaberrimi. Rami patentes vel divergentes. Folia firma, lineari-lanceolata, acuminata, nervo dorsali valido, subplicata, striata, margine serrato-scabra, supra scabriuscula, subtus glabra, subnitida. Vaginae longitudine internodiorum sulcatae, glabrae, ad oram subpilosae. Ligula nulla. Panicula racemosa, erecta, pedalis circiter, pollicem lata. Rhachis recta, angulosa, sulcata, superne scabra. Rami inferiores remoti, verticillati 2 poll. et ultra, superiores approximati, sparsi, vix pollicares, omnes patentes, simplicissimi, leviter flexuosi, triangulares, scabri, pilis floribus longioribus adspersi. Spiculae 2, rarius 3-florae, confertae, secundae, subpendulae, muticae. Flores minuti, ovales, alter pedicello brevi, alter subsessilis, plerumque duplo angustior et masculus. Cal. uniflorus, muticus, glumae membranaceae, nervosae, ad nervos et apice pilis minutissimis adspersae, lutescenti-virides, nitidae; minima ovata, subcarinata, uninervis, reliquae 2 dupl

longiores, oblongae, acutiusculae, concavae, trinerves. Corollae valvulae subcoriaceae, lineari-oblongae, laeves, pallide flavescentes, nitidae. Antherae flavae. Stigmata alba. Flores incompleti masculi, valvulâ membranaceâ plicatâ. PANICUM *ramosum* dubium illud huic affine videtur. *Meyer l. c.* *In graminosis humidis plantationis Hamburg.* ⊙.

n. 91 b. PANICUM *trichophorum Schrad.*; culmo erecto, simplici; foliis margine scabris; vaginis glabris; spicis numerosis, alternis; rhachibus setosis; spiculis confertis, unilateralibus, geminis ternisve, ovalibus: flore neutro bivalvi. *Schrad. MS.*

Culmi bipedales, graciles, subtriquetri. Folia 5-7-poll., lanceolato-linearia. Vaginae internodiis longiores, ore pilosae. Spicae 30-36 pollicares, rhachi angustissimâ, canaliculatâ. Spiculae 1/2 lin., breve pedicellatae. Calycinae valvulae ovatae: exteriori 3-interiori duplo majori 5-nervi. Flos hermaphroditus calycinam valvulam interiorem aequans, neuter eâdem parum major. *P. pilisparso Meyer Esseq.* affine. *Schrad.* *In Brasilia. Princeps Sereniss. Maximil. Neowidensis.*

n. 91 c. PANICUM *tenuiculme Meyer*; paniculâ simplici nutante: ramis inferioribus remotis; floribus ovali-oblongis, approximatis; foliis linearibus, laxis. *Meyer Essequeb. p. 58.*

Culmi vix pedales, crassitie pennae passerinae, debiles, laxi, compressi, striati, glabri vel obsolete puberuli, foliis 2-3, superne nudi, nodis glabris. Folia acuminata, 3 lin. lata, tenuissime striata, glabra. Vaginae laxae striatae, ad oras pilis brevibus, densis, albidisque. Ligula o. Panicula laxa. Rhachis inferne compressa, superne angulata, glabriuscula. Rami alterni patentes, infimi 2-3 valde remoti, reliqui magis approximati, subfastigiati, omnes simplicissimi, compresso-angulati, leviter flexuosi, scabriusculi. Spiculae 4-5-florae, confertae, secundae, muticae. Flores gemini, minutissimi, vix magnitudine seminis Papaveris: alter pedicello longiore, alter breviore insidens. Cal. uniflorus. Glumae membranaceae, ad nervos pilis minutissimis, obscure virides, margine albidae; gluma minima, subrotundo-ovata, uninervis; reliquae 2 duplo vel triplo longiores, oblongae, obtusiusculae, concavae, 2-3-nerves. Corollae valvulae subcoriaceae, lineari-oblongae, albae, nitidae. Antherae luteae. Stigmata alba. Flores valde similes PANICI *agrostidiformis Lam.*, PANICI *pilisparsi*, sed minores; reliquis valde diversum. PANIC. *micranthum Humb.* et *Bonpl.* differt culmo, foliis rigidis, nodis pilosiusculis. P. *nodiflorum Lam.* differt ramificatione, foliis, paniculis minoribus, floribus rarioribus. *Meyer.* *In graminosis rarius.* ⊙.

n. 93. PANICUM *acuminatum*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p. 125.* ?

Obs. Descriptio data a divo *Mühlenberg* plurimis recedit: „Culmus spithamaeus, glaber, basi obliquus. Folia lanceolato-acuminata, ciliata; culmo longiora. Panicula tenuis, ramis geminis vel bifidis flexuosis, basi pilosis, sub calyce nodosis. Semen album, glabrum. Rad. fibrosa."

n. 93 a. Panicum *spretum;* culmo glabro, striato, nodis glabris; foliis lineari lanceolatis: radicalibus abbreviatis; ligulâ albâ barbiformi; paniculâ terminali contractâ, ramosissimâ, densâ; ramis glabris ternis ramulisque flexuosis; valvulis calycinis puberulis, parvulis. *Mühlenb. Descr. ub. p.* 125. *n.* 37. (sine nomine).

Culmus 1-ped. Vaginae striatae, glabrae, inferiores pilis radicatis. Valvula tertia minima acuta, reliquae ovatae, obtusae, acutae, multinerves, puberulae, parvulae, corollae aequales. Semen albidum. *Mühlenb.* *In N. Anglia.*

Pag. 453. n. 95. Panicum *arborescens.* Huc cl. *Steudel* spectare videtur Panicum *turgidum Forsk.* (S. V. ed. nostr. n. 160.); sed hoc minime hujus loci.

Pag. 454. n. 95 a. P. *megiston;* paniculâ verticillatâ, laxâ; ramis simplicibus, elongatis, paucifloris; floribus ovatis; vaginis papillato-setosis; foliis lanceolatis. Panicum *altissimum Meyer Essequeb. p.* 63.

Culmi arboribus vicinis acclives, 20-30 ped., crassitie digiti, teretes, subcompressi, striati, glabri, ramosissimi. Rami divergentes vel divaricati. Folia longe acuminata, basi truncato-rotundata, plana, scabra, margine striata, utrinque glabra, juniora plus minus scabriuscula. Vaginae profunde nervoso-sulcatae, setis pungentibus, tuberculis callosis insidentibus. Ligula brevis, truncata et obsolete ciliata. Panicula 1 1/2 ped., virgata, laxa, pauciflora. Rhachis angulata et sulcata, inferne subcompressa, glabra, superne scabra. Rami in verticillis remotis plerumque 7-8 pilosis, simplicissimi, primum erecto-patentes, fructiferi nutantes, leviter flexuosi et, ut pedicelli angulati, sulcati, et scabri. Spiculae remotissimae, alternae, subbiflorae. Flores magnitudine piperis, ovati, acuti, alter subsessilis, saepe imperfectus. Cal. 1-florus, glumae membranaceae glabrae, nervosae, flavae, apice virides, dein fuscescentes, minima subrotundo-ovata, basi perforata, subinflata, trinervis; reliquae duae triplo majores, ovatae, ventricosae, nervis 8-10 viridibus. Corollae valvulae coriaceae, oblongo-ovatae, laevissimae, nitentes; exterior concava. Antherae pallide fuscae. Stigmata alba. Affine *arborescenti*, cui folia ovato-oblonga, vaginae glabrae. *Meyer.* *In sylvis humidis plantationis Hof van Holland.* ♃.

n. 96. Panico *glutinoso* addatur synonymon:

P. paniculâ compositâ, divaricatâ; floribus subrotundo-ovatis, glutinosis; culmo erecto; foliis lanceolatis, divergenti-

bus. *Meyer Esseqnebo p.* 62. *Lam. ill. n.* 921. (fide speciminis a clo de la *Lamarck* missi in herbario cl. *Schrader.*)

„PAN. *glutinosum Swartz Ind. occ.* 1. *p.* 174. PANICO *glutinoso Lam.* valde affine, sed culmum simplicem, folia pollicis latitudine dicit els auctor. Utrum varietas stirpis nostrae foliis latioribus sit, an majori jure ad P. *divaricatum Lam.* (quod verisimiliter P. *latifolium Linn*) trahendum, res nobis dubia. *P. divaricatum Lam.* valde simile *glutinoso*, differre tamen videtur: foliis lanceolatis utrinque glabris, paniculis ramis paucis hisque omnibus divaricatis, calycis et corollae valvulis obovatis P. *divaricatum Linn. Amoen.* 5. *p.* 392 est planta dubia, de qua ob nimis brevem adumbrationem nil certi dicendum. Culmi“ (in hoc *P. glutinoso*) „8-10 ped., inferne crassitie pennae anserinae, rigidi, teretes, glaberrimi, inferne ramosissimi. Rami sparsi patentes vel divergentes, saepe iterum ramosi. Folia disticha patenti-divergentia, firma, lineari-lanceolata, acuminata, basi rotundata, margine serrulato-scabra, plana, striata, supra glabra, subtus tenuissime adpresso-pubescentia. Vaginae subcompressae, striatae, glabrae, oris ciliatis. Ligula brevis, truncata, irregulariter ut plurimum fissa, medio obsolete ciliata. Paniculae culmum ramosque terminantes, ovato-oblongae, squarrosae. Rhachis stricta, angulata, apicem versus scabra. Rami sparsi, patenti-divergentes, inferiores ramosi, superiores simplices, trianguli, striati, angulis scabri. Spiculae unbiflorae, muticae. Flores pedicellis subflexuosis, angulosis, magnitudine grani piperis. Calycis glumae ventricosae, multinerves, apice fasciculo brevi lanae albae barbatae, infima s. minima ovata, inflata, nervis scabriusculis; gluma minimae opposita triplo major, subrotunda, intermedia hac vix paulo longior, subrotundo-oblonga, utraque glabra, nitida, e saturate viridi in violaceum vergens. Corollae masculae valvulae membranaceae, oblongo-ovatae, enerves, apice ciliatae; hermaphroditae valvulae coriaceae, apicibus nigricantibus, uti calycis glumae, barbulâ notatae, striatulae, nitidae, albescenti-bruneae; exterior ovata, ventricosa. Antherae flavae. Stigmata pallide flava. Semen?“ *In fruticetis plantationis Sophienburg.* ♃.

n. 97. PANICUM *patens.* Addatur synonymon: P. culmis repentibus; foliis cordatis; paniculâ oblongâ; pedicellis unifloris; valvulis calycinis tribus aequalibus; floribus polygamis; semine altero latere plano, glabro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 308. *n.* 39.

Culmi uti in *trigono.* Folia lata, in acumen attenuata, pubescentia, vaginis pilosis sine ligula. Panicula parva, 1 1/2-2 poll., ovalis, ramis glabris. Flores ovales, solitarii. Cal. biflorus, valvulis glabris, striatis; valvula interior potius valvula secunda floris masculi, quam calycina videtur, cumque semine cadit, reliquis 2 persistentibus. Cor. altera ♂, vel neutra, altera ☿. Semen ovale. *Roxb.* l. c., qui nullum

synonymon, praeter *Willdenow*, adducit, et de *Burmanni* planta silet.

Pag. 455. n. 99. Panicum *aristatum*. Conferatur: Echinochloa *lanceolata*.

Pag. 456. n. 102 a. Panicum *liton*; culmo tenui cespitoso, nodis glabris, foliis lineari-lanceolatis, glabris, acuminatis; vaginis inferioribus pilis radicatis, ore pubescente; paniculâ ramis ternis, divisis, glabris; calyce pubescente, valvulâ proximâ ovatâ. Panicum *tenue Mühlenb. Descr. ub. p.* 118. Panicum *deustum Brickell* et *Enslin* (fide *Mühlenb.*)

Culmus palmaris et pedalis. Semen album. *Mühlenb.* Sine loco natali. Nomina mutanda, ob *tenue Roxb.* et *deustum Thunb.* antiquiora.

Pag. 456. n. 103. Panicum *agrostoides*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 119.

Culmus compressus, nodis glabris. Folia lanceolata, carinata, alterna, elongata. Vagina striata, glabra. Ligula obsoleta, brevis. Paniculae terminales et laterales, ramis paniculae distantibus ternis, geminis, solitariis; junioribus erectis demum horizontalibus reflexisque basi nodosis, scabris, hinc teretibus, inde sulcatis: ramulis scabris, divisis, adpressis; pedicellis brevibus. Cal. basi setosus, valvulâ tertiâ brevi acutâ, reliquis acuminatis, trinervibus, 1-2-florus, glaber, demum purpureus. Cor. calyce minor. Antherae atrae. Pistill. atropurpurea. Semen cinereum et album glabrum. *Mühlenb.* *In pratis humidis Pennsylvaniae, Georgiae, Carolinae, Cherokee.* Etiam in *Guadeloupe*, fide specim. a clo *Bertero* lecti. ♃.

n. 103 a. Panicum *condensatum Bert.*; glabrum, decumbens; foliis cordato-lanceolatis, amplexicaulibus; paniculâ racemosâ, densiflorâ, strictissimâ; spiculis unifloris; glumis lanceolatis acutis. *Bert. Piant. del Bras. p.* 4. n. 6. et *Opusc. scient. di Bol.* 3. *p.* 408.

Culmus teres, geniculis constrictis, fuscis. Folia lato-lanceolata, acuminata. Stipula nulla. Panicula terminalis elongata, condensata. Rhachis flexuosa, scabra. Paniculae rami alterni, crebri, strictissimi, imbricati. Spiculae uniflorae valde minutae, per totam ramulorum longitudinem secundae, geminatae, inaequaliter et adeo brevissime pedicellatae, ut sessiles videantur: brevius pedicellata saepe tenuior, ut fort. sterilis. Glumae calycinae 3, exterior brevior, omnes lanceolatae, acuminatae, apice subsphacelatae, muticae, nervosae, nervis prope apicem glumae scabriusculis; duae superiores subaequales et ex adverso. Glumae corollinae concavo-lanceolatae, acutae ex albo membranaceae, superne dorso scabriusculae, calyce paulo breviores, et inter se paululum inaequales. Herba glaberrima. *Bert.* *Brasilia.*

n. 104. PANICO *myuro* addatur:

P. paniculâ spiciformi, elongatâ; floribus teretibus, acuminatis; foliis lato-lanceolatis, basi amplexicauli subbilobâ. *Meyer Essequebo* p. 50. et hoc teste: PANICUM *amplexicaule Rudge Guj.* I. *p.* 21. *t.* 27. quod confer infra.

„Spica cylindrica pedalis, lin. 4-6 lata. *In continente Americae et in insula Arowabiseh.*

n. 105. PANICUM *hirtum*. Confer ANTHENANTHIAM *villosam*.

n. 106. PANICUM. *amplexicaule.* Addatur.

Obs. Licet oculatissimus *Meyer* P. *Myuron* cum *amplexicauli* conjungat, fide tamen speciminum duorum, alius e Martinica in *Herb. Sieb.* n. 166, alius in Guadeloupe a D. *Bertero* lecti, et in *Herb. Balbis.* asservati, diversum a MYURO *amplexicaule* videtur: neque enim in hoc, ut *Lamarck* de *Myuro* petit, „racemuli laterales brevissimi“ sed saepius pollicares; nec „glumae minimae acutae, glaberrimae,“ sed duarum fere linearum et pubescentes, nervis hispidulae et margine scabrae; nec „folia angusta, longiuscula, convoluta,“ sed pollicem et ultra lata, et qualia petit cl. *Rudge* supra ad vaginae faucem macula fuscescens folio inusta. Valvula extima minima, ovata, acuta, membranacea: interiores inaequales; brevior ovato-lanceolata, acuta, 3-nervis; longior, quae 2 fere linearum, lanceolata, sub-5-nervis, mucrone fere 1/2 lin., hispidulo. Cor. ☿ et ♂ calyce brevior. Anne potius HYMENACHNE?

Pag. 457. n. 111. PANICUM *abludens*. Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec.* p. 53.

„In schedula adposita nomine PANICI *ramosi* annotavit div. *Heyne* pertinere ad *Sectionem* VI. PANICORUM cl. *Brown Prodr.* p. 192. In hocce gramine plane omnino desideratur gluma exterior, et pro PANICO *papposo R. Brown* haberem, nisi illi attribueret spicas semiverticillatas ramis divaricatis, et flores lanâ copiosâ patulâ tectos. Culmus 1 1/2 - 2 ped., erectus, filiformis, cum nodis glaber. Folia praelonga, valde attenuata, inferne glabra. Vaginae glabrae, laeves, margine membranaceae; ligula brevis, membranacea. Rami 3-4-ni e puncto communi, longitudine valde inaequales, basi pilosi; ramulis plerumque ternis e puncto communi, partim divisis, partim simplicibus, brevibus, erecto-patulis. Spiculae omnes pedicellatae, exiguae. Flosculi longitudine calycis. Semen flavescens, ellipticum, breviter mucronatum, laeve, glabrum. *Roth.*

n. 112. PANICUM *canescens*. Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec.* p. 54.

Culmi 1 1/2 ped. et ultra, inferne ramosi, cum nodis villoso-canescentes. Folia remota, lineari-lanceolata, plana, margine aspera, cum vaginis villoso-canescentia: ligulae loco barba. Panicula terminalis, laxa, palmaris, subdisticha. Rhaches flexuosae, laxae, erecto-patulae. Pedicelli alterni, in inferioribus racemis infra eorum medium gemini, altero duplo longiore, supra medium vero solitarii, breves, valde pi-

losi, et ad apicem incrassatum fasciculo setarum spiculas munientes. Spiculae erectae. Calycis gluma exterior mucrone obtuso, brevissimo, costata, dorso aspera. *Roth.*

Pag. 458. n. 113. Panicum *Isachne.* Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec. p.* 54.

Culmi demum oblique adscendentes, fere pedales, maximam partem vaginis tecti. Folia inferiora uncialia, superiora 1½ unc. patula, plana. Vaginae ad oras barbatae: ligulae loco barba. Panicula terminalis oblonga, racemis adpressis, laxis, imbricatis: inferioribus geminis rarius ternis, magnitudine valde inaequalibus, inferne subdivisis, superioribus solitariis, simplicibus. Spiculae breviter pedicellatae. Cor. ☿ obovato-oblonga, nitidissima, laevissima. *Roth.*

n. 114. Panicum *pilosissimum.* Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec. p.* 48.

Culmi (pars superior) rigiditate et duritie videtur fruticosus, nodis vix elevatis. Folia lineari-subulata, rigida, striata, siccitate convoluta. Vaginae striatae: ligulae loco barba fuscescens. Paniculae e foliorum superiorum vaginis alternae, pl. mares et longiores; rami setacei, laxi, dichotomi, cum ramulis asperi. Calycis glumae ovato-acuminatae, sulcatae, scabriusculae: interior versus apicem pilis nonnullis. Cor. cartilaginea, nitidissima, laevissima; neutrius calycis figura et magnitudine.

n. 115. Panicum *Mertensii.* Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec. p.* 48.

Folia lineari-subulata, pedalia et ultra, striato-sulcata, nervosa, scabra margine. Vaginae striatae, dorso et superne strigis basi bulbosis: ligula membranacea, obtusa, ciliato-lacera. Panicula fere pedalis, stricta: rami subattenuati, subdivisi, digitales et sesquidigitales, cum pedicellis sulcato-angulosi, ad angulos asperi. Glumae calycinae costatae ventricosae, subcarinatae: exterior multo brevior, mucrone brevissimo, obtuso, tricostata, costâ dorsali aspera; interior ovata, magnitudine et stricturâ corollarum valvulae exterioris, plerumque 7-nervis. Corollae valvula exterior spiculae inferioris sterilis ovato-lanceolata; fertilis ovata, obtusa, concava, magis ventricosa, mucrone brevissimo, obtuso. *Roth.*

n. 117. Panicum *Heynii.* Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec. p.* 49.

Differt a simillimo Panico *Mertensii* vaginis dorso strigis tantum nonnullis; ramis basi subincrassatis, pilosis; omnibus ramosis, ramulis plerumque 3 e puncto communi, vel solitariis basi subtrichotomis, caeterum dichotomis; pedicellis longioribus; glumarum nervis minus elevatis. *Roth.*

Pag. 162. n. 140. Panicum *striatum.* Muta nomen in *striatulum.*

ag. 463. n. 147 a. PANICUM *eriogonum* *Schrad.*; culmo radicante, ramoso, glabro; nodis barbatis; foliis vaginisque pilosis; spicis pluribus, divergentibus; spiculis unilateralibus, geminis, oblongis; valvulâ calycinâ interiori corollinâque neutrius margine pubescentibus. *Schrad. Plant. rarior Hort. Goetting. Fasc.* 1.

Culmi 2-3-pedales, subcompressi, geniculis plurimis intercepti. Folia et vaginae pilis divergentibus inspersa. Spicae 1-10, 3 5 pollicares; rhachibus partialibus flexuosis, hispidis. Spiculae biseriales, geminae: altera pedicellata. Calycis valvula interior s. major hermaphrodito triplo minor, trinervis. Floris neutrius valvula magnitudine et formâ hermaphroditi, 5-l. 7-nervis. *Schrad.* *In Nova Hollandia.*

n. 148. PANICUM *paradoxum.* Addatur synonymon: CHAMAERAPHIS *paradoxa.* *P. d. Beauv.*

n. 149. PANICUM *spinescens.* Addatur synonymon: CHAMAERAPHIS *spinosa.* *P. d. Beauv.*

ost n. 149. PANICUM *spinescens.* Huic subjungatur:

n. 149 a. PANICUM *abortivum* R. *Brown.*; paniculâ effusâ e spicis alternis, raris, paucifloris; floribus lanceolatis, acuminatis; glumae valvulâ interiore hispidâ; foliis supra pilosiusculis; culmo ramoso, compresso, vaginisque retrorsum scabris. *R. Brown Prodr. p.* 193. P. p. e. s. a. r. brevibus; spiculis alternis, sessilibus, subsecundis, distinctis, oblongo-lanceolatis; calycis glumâ interiore aristatâ, ad marginem praesertim pilis exstantibus hispidâ; flosculis glabris; culmo adscendente v. c.; foliis supra pilis depressis hispidulis, subtus cum vaginis laxis retrorsum scabris. *Roth nov. plant. spec. p.* 56. ANDROPOGON *squarrosus* *Linn. Herb.* (non *Spec. Plant. Willd.* fide *Brown* et *Roth.*) Anne potius OPLISMENUS? ANATHERUM *abortivum P. d. Beauv.* CHAMAERAPHIS *abortiva Poir.*

Culmus pedalis et longior, procumbens, adscendens, vaginis tectus, nodis pilis rigidis, depressis, dense obsessis. Folia lineari-lanceolata, subulata, margine tenuissime serrulata, subtus cum vaginis tenuissime lineata. Ligula membranacea, nivea, inciso-fimbriata. Panicula terminalis, ovata, fere digitalis, patula: spicae simplices, patentes, 1 1/2 unc.; rhachis universalis angulosa, flexuosa, scabra; partiales angulosae, ad angulos serrulato-scabrae, ad quamvis spiculam curvatae, hinc magis flexuosae, apice in aristam spiculam supremam supereminentem elongatae. Cal. bivalvis, biflorus; gluma exterior minima, subrotunda, arctissime adpressa, glaberrima, submembranacea; interior ovato-lanceolata, in aristam sesquibreviorem attenuata, ad marginem praesertim pilis exstantibus, dissitis hispida, striata. ☿ sessilis subulatus in aristam brevem. Stam. 3. Antherae atropurpureae. Styli

nivei, plumosi. Flos neuter quadruplo minor, brevissime pedunculatus, vix acuminatus. *Roth.* Confer Panicum *paludosum.*

Pag. 465. n. 154. Panicum *divergens.* Addatur:

Obs. Aliud est Panicum *divergens Elliott Nutt. gen. p. 58*, mihi ignotum, alio nomine salutandum.

n. 156 a. Panicum *balbisianum*; culmis ramosis, glabris; foliis lanceolatis, acuminatis, supra basi pilis rarissimis, margine serrulato-ciliatis; paniculâ subsimplici, ramis patentibus, alternis, scabris; spiculis ovato-lanceolatis, acuminatis: glumis inaequalibus, glabris. Panicum *aturense Herb. Balbis n.* 2578.

Culmus compressus, erectus, in nostro frustum 1 1/2 ped. Nodi glabri, fuscescentes. Folia basi amplexicaulia, et quasi subcordata, plana, nervosa, striata, papillis exiguis, 3-4 poll., 6-8 lin. lata. Vaginae glabrae, margine ciliatae, ad ramorum ortum nodis crassiores. Panicula spithamaea, ramis 6-, tri-quadripollicaribus: rhachi ramulisque triquetris, flexuosis, sulcatis. Flosculi nunc solitarii, pedicellati, nunc gemini, altero sessili, nunc tres in ramulo sessiles. Gluma calycina exterior reliquis duplo minor, ovata, 3-nervia; interiores ovato-lanceolatae, 5-nerves, senio transversim rugosulae: omnes pallide virentes. Semen albidum, nitidum. Magis *zizanioidi*, quam *aturensi* affine videtur. *In S. Domingo. D. Bertero.*

n. 156 b. Panicum *isocalycinum Meyer*; paniculâ erectâ flexuosâ: ramis basi pilorum fasciculis stipatis; floribus oblongis, acuminatis; calycis valvulis omnibus aequilongis, 7-9 nervibus. *Meyer Essequebo p.* 59.

„Culmi basi procumbentes, superne adscendentes, 3-4-ped., crassitie pennae gallinaceae, approximate geniculati, teretes, inferne compressi, sulcati, glabri, ut nodi fusci. Folia firma, patenti-erecta, lato-lanceolata, acuminata, 1/2 pedem circiter longa, 6-8 lin., inferne angustiora, et basi oblique rotundata, margine scabra; juniora basin versus ciliata, striata, utrinque glabra. Vaginae internodiis duplo longiores, laxae, compressae, striatae, granulis minutis, glabrae, inferiori parte ad oras pilis mollibus albis. Ligulae loco margo subcartilagineus, brevissimus, et pili subrigidi ad basin foliorum. Panicula subsimplex. Rhachis ramique parum flexuosi, inferne semiteres, canaliculata, glabra, superne angulata, subscabra. Rami inferiores verticillati, superiores sparsi, erecto-patentes, teretes, scabriusculi, basi fasciculo pilorum lanuginoso. Spiculae biflorae, muticae. Flores pedicello inferioris altero duplo breviore. Cal. biflorus: glumae omnes 3 ejusdem magnitudinis, membranaceae, oblongae, acuminatae, concavae, nervis 7-9, punctis minutis elevatis, glabrae, virides. Corollae neutrius valvula membranacea, tenera, diaphana, lineari-oblonga, obtusa, ut plurimum plicata. Cor. hermaphrodita longitudine calycis: valvulae sub-

coriaceae, oblongae, acutae, laeves, pallide flavae, nitidae. Antherae lineari-oblongae, utrinque bifidae, fusco-rubrae, lineâ intermediâ longitudinali luteâ. Styli basi connati. Stigmata nigrescenti-rubra. Semen oblongum. Convenit glumis aequalibus et habitu cum P. *aturensi Humb.* et *Bonpl.*; sed huic folia angustiora, lanceolata, non acuminata (licet dicantur talia in descriptione) vaginis longitudine internodiorum, fasciculis pilorum ad ramos non adeo insignibus, glumis calycinis trinervibus. *In arenosis umbrosis continentis.* ☉.

Pag. 466. n. 156 c. PANICUM *leiocarpon Spreng.*; paniculâ ramosissimâ, inferne pilosâ; ramis angulatis, scabris, subunifloris; foliis lato-lanceolatis, villosiusculis; vaginis piloso-tomentosis; valvis calycinis aequalibus. *Spreng. N. Entd.* I. *p.* 243.

Gramen maximum. Culmus crassitie calami scriptorii. Folia spithamaea, pollicem fere lata, utrinque brevissime villosa. Ligula vix ulla. Panicula suberecta, superne nuda. Rami angulati patentes subuniflori. Gluma valvulis lanceolatis, acutis. Semen oblongum glaberrimum nudum. *Spreng. In Brasilia.*

Pag. 467. n. 157 a. PANICUM *Maximiliani Schrad.*; culmo erecto, simplici; foliis ovato-lanceolatis, undulatis, pubescentibus; paniculâ ramosâ; ramis alternis, patentibus, vaginisque villoso-pubescentibus; spiculis oblongis; calycinis valvulis subaequalibus, pilosis; flore neutro bivalvi. *Schrad. MS.*

Culmus 1 1/2 ped. et ultra, teres, pubescens, ad apicem usque vaginatus. Folia firma, 3-4 poll.; vaginis intermediis longitudine internodiorum. Panicula spithamaea, ramis stricte patentibus. Spiculae bilineares, oblongae, obtusae, valvulâ calycinâ interiori vix longiori. Flos hermaphroditus et neuter longitudine valvulae calycinae interioris. *Schrad. In Brasilia. Princeps Sereniss. Maximil. Neowidensis.*

157 b. PANICUM *nemorale Schrad.*; culmo adscendente, inferne radicante, ramoso; foliis lanceolatis, leviter undulatis, basi vaginisque villosis; paniculâ subramosâ; ramis alternis patentibus, scabris, basi pilosis; spiculis oblongis; calycinis valvulis subaequalibus, glabris; flore neutro bivalvi. *Schrad. MS.*

A praecedente affini, praeter characteres datos, distinguitur: culmo humiliori, supra divisionem cum ramis triquetro; foliis confertioribus, minoribus; paniculâ 4-5 poll., ramis tenuioribus compositâ; spiculis paulo majoribus, acutioribus; et hermaphrodito calycinis valvulis, ut et neutro flore paululum breviori. *Schrad. In Brasilia. Princeps Sereniss. Maximil. Neowidensis.*

157 c. PANICUM *vimineum Schrad.*; culmo erecto, simplici; foliis lanceolato-linearibus, planis, subtus leviter pubescenti-hirtis; vaginis ciliatis; paniculis ramosis, ter-

minalibus axillaribusque; ramis alternis villoso-pubescentibus: spiculis oblongis; calycinis valvulis inaequalibus, pilosis; flore neutro bivalvi. *Schrad. MS.*

Culmi 3-ped., graciles, pubescentes, nodis 3 l. 4. Folia firma, 5-7 pollic., vaginis superioribus internodia superantibus. Panicula fere *P. Maximiliani*: terminalis 4-5 pollic.; axillares duplo triplove minores, minus divisae minusque patentes. Spiculae etiam conveniunt, sed calycinae valvulae inaequales, et pilis copiosioribus obsitae. *Schrad. In Brasilia. Princeps Serenis. Maximil. Neowidensis.*

n. 157 d. Panicum *polygonatum Schrad.*; culmo repente, ramoso; ramis adscendentibus, glabris; nodis barbatis; foliis vaginisque villosis; paniculâ subramosa, patente: ramis subsetosis; spiculis confertis, unilateralibus, geminis, ovalibus; flore neutro univalvi. *Schrad. MS.*

Gramen 2-3 ped. Folia firma, 2 1/2-3 pollic., lineari-lanceolata; vaginis internodiis dimidio brevioribus. Panicula 5-poll., ramis fasciculatis, stricte patentibus, ut rhachis, pilis sparsis rigidulis obsitis. Spiculae vix 1/2 lin., geminae: alterà pedicellatà florem hermaphroditum et neutrum, alterà subsessili plerumque tantum hermaphroditum continente. Calycinae valvulae ovatae: exteriori triplo minori. *Schrad. In Brasilia, ad ripas fluvii Ilhéos. Princeps Sereniss. Maxim. Neowidens.*

Pag. 467. n. 160. et p. 889. Panicum *turgidum*. Addatur.

Obs. P. *turgidum Forsk.* omnino idem cum homonymo Delitiano.

Pag 467. Panicis subjungantur: *)

n. 162. Panicum *Ellioltianum*; paniculâ spiciformi; calycibus nervosis, coloratis; valvâ exteriore basi gibbâ; flosculis caducis. Panicum *gibbum Elliott Bot. of S. Carolin et Georg. p.* 116. *Nutt. gen. p.* 53.

Nomen mutandum, cum jam sit *gibbosum Brown.*

n. 163. Panicum *gymnocarpum Elliott*; culmo triquetro (?); spicis paniculatis; spiculis biseriatis, paucifloris; valvis calycinis subaequalibus, patentibus, corollâ multo longioribus. *Elliott* l. c. 117. *Nutt. gen. p.* 53.

Maxime affine Orthopogoni *Brown*, sed valvulae tantum acuminatae, nec aristatae, subcarinatae, subaequales, rudimento flosculi imperfecti; corolla indurata semine maturo facie Scleriae.

n. 164. Panicum *oligosanthes*; foliis angusto-lanceolatis,

---

*) Cum opere *Elliotti*, mirâ certe sorte, adhucdum careamus, ex cl. *Sprengel N. Entd. T. II.* diagnoses Mantissae huic inserimus, nimis saepe breves, quam ut suo loco quaeque inseri possint species.

ciliatis; vaginis pilosis; paniculâ patente, pauciflorâ; flosculis pubescentibus. *Elliott l. c. p.* 120. sub PANICO *paucifloro* (ut *Nutt. gen. p.* 53.)

Nomen mutandum ob PANIC. *pauciflorum* antiquius *R. Brown*, ab hoc diversum.

n. 165. PANICUM *amarum Elliott;* glaberrimum; foliis subcoriaceis, glaucis; paniculâ contractâ; glumis acuminatis. *Elliott l. c. Nutt. gen. p.* 53.

n. 166. PANICUM *scabriusculum Elliott;* culmo erecto, tereti, foliisque subtus scabriusculis; paniculâ pyramidatâ, patente; flosculisque ovato-acutis, glabris. *Elliott l. c. Nutt. gen. p.* 53.

n. 167. PANICUM *polyanthes;* culmo erecto, glabro; foliis lato-lanceolatis, basi pilosis; paniculâ ramosissimâ, patente; flosculis parvis, pubescentibus. *Elliott l. c.* p. 122. sub PANICO *multifloro* (ut *Nutt gen. p.* 53.).

Obs. Cl. *Sprengel Neu. Entd.* II. p. 190. monet PANICUM hocce *multiflorum* a *Poiret Suppl.* IV. p 181. fuisse receptum sine nomine cli *Elliott*. Candidus vero *Poiret* auctorem suum, candidissimum *Bosc*, merito, ut semper solet, laudavit ad PANICUM suum *multiflorum*, quod nobis saltem, ex diagnosi utriusque auctoris, diversum videtur.

n. 168. PANICUM *ovale Elliott;* pubescens; foliis subcordatis, ovato-lanceolatis; paniculâ diffusâ; flosculis oblongis, pilosis. *Elliott l. c. p.* 123. *Nutt. gen. p.* 53.

n. 169. PANICUM *lanuginosum Elliott;* foliis angusto-lanceolatis culmoque pubescentibus; vaginis collo villosis; paniculâ diffusâ, capillari; flosculis parvulis ovalibus. *Elliott l. c. p.* 123. *Nutt. gen. p.* 53.

n. 170. PANICUM *sphaerocarpon Elliott;* foliis lineari-lanceolatis, acutissimis, basi vaginisque ciliatis; paniculâ patente; flosculis exiguis, subrotundis, pubescentibus. *Elliott l. c. p.* 125. *Nutt. gen. p.* 53.

n. 171. PANICUM *ensifolium Baldw.;* culmo foliisque ovato-lanceolatis glabris; paniculâ pauciflorâ; flosculis subovatis, pubescentibus. *Elliott l. c. p.* 126. *Nutt. gen. p.* 53.

n. 172. PANICUM *angustifolium Elliott;* foliis lineari-lanceolatis supra scabris, subtus glabris; vaginis pilosiusculis; paniculâ pauciflorâ, patente; flosculis obovatis, pubescentibus. *Elliott l. c. p.* 129. *Nutt. gen. p.* 53.

Pag. 467. n. 173. PANICUM *Rafinesquianum;* foliis lanceolatis, patentibus, basi ciliatis; paniculâ pubescente; pedun-

Div. *Mühlenberg* l. c. ex auctoritate ill. *Smith* huc ducit „PANICUM *sanguinale Linn.*, sine dubio D. *paspalodes Mich.*, cum? vero *humifusam Pers.* Differt interea descriptio sua: „culmus glaber, obliquus et procumbens, sarmentis procumbentibus, nodis glabris. Folia lanceolata, erecta, passim pilosa: vaginae striatae, glabrae, purpurascentes, ore pilosae. Racemi terminales approximati alterni, basi interiore nodosi, pubescentes, spicâ terminali, strictâ. Rhachis flexuosa, lata, glabella, per lentem margine denticulata, flosculis secundis, ternis, pedicellatis. Cal. bivalvis, aequalis, 5-nervis, valvulâ unâ villosâ. Cor. atro-purpurea, calyci aequalis, striata. Antherae albo-luteae. Pist. purpurascentia. Sem. nigrescens et atro-purpureum." *Mühlenb.*

Obs. Licet div. *Mühlenberg* addidisset DIGITARIAE *sanguinali* suas „specimen Schreberi exacte quadrat," descriptio tamen non ex integro quadrat cum europaea. „Culmus 1-2 ped., teres, fistulosus, obliquus, glaber, nodo infimo radicante, nodis retrorsum hirsutis. Folia lanceolata undique pilosa. Ligula alba, ovata, abbreviata. Vaginae inferiores nervosae, pilosae, strigosae, pilis radicatis, superioribus subpilosis. Spicae terminales fasciculatae et bis quaternae, basi interiore nodosae, horizontales, nodis glabris. Rhachis flexuosa, margine scabra, pubescens, flosculis secundis geminis ternisque, uno pedicellato, reliquis sessilibus. Cal. 2-3-valvis, valvulâ tertiâ minimâ vel nullâ, reliquis oblongis, acutis, inaequalibus, glabris et subpubescentibus et ciliatis, nervosis. Cor. puncticulata, substriata, calyci aequalis. Antherae sanguineae. Pist. plumosa, rubra. Semen albidofuscum, striatum." Fors DIGITARIA *pilosa?*

Pag. 470. 889. n. 3a. DIGITARIA *obtusifolia.* **Addatur** synonymon:

PANICUM *obtusifolium*, *Descript. de l'Egypte t.* 5.

Pag. 471. n. 6. DIGITARIA *aegyptiaca.* Addatur synonymon: PANICUM *aegyptiacum*; basi repens; spicis 4-8 corymbosis, glabris; floribus geminatis, inaequaliter pedicellatis; valvulâ calycis accessoriâ minutâ nullâve, reliquis maxime inaequalibus, nervosis, margine tantum ciliatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 293. n. 13. (Et, fide *Steudel*, PASPALUS *aegyptiacus Poir.*, MILIUM *membranaceum Mönch.* PANICUM *sanguinale Bieberst.*, quod vix.)

DIG. *aegyptiacae Willd.* characteres, quibus a *singuinali* distinguitur, non sufficere nec nisi magnitudine spicisque magis divaricatis differre. *Link Enum. p.* 102. *Rarior in India.*

n. 6a. DIGITARIA *filiformis*; repens, filiformis, glabra; spicis 2-4, subdigitatis, filiformibus, secundis; floribus geminatis, altero sessili, altero pedicellato; calyce valvulâque accessoriâ minutâ; interiore corollâ seu mediâ dimidio breviore; his duabus ultimis trinervibus, margine pilosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 293. *n.* 15. sub PANICO *filiformi.*

erectis, sparsis; floribus lanceolato-oblongis; glumis calycinis majoribus sericeo-lanuginosis.' *Meyer Essequeb.* p. 60.

Cls. *Meyer* l. c. *Sloane hist.* I. *t.* 14. *f.* 2. malam dicit, et Panicum *leucophaeum Humb.* et *Bonpl.* (cui synonyma Milii *villosi* et Andropogonis *insularis* adscripsit cls *Kunth*) quia „secundum descriptionem ob genitalium et seminis defectum haud absolutam non omnino cum nostra stirpe convenit, quia folia scabra, subtus glaucescentia et paniculae subpedalis rami verticillati et subfastigiati vocantur, et numerus nervorum glumae calycinae maximae (paleae floris sterilis *Kunth*) et valvularum corollae non indicatur") cum? tantum adduxit, descriptionem sequentem fusiorem necessariam credens. „Rad. nodosa, fibris albidis. Culmi ex una radice plures, 5-6 ped., graciles, stricti, superne subcompressi, inter nodos alternatim canaliculati, glaberrimi, nitidi, superne nodis remotissimis, teretes, per totam longitudinem foliosi et basi ramosi. Folia erecto-patentia, linearia, acuminata, nervo costali tenui nitido glabra, margine scabriuscula, saturate viridia. Vaginae culmum longissime involventes, striatae, glabrae, vix pilo uno alterove. Ligula subtruncata, lacinulata, saepe fissa. Panicula 1/2 ped., stricta; rhachis inferne alternatim tenuiter canaliculata, glabra, supra ramisque sparsis simplicissimis tri-tetragona, angulis acutis hispidis viridibus. Spiculae alternae, biflorae. Pedicelli angulati hispidi, inferior superiori triplo brevior. Cal. uniflorus: gluma minima subrotundo-ovata, interdum oblongo-subrotunda, pellucida, glaberrima; gluma minimae proxima, oblongo-lanceolata, acuminata, nervis viridibus 5-7; eidem opposita paulo brevior, oblongo-linearis, nunc obtusiuscula, nunc acutiuscula, trinervis, utraque membranacea, lanâ albidâ splendente post anthesin crescente et subfuscescente. Cor. bivalvis, valvulae coriaceae, margine membranaceae, oblongo-lanceolatae, acuminatae, exterior concava trinervis, interior binervis, margine albicans, utraque glabra, tenuissime punctata, interne nitidissima, anthesi albida, dein purpureo-fusca. Filamenta brevia. Antherae utrinque bifidae. Stigmata 3 capillaria albida. Semen corollâ corticatum, ellipticum, inde convexum, punctatum, diaphanum, albidum." ♃. *In insula Arowabisch;* et etiam in Martinica.

n. 265. STREPTOSTACHYS.

Pag. 469. n. 1. Streptostachys *hirsuta.* Addatur synonymon: *Poir. Enc. meth. illustr. gen. p.* 542. *t.* 910.

n. 266. DIGITARIA.

Pag. 469. n. 1. Digitaria *sanguinalis.* Addatur synonymon: *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 36. *van Hall. Spec. bot.* p. 56. Digitaria *Ischaemum Mühlenb. Descr. ub.* p. 470. n. 3.

Div. *Mühlenberg* l. c. ex auctoritate ill. *Smith* huc ducit „Panicum *sanguinale Linn.*, sine dubio D. *paspalodem Mich.*, cum? vero *humifusam Pers.* Differt interea descriptio sua: „culmus glaber, obliquus et procumbens, sarmentis procumbentibus, nodis glabris. Folia lanceolata, erecta, passim pilosa: vaginae striatae, glabrae, purpurascentes, ore pilosae. Racemi terminales approximati alterni, basi interiore nodosi, pubescentes, spicâ terminali, strictâ. Rhachis flexuosa, lata, glabella, per lentem margine denticulata, flosculis secundis, ternis, pedicellatis. Cal. bivalvis, aequalis, 5-nervis, valvulâ unâ villosâ. Cor. atro-purpurea, calyci aequalis, striata. Antherae albo-luteae. Pist. purpurascentia. Sem. nigrescens et atro-purpureum." *Mühlenb.*

Obs. Licet div. *Mühlenberg* addidisset Digitariae *sanguinali* suae „specimen Schreberi exacte quadrat," descriptio tamen non ex integro quadrat cum europaea. „Culmus 1-2 ped., teres, fistulosus, obliquus, glaber, nodo infimo radicante, nodis retrorsum hirsutis. Folia lanceolata undique pilosa. Ligula alba, ovata, abbreviata. Vaginae inferiores nervosae, pilosae, strigosae, pilis radicatis, superioribus subpilosis. Spicae terminales fasciculatae et bis quaternae, basi interiore nodosae, horizontales, nodis glabris. Rhachis flexuosa, margine scabra, pubescens, flosculis secundis geminis ternisque, uno pedicellato, reliquis sessilibus. Cal. 2-3-valvis, valvulâ tertiâ minimâ seu nullâ, reliquis oblongis, acutis, inaequalibus, glabris et subpubescentibus et ciliatis, nervosis. Cor. puncticulata, substriata, calyci aequalis. Antherae sanguineae. Pist. plumosa, rubra. Semen albido-fuscum, striatum." Fors Digitaria *pilosa?*

Pag. 470. 889. n. 3a. Digitaria *obtusifolia.* **Addatur** synonymon:

Panicum *obtusifolium*, *Descript. de l'Egypte t.* 5.

Pag. 471. n. 6. Digitaria *aegyptiaca.* Addatur synonymon: Panicum *aegyptiacum*; basi repens; spicis 4-8 corymbosis, glabris; floribus geminatis, inaequaliter pedicellatis; valvulâ calycis accessoriâ minutâ nullâve, reliquis maxime inaequalibus, nervosis, margine tantum ciliatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 293. n. 13. (Et, fide *Steudel*, Paspalus *aegyptiacus Poir.*, Milium *membranaceum Mönch.* Panicum *sanguinale Bieberst.*, quod vix.)

Dig. *aegyptiacae Willd.* characteres, quibus a *singuinali* distinguitur, non sufficere nec nisi magnitudine spicisque magis divaricatis differre. *Link Enum. p.* 102. *Rarior in India.*

n. 6a. Digitaria *filiformis*; repens, filiformis, glabra; spicis 2-4, subdigitatis, filiformibus, secundis; floribus geminatis, altero sessili, altero pedicellato; calyce valvulâque accessoriâ minutâ; interiore corollâ seu mediâ dimidio breviore; his duabus ultimis trinervibus, margine pilosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 293. *n.* 15. sub Panico *filiformi*.

Dir. *Roxburgh* laudat PANICUM *filiforme Willd. Spec.*, quod vero vix ac ne vix quidem. Confer PASPALUM *filiformem S. V. ed. nostr. p.* 304. „Culmus" ait *Roxburgh* „repens, ramosus, tenuissimus, glaber, magnâ parte sub spicis erectus, nudus, coloratus, filiformis. Folia parva, mollia, ciliata, basi pilis aliquot longis. Spicae gracillimae. Rhachis flexuosa. Cal. uniflorus, flos hermaphroditus. Valvula accessoria minutissima; secunda longitudine corollae; tertia interior hac dimidio brevior: utraque dorso glabra. Cor. bivalvis." *Semina e China allata.*

n. 7. DIGITARIA *glabra*. Addatur synonymon: *van Hall. Spec. bot. p.* 57. DIGITARIA *humifusa Hartm. gram. suec. recogn. p.* 6. PANICUM *humifusum Wrede.*

Obs. Exc. M. *a Bieb.* monet *Fl. t. c. Suppl. p.* 59, in *Willd. Enum.* l. c. synonymiam ex *Fl. taur. cauc.* sub hac et *sanguinali* confusam esse, atque in P. *sanguinali. Pollich* excludendam esse varietatem.

Pag. 472. n. 8. DIGITARIA *pilosa*. Conferatur *Obs.* ad *sanguinalem*.

n. 9. DIGITARIAE *paspaloidi* addatur synonymon: MILIUM *distichum Mühlenb. Descr. ub. p.* 78. MILIUM *paspalodes Elliott.* PASPALUM *distichum*; culmo repente, glabro; foliis brevibus, supra scabris, vaginis ad oras barbatis; spicis duabus erectis, basi nudis; glumis ovatis, biseriatis; rhachi latiusculâ; dentibus unifloris. *Lecomte Monogr. Pasp.* in *Journ. de Phys.* T. 91. *p.* 285.

Culmus nodis pubescentibus glabrisve. Folia lineari-lanceolata, nervosa, acuminata, inferioribus margine ciliatis, superioribus laevibus obtusisque. Ligula brevissima, barbaeformis. Vagina compressa, striata, basi purpurea, glabra, elongata. Spicae laterales 2, terminales 3, quarum 2 conjugatae, omnes pedicellatae. Rhachis glabra, foveolata, basi pubescens. Flosculi remote alterni, sessiles, secundi. Calycis aequalis valvulae lanceolatae, acuminatae, glabrae, trinerves. Cor. calyce minor, ovata, obtusa, puncticulata. Stam. inclusa, purpurea. *Mühlenb.* Cl. *Lecomte* ad hanc cultorum Georgiae pestem trahit PASP. *distichum Linn.*, notatque vaginas geniculaque interdum villosas. ♃. Confer D. *sanguinalem.*

n. 9 a. DIGITARIA *tristachya*; glabra, repens, in aquis erecta, in terra prostrata; foliis brevibus, angustis, glaberrimis; vaginis latis, ad oras barbatis; spicis ut plurimum ternis, subpatulis, basi nudis; glumis ovatis, biseriatis; rhachi latiuscula, dentibus unifloris. PASPALUM *tristachyum Lecomte Monogr. Pasp. in Journ. d. Phys. T.* 91. *p.* 285.

Refert *paspalodem*, sed primo intuitu facile distinguitur foliis angustis glaberrimis. *Lecomte* qui *in subsalsis Georgiae.* ♃.

latis; paniculâ racemis longis, simplicibus, expansis; floribus diandris, muticis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 329.

Culmi adscendentes, firmi, glabri, crassitie fere pennae; folia bifaria, striata, glabra, marginibus undulata, nervo inaequaliter divisa, 1 1/2 poll. lata, 6 poll. longa, ore vaginae prominente in processum membranaceum. Panicula magna, rara, oblonga, subincurva, e racemis subalternis, patentibus. Flores mutici. Cal. biflorus, corpusculo Melicis characteristico pedicellato, mutico. Cor. valvula exterior interioris flosculi margine et carinâ ciliata. *Roxb.* l. c.

n. 20. Digitaria *stricta*. Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec.* p. 38.

Culmi erecti, 2-ped. et ultra, filiformes, glabri. Folia linearia, longa, striata, pilis longis passim adspersa. Vaginae glabrae, ad oras pilosae, ligulâ membranaceâ, brevi, inciso-ciliatâ. Panicula palmaris, non raro ultra 1/2 ped., contracta, stricta, virgata, spicarum fasciculis alternis. Spicae plerumque 3 in inferioribus fasciculis, quarum 2 longe breviores, vix ultra unciam. Rhachis universalis sulcato-angulata, ad spicarum exortum pilis adpressis barbata: partiales setaceae, flexuosae, subtriquetrae, dorso convexo planae, margine serrulatae. Pedicelli gemini vel terni, longitudine inaequales, pilosi, curvati, crassiusculi, apice fasciculo setarum, spiculâ dimidio breviore illamque extrorsum semiobvolvente. Spiculae ovales, obtusae, exiguae, adpressae, margine pubescentes, calycis gluma exterior minima, ovata, obtusa. *Roth.*

n. 21. Digitaria *linearis*. Addatur synonymon:

Panicum *lineare;* suberectum, glabrum; spicis 2-6 digitatis, filiformibus; floribus omnibus hermaphroditis, muticis, pedicellatis; valvulâ calycis accessoriâ minutâ, interioribus duabus corollae aequalibus; trinervibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 295.

Non repens, ut affines; flores minus regulariter geminati, minores, magis glabri et obtusi. *Roxb.* l. c. *Semina e China allata.*

Obs. An huc: Panicum *lineare;* spicis verticillato-digitatis; floribus oblongis; foliis vaginisque subglabris, supra ligulam pilis nonnullis stipatis; culmis basi radicantibus. *Meyer Essequeb. p.* 55.

„Nil nisi *horizontalis* varietas videtur, quod ulterius disquirendum. Differt ab eadem foliis angustioribus vaginisque utplurimum glabris, in speciminibus tantum e sicciore ut videtur solo plus minus pilosis; rarius ramorum verticillus secundus terminali subjectus; rhachis universalis, si adest, triangularis; partiales, quam in horizontali, paulo latiores, pilis nullis, nisi rarissime; flores oblongi, acuti. Calycis gluma exterior saepissime deest, intermedia oblonga, rarius margine hispidula, 5-nervis, interior minuta, acuta, margine, si gluma exterior deest, utplurimum integerrima, glabra, si adest, laciniulato-ciliata, subtrinervia. *Meyer* l. c.

cipue grandi. Tenuis, mollis, villosa, subrepens. *Roxb.* l. c. *In Coromandel.* An DIGITARIA *Rottleri?*

Pag. 474. n. 17. DIGITARIAE *horizontali* addatur:
PANICUM *horizontale;* spicis verticillato-paniculatis, pilis singulis adspersis; floribus oblongo-lanceolatis; foliis vaginisque piloso-villosis; culmis basi radicantibus. *Meyer Essequeb. p.* 54.

„Spicae nec in Herb. *Schrader*, nec in cli auctoris horizontales, sed patentes. Culmi cespitosi adscendentes, geniculis inferioribus infractis, 1 1/2 - 3 ped., pennâ columbinâ tenuiores, infra alternatim subcanaliculati, laeves, superne teretes, striati, glabri. Nodi glabri, fusci. Folia linearia acuminata margine scabra, nervo costali prominente, striata, pilis tuberculis insidentibus. Ligula obtusa, plerumque fissa. Spicae 3 circiter poll., patentes, plerumque per verticillos 2, altero a terminali distantiâ pollicis, confertae, quos inter spica una alterave solitaria. Rhachis universalis recta, tetragona; partiales leviter flexuosae, triangulares, marginibus hispidae et pilis singulis rigidiusculis ad pedicellorum insertionem. Spiculae biflorae, latere rhachi exteriori ad angulum alternatim adnatae. Flores rhachi adpressi, mutici, altero subsessili, altero pedicello angulato hispidulo. Cal. triglumis uniflorus; gluma exterior minutissima, squamiformis, subpatens, enervis, glabra; reliquae 2 corollae appressae, intermedia magnitudine corollae, oblongo-lanceolata, dorso planiuscula, margine extremo subhispida corollam amplectens, 5-nervis; huic opposita eâ duplo brevior et angustior, linearis, acuta vel obtusa, plana, margine lacinulato-ciliata, trinervis. Corollae valvulae subcoriaceae, laeves, vix nitidae; altera oblongo-lanceolata, parum concava, medio nervo obsoleto, subinde nullo, angustiorem amplectente. Antherae fusco-luteae. Stigmata purpurea. *Meyer.* *In umbrosis arenosis Continentis* (*Americae*) *et etiam in Martinica.* ⊙.

Obs. Neque ex hac uberrima descriptione liquet, utrum D. *setigera Roth* eadem cum *horizontali.* Monet enim cls *Roth nov. pll. spec. p.* 37. specimina e seminibus ex Essequebo natis convenire cum orientalibus *Herb. Heyn.* „exacte"; sed silet de culmis radicantibus; folia lineari-lanceolata petit, vaginasque pilis longis albis patentibus dense obsessus; ligulam membranaceam, ovatam, obtusam, fuscam; spicas filiformes, secundas, 1 1/2 digiti, patulas, infimas 4 verticillatas, reliquas alternas; rhachin universalem teretem, in axillis speciminum orientalium pilis longis (in cultis brevioribus); partiales subtriquetras, dorso planas, flavidas, margine viridi, aspero, ad pedicelli cujusvis exortum setâ solitariâ (in inferioribus setis 3 - 4), spiculas longe superante, patulâ, rectâ, deciduâ; spiculas geminas lanceolatas, alterâ brevissime pedicellatâ; glumam exteriorem minutam, ovatam, obtusam, glabram, interiorem cum corollae valvulis margine pubescentem. *β.* differre paniculâ densiore, spicis densioribus et brevioribus.

n. 19. DIGITARIAE *malabaricae* addatur synonymon:
MELICA *diandra;* glabra; culmis 2-4 pedum; foliis lanceo-

latis; paniculâ racemis longis, simplicibus, expansis; floribus diandris, muticis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 329.

Culmi adscendentes, firmi, glabri, crassitie fere pennae; folia bifaria, striata, glabra, marginibus undulata, nervo inaequaliter divisa, 1 1/2 poll. lata, 6 poll. longa, ore vaginae prominente in processum membranaceum. Panicula magna, rara, oblonga, subincurva, e racemis subalternis, patentibus. Flores mutici. Cal. biflorus, corpusculo MELICIS characteristico pedicellato, mutico. Cor. valvula exterior interioris flosculi margine et carinâ ciliata. *Roxb.* l. c.

n. 20. DIGITARIA *stricta.* Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec.* p. 38.

Culmi erecti, 2-ped. et ultra, filiformes, glabri. Folia linearia, longa, striata, pilis longis passim adspersa. Vaginae glabrae, ad oras pilosae, ligulâ membranaceâ, brevi, inciso-ciliatâ. Panicula palmaris, non raro ultra 1/2 ped., contracta, stricta, virgata, spicarum fasciculis alternis. Spicae plerumque 3 in inferioribus fasciculis, quarum 2 longe breviores, vix ultra unciam. Rhachis universalis sulcato-angulata, ad spicarum exortum pilis adpressis barbata: partiales setaceae, flexuosae, subtriquetrae, dorso convexo planae, margine serrulatae. Pedicelli gemini vel terni, longitudine inaequales, pilosi, curvati, crassiusculi, apice fasciculo setarum, spiculâ dimidio breviore illamque extrorsum semiobvolvente. Spiculae ovales, obtusae, exiguae, adpressae, margine pubescentes, calycis gluma exterior minima, ovata, obtusa. *Roth.*

n. 21. DIGITARIA *linearis.* Addatur synonymon:
PANICUM *lineare;* suberectum, glabrum; spicis 2-6 digitatis, filiformibus; floribus omnibus hermaphroditis, muticis, pedicellatis; valvulâ calycis accessoriâ minutâ, interioribus duabus corollae aequalibus; trinervibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 295.

Non repens, ut affines; flores minus regulariter geminati, minores, magis glabri et obtusi. *Roxb.* l. c. *Semina e China allata.*

Obs. An huc: PANICUM *lineare;* spicis verticillato-digitatis; floribus oblongis; foliis vaginisque subglabris, supra ligulam pilis nonnullis stipatis; culmis basi radicantibus. *Meyer Essequeb.* p. 55.

"Nil nisi *horizontalis* varietas videtur, quod ulterius disquirendum. Differt ab eadem foliis angustioribus vaginisque utplurimum glabris, in speciminibus tantum e sicciore ut videtur solo plus minus pilosis; rarius ramorum verticillus secundus terminali subjectus; rhachis universalis, si adest, triangularis; partiales, quam in horizontali, paulo latiores, pilis nullis, nisi rarissime; flores oblongi, acuti. Calycis gluma exterior saepissime deest, intermedia oblonga, rarius margine hispidula, 5-nervis, interior minuta, acuta, margine, si gluma exterior deest, utplurimum integerrima, glabra, si adest, laciniulato-ciliata, subtrinervis. *Meyer* l. c.

In graminosis continentis Americae. ⊙. Cl. *Poiret* cum? tulit P. *lineare* L. ad PASPALUM *debilem*.

Pag. 475. n. 22. DIGITARIA *umbrosa*. Addatur synonymon: PANICUM *umbrosum*; culmis basi repentibus; foliis mollibus; spicis 6-10; floribus in eodem pedicello geminatis; corollâ trivalvi; semine ovato, longitudinaliter striato, transverse rugoso. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 300. n. 27.

Culmi, folia, spicae ut in PANICO *grossario*. Spicae, s. racemi, inferiores in luxuriantibus subinde ramosae. Rhachis communis striata, partialis trigona, pubescens. Pedicellus alter proprius longitudine fere corollae suae. Flores superiores saepe solitarii, remoti: attamen pili ad insertiones omnium. Cal. pilosus. Cor. cum valvula neutra. Semen acutiusculum. *Roxb.* l. c.

n. 22 a. DIGITARIA? *cuspidata*; basi repens, totum glabrum: foliis linearibus, ligulâ destitutis; spicis compositis spiculisque adpressis secundis; floribus solitariis ternisque, aequaliter subsessilibus, omnibus hermaphroditis; valvulis calycis trinervibus, seminibusque cuspidatis. PANICUM *cuspidatum*. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 301. *n.* 28.

Culmi numerosi in cespitibus luxuriantibus, 2-ped., ramosi, glabri. Folia ensiformia, glabra, margine colorata. Vaginae internodiis breviores, glabrae. Spicae subrecurvae, spiculis latere convexo appressis rhachi triquetrae, hispidae, saepe obscure purpureae. Calycis valvulae paucae, minutae. Cor. trivalvis, valvulâ tertiâ membranaceâ, neutrâ. Semen ovatum, glabrum. *Roxb.* l. c. *In fertilibus humidis Bengaliae.*

Quid DIGITARIA *velutina* s. PHLEUM *velutinum* *Forsk.* apud *Steudel*? An PHALARIS *velutina* *Forsk.*?

n. 268. ISACHNE.

Pag. 476. n. 2. ISACHNE *pulchella*. Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec. p.* 38.

Culmi debiles, crassitie fili tenuioris, vaginis foliorum maximam partem tecti, ramosi, nodis barbatis. Folia uncialia et breviora, flaccida, elegantissime striata, margine argute serrata, subciliata, basi setis niveis. Vaginae membranaceae, laeves: ligula o. Panicula vix e vagina folii supremi egrediens, 1-1 1/2 unc., ramis pedicellisque alternis unifloris, flexuosis. Spiculae magnitudine seminis Papaveris. Calycis glumae papyraceae ovales, obtusae, concavae, subenerves, dorso vix pubescentes. Stam. 3. Antherae exsertae versatiles. Stigmata plumosa, fusca. *Roth.*

n. 3. Isachne *miliacea*. Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec. p.* 58.

Culmi erectiusculi, fili emporetici mediocris crassitie, vaginis arctis, laevibus tecti: ligulae loco barba. Panicula laxa ovata, 2-3 unc., valde flexuosa. Rami dichotomi. Pedicelli alterni, uniflori. Spiculae magnitudine seminis *Brassicae* hinc ventricosiores. Calycis glumae papyraceae, diaphanae enerves, substriatae, exacte ovales, concavae, dorso subpubescentes. Cor. ♂ valvulae subaequales, apice rotundatae margine fere cartilagineae, glabrae. Stam. 3 corolla breviora, fugacia. Stigmata plumosa, violacea. *Roth.*

n. 4. Isachne *tricarinata*. Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec. p.* 57.

Culmus pedalis, oblique adscendens, vaginis foliorum laxis. Folia basi contracta, saturate viridia, subtus pallidiora, margine argute serrulata. Vaginae membranaceae, exceptâ ultimâ floriferâ, foliis duplo breviores. Ligulae loco barba. Panicula vix plane e vagina folii egrediens; ramuli scabriusculi. Spiculae parvae, virides, ovales, apice parum attenuatae, biflorae. Calycis glumae ovales, brevi mucrone terminatae concavae, aequales; exteriore magis membranaceâ, dorso laevi, interiore pilis brevibus. *Roth.*

Pag. 476. post n. 268. Isachne inseratur:

n. 268 a. SPODIOPOGON.

n. 1. Spodiopogon *sibiricus*. *Trin. Fund. Agrost.* 192. *t.* 17.

In Sibiria.

n. 270. ECHINOCHLOA.

Pag. 476. n. 1. Echinochloae *lanceolatae* addatur synonymon:

Panicum *lanceolatum*; culmis repentibus; foliis lanceolatis fauce vaginarum elevatâ, barbatâ; floribus hermaphroditis valvulis calycinis aequalibus, exteriore aristatâ; semine glabro oblongo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 29 cui idem videtur: Panicum *aristatum Retz* (*S. V.* *nostr. p.* 455. *n.* 99.) et qui conferri jubet P. *compositum* (Oplismenum *compositum*), in Herbario Banksiano Panici *unguinosum*.

Caules ramosi, apice suberecti, 1-2 ped.; folia undulata, sub purpurascentia, vaginis internodio brevioribus, pilosis. Spicae compositae, secundae, 6-12 poll.; spiculis alternis, motiusculis, secundis, subpatentibus. Rhachis triquetra. Flores plerumque geminati: altero sessili, altero breviter pedicellato, insertionibus saepe pilosis: ubi superius flos, arista adest, vel rudimentum flosculi. Arista

dulata, purpurascens, ad valvulam calycis exteriorem, quidquam longiorem. Semen obsolète trinerve. *Roxb. l. c.*

Pag. 477. n. 2. ECHINOCHLOA *stagnina*. Addatur synonymon: PANICUM *stagninum*; culmis 1-4 pedum; foliis glabris; floribus polygamis, ternatis, subsessilibus; calycibus pilosis hispidis; valvulis interioribus aristatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 208. *n.* 23. (excl. vero in *S. V. ed. nostr.* l. c. P. *stagnino Host.*)

Culmi basi decumbentes, radicantes, superne erecti. Folia mollia, ad os vaginae tantum pilosa. Spicae compositae, secundae, erectae, spiculis alternis, sessilibus, secundis, subexpansis. Rhachis communis et partialis trigona. Flores numerosi, superiores tantum geminati, insertionibus setis parvis, instar involucrorum. Valvulae calycinae omnes striatae, pilosae, hispidae. Cor. completa et masculis praeter ☿. *Roxb.* l. c.

Obs. Specimen Sieberianum circa Damiatte lectum huc potius, quam ad sequens spectare videtur.

n. 2 a. ECHINOCHLOA *commutata*; paniculâ secundâ, erectâ, compositâ; spicis linearibus; spiculis alternis confertis; calycibus aristatis, hispidis. *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 57. sub PANICO *stagnino*, ut *Host Gram.* III. *t.* 51. et *Stev. Mem. S. N. C. Mosq.* 3. p. 251.

„Simillimum P. *cruri galli*, sed distinctum paniculae ramis minime subdivisis, et spiculis duplo majoribus.“ *M. a Bieb.* Hic subscribantur, quae in *S. V. ed. nostr.* T. II. p. 477. de differentia plantae banaticae a *Crure galli* notavimus. Sphalmate a clo *Link Enum. p.* 76. PANICUM *Burmanni M. a Bieb. t. c. Suppl. p.* 57 huc duci videtur.

Obs. Utrum P. *oryzoides Arduin.* huc, vel ad praecedens n. 2., videant, qui gaudent speciminibus; a *Bivona Bernardi Sicul. Cent.* I. refertur ad *Crus galli*.

n. 2 b. ECHINOCHLOA *hispida*; paniculâ secundâ, erectâ, subsimplici; spicis linearibus secundis; spiculis alternis, subgeminatis; calycibus muticis, hispidis. PANICUM *hispidum* spicis alternis, subdivisis, secundis; flosculis geminatis, hispidis. *Forsk. Prodr. p.* 7. PANICUM *stagninum β.* aristis brevioribus *Willd. Spec.* I. *p.* 337. *Syst. Veg. ed. nostr. p.* 477. *n.* 2. PANICUM *numidianum Sieb. Herb. aegypt.*

Descriptio sequens ad specimen P. *numidiani Sieb.* concinnata, utpote ab omnibus ECHINOCHLOIS diversum, *stagnino* tamen proximum et nimis brevi diagnosi P. *hispidi Forsk.* Culmus in nostro specimine 1 1/2 ped., basi crassitie pennae cygneae, glaber, striatus. Nodi maximi, fuscescentes; Vaginae laxae, pilis s. potius setis fuscescentibus, basi tuberculatis, reflexis, hispidae. Ligula margo pilis 1 1/2 lin. longis vestitus. Folia,

etiam sub panicula adhuc pedalia, plana, 11-13-nervia, me dio latissimo, candicante, 1/2 poll. fere lata, supra ad nervo scabra, subtus glabra, margine cartilagineo serrato. Rhachi triquetra, sulcata, ad angulos scabra, uti rami. Flosculu alter sessilis, alter brevissimo pedicellatus: omnes ovato-lan ceolati, acuti. Calycis valvula extima minima, glabra, ovato trigona: interiorum duarum altera interior ovata, 5-nervis nervis, carinâ et apice hispida, breviter mucronata; alter exterior lanceolata, breviter aristata, apice hispida. Cor. u in *stagnina*. *Ad Damiatte*. *Sieb.*

n. 5. ECHINOCHLOA *Crus corvi*. Addatur synonymon: PANICUM *Crus corvi*; culmis basi repentibus; foliis pubes centibus; spicis 6-10, interstitia triplo excedentibus; caly cibus pubescentibus; corollâ trivalvi; semine obtuso, ob longo, glabro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p 299. *n.* 24.

Culmi filiformes, superne suberecti, ramosi. Folia mollia, va ginis pilosis. Spicae compositae, secundae, 1-3 poll., spicu lis 4-12, alternis, adpressis, secundis, 3/4 poll.; subinde ba ramuli unus alterve. Rhachis communis bisulcata; partiali trigona, pubescens. Flores gemini vel solitarii serie duplici uterque pedicellatus, pedicellis pilosis, inaequalibus, lice brevibus. Cal. striatus, pubescens. Cor. valvulâ neutrâ. Se men lucidum, album. *Roxb. l. c.*

Pag. 478. n. 6. ECHINOCHLOA *Crus galli*. Addatur syno nymon:

van Hall Spec. bot. p. 58. PANICUM *Crus galli Seb* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 36.; paniculâ secundâ, erec tâ, decompositâ; spicis linearibus; spiculis alternis confer tis; calycibus aristatis, hispidis. *M. a Bieb. Fl.* T. C *Suppl. p.* 57. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 7.

τῷ β. addatur: *Fl. Dan. t.* 1564. γ. Gramen Sorgh effigie *Lob. ic.* 5. *Bauh. pin.* 8. *Comm. Holl.* 3 δ. PANIC. *cr. galli mite Pursh sept. Amer.* I. p ε. *P. c. g. purpureum Pursh* l. c.

Obs. 1. „*Rainville* in horto quodam prope Roterodamum graminis hu varietatem observavit vere giganteam, 5-6-pedalem.“ *van Hall l. c.* In cultis humidisque etiam in America multum variare caly bus muticis et aristatis, foliis margine scabris et spinulosis. *Mü lenb. Descr. ub. p.* 106, n. 10, qui sub n. II. *echinatum* ista „conspeciei *cruris galli*“ et n. 12 Panicum aliud sine nomine descri bit, de quo dubitat an satis diversum a *crure galli* mutico, an P *colanum*. Huic „culmus pedalis, striatus, glaber, nodosus; foli lineari-lanceolata, carinata, margine scabra, saepius maculata. Li gula o. Vagina striata, glabra. Spica composita, spicis alternis se cundis, erectis, simplicibus, axillâ subpilosâ. Rhachis compressa trigona, flexuosa, pubescens, basi pilosa. Cal. valvula exterior brev ovato-orbiculata, acuta, trinervis; reliquae ovatae, acutae, nervis vanescentibus, subhispidis, muticis, 1-floris, aequales corollae. Se

men album, glabrum. *In Carolina sero florens.* Anne haec fors de qua *Bivona Bernardi:* praeter varietates ab auctoribus memoratas alia etiam varietas apud nos frequens reperitur caulibus decumbentibus, foliis rubro maculatis, rhachi trigonâ; calycibus mucronatis, hispidis, quae P. *colonum Syn. H. B. P.?* An ε *Pursh?*

Obs. 2. Cl. *Meyer* PAN. *Crus galli* et *corvi Willd.* et *stagninum Host* conjungit sub *P. cr. galli;* spicis paniculatis, cylindricis, alternis conjugatisve; calycibus hispidis, aristatis; foliis lineari-lanceolatis glabris. *Meyer Essequ.* p. 53, et *stagninum Host* hujus β facit glumis calycinis omnibus aristatis, aristis praelongis. *Fl. Dan.* t. 1664. addens: „variare culmis duplo altioribus et crassioribus, nec non foliis duplo vel triplo latioribus. An etiam P. *stagninum Retz Obs.* p. 17. hujus loci?" Hoc non ita videtur ex. *M. a Bieb.*, qui *Fl. T. C. Suppl.* p. 57. ait: „de identitate P. *stagnini Retz* (indici) et panonnici *Host* valde dubito; habet enim indicum calycis valvulam accessoriam lanceolatam et alteram aristatam trinervem quum in meo et austriaco illa sit late ovata cum acumine brevissimo, haec vero 7-nervis. Pilorum seriem ad vaginarum oras, quam notat *Host*, non video." Cl. *Link Enum.* alt. p. 76. cum P. *crure galli* jungit PANICUM *echinatum Willd.*, quod illi non diversum videtur, aliter sentiente ill. de *Jacquin Eclog.* p. 19. t. 20.

n. 6a. ECHINOCHLOA *Crus pavonis.* OPLISMENUS *Crus pavonis H. et B. S. V. ed. nostr. p. 486. n.* 16.

n. 6b. ECHINOCHLOA *zelayensis.* SPLISMEUUS *zelayensis H. et B.* S. V. l. c. n. 17.

Pag. 479. n. 7. ECHINOCHLOA *echinata.* Addatur synonymon: *Jacq. Ecloq. Gram. p.* 98. *t.* 20.

Obs. Div. *Mühlenberg Descr.* ub. p. 106. sub *Panico* n. 6. (sine nomine) describit PANICUM cui „culmus basi compressus, procumbens, glaucus; folia lanceolata, glabra, basi subciliata, margine scabra; ligula o; vagina glabra, compressâ, striata, spica composita spicis alternis solitariis, basi pilis radicatis; rhachi triquetrâ glabrâ et pubescente; calycis valvulâ alterâ ovatâ, carinatâ, mucronatâ, brevi; ceteris longioribus hispidis vix aristatis; brevi trinervi, ceteris 5-nervibus" et quod „P. *echinato Willd.* affine sospeciem vel varietatem *cruris galli*" dicit. Anne hoc P. *muricatum Mich.?*

Pag. 480. n. 10a. ECHINOCHLOA *hirtella;* paniculâ compositâ spiciformi; spicis strictis, adpressis, alternis, confertis, internodia excedentibus; spicis distichis; glumis aristatis hispidis; rhachi sulcato-angulatâ, flexuosâ, ramisque hirtis. OPLISMENUS *hirtellus Balbis Herb. Berteron.*

Specimen nostrum frustum culmi pedale; culmus subcompressus, crassitie pennae anserinae, ad basin usque paniculae involutus vaginis striatis, inferne glabris, superne setis basi bulbosis hispidis. Folia ad ortum ligulae, cujus loco fasciculis pilorum, fuscescentia, lateribus deorsum complicata, ceterum omnino plana, patentia, linearia, acuminata pedalia, 1/2 poll. lata, undecimnervia, striata, utrinque retrorsum scaberrima, margine serrulata. Panicula 5 fere poll. longa, 1/2 poll. lata; spicae pollicis longitudine et ultra. Ramulis pilus pas-

sim unus alterve ad genicula aristiformis insidet. Flosculi plurim neutri et masculi hermaphroditis intermixti, horumque basi insi dentes. Glumae omnium inaequales: infima minima, involvens bas emarginatâ suâ utramque superiorem, trinervis, ad nervos scabra mucronata, exterior eâdem duplo major, ovata, membranacea diaphana, trinervis, nervis marginibusque scabris, ciliatis, mucronato-aristata; interior, praecedenti magnitudine et structura simillima, aristâ pollicari et ultra, sursum denticulata, flexuosa in flosculis superioribus purpurascente. Valvulae corollinae subaequales, diaphanae, ovatae, mucronulatae. *In S. Doming*a.

n. 11. ECHINOCHLOA *setigera*. Addatur synonymon: PANICUM *setigerum*; culmis basi repentibus sublignosis; foliis cordatis, ciliatis; insertionibus spicularum florumque setosis; corollâ trivalvi; semine ovali, transverse rugoso *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 302. An *Pal d. Beauv. Fl. d'Oware?*

Culmi longi, diffusi, firmi, parvi, glabri, geniculis pubescentibus Folia vaginantia, in acumen attenuatà, undulata, ore vaginarum barbata. Spicae compositae. Spiculae 4-20, secundae, patentes aequaliter undique dispositae. Rhachis communis 4-6 partialis trigona. Flores per paria alterni, biseriales, altero sessili, altero pedicellato, setis involucri adinstar. Calycis valvulae interiores, pubescentes, nervis viridibus longitudinaliter striatae. Cor. nerv membranacea. *Roxb.* l. c. *In fruticetis. Observ.* nostr circa PANICUM *distichum*, quod SETARIA *disticha*, delenda.

n. 12. ECHINOCHLOA *subcordata*. Addatur synonymon: PANICUM *subcordatum Roth nov. plantt. spec. p.* 46.

Culmus filiformis, laevis, nodis parvis, pubescentibus. Folia alterna patula, fere 1 1/2 unc., lobis semilunaribus, margine subundulata subcartilagineo. Vaginae laeves, dense ciliatae, pilis longis, basi tuberculosis. Ligula o. Spicae inferiores remotiores, superiores quasi fastigiatae. Spiculae omnes breviter pedicellatae, ovatae, obtusae, muticae. Pedicelli inferiores plerumque terni, medii gemini superiores alterni, apice setis aliquot longitudine spiculae. Corollae ovatae, obtusae, glabrae, costatae: hermaphroditae transversim undulatae.

n. 13. ECHINOCHLOA *hirta*; (cum definitione OPLISMENI *hirti Syst. Veg. ed. nostr. p.* 484. *n.* 12.) PANICUM *hirtum Roth nov. plantt. spec. p.* 46.

Culmi basi repentes, ad genicula radicantes, incurvi, tunc adscendentes, ramosi. Folia lanceolato-linearia, undulata: ligulae loco barba. Pedunculus inter spicas hirsutus. Spicae unciales, erectae patulae, 4-8, fastigiatae: pedicelli breves, crassiusculi, hirsuti. Spiculae solitariae, alternae, setis longitudine earundem. Calycis gluma exterior s. minor subcordato-ovata, obtusissima, basi spiculam semi-involvens. *Roth.*

n. 271. OPLISMENUS.

Pag. 481. n. 1. OPLISMENUS *hirtellus*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 481. ORTHOPOGON *hirtellus Nutt. gen. p.* 55.

Panicula spicata, interrupta. Calycis valvula exterior interiori subaequalis. *Link*. In speciminibus americanis spiculae 5-8-florae; rhachis universalis et partialis nunc glabra, nunc villosa; valvulae calycinae saepe 4, quarum exteriores, sive superiores sive inferiores, aristâ longâ, glabrâ, rectâ, viscidâ. Rudimentum flosculi imperfecti ad basin valvulae floris perfecti minimum, bifidum, valvulâ obliquâ imperfectâ, laterali, ciliatâ, uti valvulae reliquae. *Nutt*. An huc MILIUM *undulatifolium Mönch?*

n. 1 a. OPLISMENUS *velutinus*; spicis oblongis, sessilibus; spiculis 2-3-floris; calycibus triaristatis: aristâ exteriore longiore; foliis lanceolatis, subtus velutino pubescentibus. *Meyer Essequeb. p.* 51. sub PANICO *velutino*.

„Affinis OPLISMENO (PANICO olim) *hirtello* et *Burmanni*, nec non ORTHOPOGONI *aemulo R. Br.* Differt ab *hirtello* foliis angustioribus, exacte lanceolatis, subtus densissime pubescentibus, nec ovato-lanceolatis et acuminatis, glabris, vel pilis rarioribus tantum adspersis, racemo spicato triplo longiore, spicis remotis e spiculis 6-8, quae in *hirtello* omnes approximatae, et immediate rhachi universali insident; setis tandem ad basin spicularum, quae in *hirtello* desunt. A magis adhuc affini *Burmanni* racemo erecto, nec pendulo, spicis sessilibus nec longius pedicellatis, foliisque duplo longioribus etc. Ab ORTHOPOGONE *aemulo* spiculis 2-3, nec 4-6-floris, calycis glumâ intermediâ (flosculo neutro) *Brown*, aristatâ, nec muticâ, foliorumque superficie. Culmi pedales debiles, basi decumbentes, ramosi, teretes, striati, tennissime inprimis ad genicula pubescentes. Folia erecta vel erecto-patentia, 2 1/2 poll., 1/2 poll. lata, margine transversim undulata et scabra, supra pubescenti-scabriuscula, saturate viridia. Vaginae laxiusculae, sulcato-striatae, pubescentiâ erectâ, ad oras pilosae. Ligula brevissima, truncata. Racemus spicatus, 5-6 poll., e spicis 6-8, alternis, erecto-adpressis, inferioribus remotis, 8-10 lin. longis, lineari-oblongis, reliquis brevioribus, minus remotis, ovato-oblongis. Rhachis universalis angulosa, sulcata, superne compressa, pilosa, partiales eaedem, pilis rigidiusculis. Spiculae approximatae, secundae, basi setis nonnullis. Flores sessiles oblongi. Cal. 1-2-florus: glumae membranaceae concavae, nervis viridibus pilisque brevibus rigidiusculis, aristatae; exteriores 2 fere ejusdem longitudinis, ovatae: superioris arista 5-6 lin., inferioris triplo brevior, intermediae brevissima. Corollae neutrius valvula membranacea, lineari-oblonga; hermaphroditae longitudine calycis glumae intermediae valvulae cartilagineae, ovato-oblongae, obtusiusculae, muticae, laeves, nitidissimae. Antherae ochraceae. Stigmata purpurea. *Meyer l. c. In nemorosis plantationis Sophienburg.* ☉?

n. 1 b. OPLISMENUS? *hirsutus Kön.*; foliis late lanceolatis, cordatis, basi amplexicaulibus, undulatis, ciliatis, pi-

losis; floribus polygamis solitariis, sessilibus; semine ovato, transversim rugoso. Panicum *hirsutum* Roxb. *Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 303. *n.* 31.

Culmi basi patentes, decumbentes, radicantes, superne adscendentes: articulis lanatis. Folia vaginis pilosis, barbâ ad faucem densâ, pilosâ. Spicae e spiculis 6-12 simplicibus, alternis, secundis, expansis, circa rhachim pilosam 4-5-gonam. Rhachis partialis trigona, pilosa. Flores serie duplici, alterni, saepius setis interstincti. Calycis valvulae omnes pilosae, striatae. Cor. completa, univalvis, ♂ in eodem calyce cum ☿. Sem. album, cuspidatum. *Roxb. l. c.* *Ad margines pascuorum, cultorum.* (Si re verâ Panicum esset, nomen mutandum foret ob *hirsutum Lam.* et *Sw.* forte P. *Königianum* dicendum.)

n. 1 c. Oplismenus? *tomentosus*; culmis suberectis; foliis pilosis; spicis 10-12 oblongis, 6-8-floris, involucellis setosis hispidis intermixtis; semine ovato, transversim rugoso. Panicum *tomentosum* Roxb. *Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 303. *n.* 32.

Delicatula, rara, cespitosa. Culmi adscendentes, basin versus compressi, ramosi, 12-18 ped. Folia mollia, pilis longis, mollibus: vaginae internodiis duplo breviores, fauce barbatâ. Spicae compositae, terminales, spiculis 10-12 plerumque alternis, 6-8-floris, in rhachi triquetrâ undique sparsis. Calycis valvulae 2 interiores 5-nerves, secundâ „(tertiâ?)" corollâ duplo minore, ut in P. *glauca* „(Setaria *glauca*)". Cor. valvulâ tertiâ neutrâ. *Roxb. l. c.* *In pascuis siccis Indiae.*

n. 1 d. Oplismenus? *strictus*; culmis rectis, 2-3 pedum; spicis compositis, cylindricis, rectis; spiculis numerosis, expansis; glumis calycis pilosis acutisque; corollâ trivalvi, interiore aristatâ. Panicum *strictum* Roxb. *Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 306. n. 35.

Culmus crassitie pennae corvi, pilosus, praecipue ad articulos. Folia brevia, recta, basi latissimâ, ab hac in acumen attenuata, subpilosa, praecipue subtus. Vaginae magis hirsutae, fauce pilis longis, mollibus, albis. Spicae (paniculae) spiculis uniserialibus, expansis, brevibus. Flores geminati, pedicellis longioribus brevioribus ante eorumdem insertionem in rhachi spicae coadunatis. Calycis valvulae acutae, 2 exteriores pilis aliquot rectis, interiore glabrâ, corollae simili. Cor. trivalvis, interiore angustiore. *Roxb. l. c.* *Rarior in siccis Bengaliae.* (Si Panicum *strictum*, nomen mutandum ob *strictam* antiquius *Pursh.*)

Pag. 482. n. 5. Oplismenus *Burmanni*. Addatur synonymon: Panicum *Burmanni*; culmis repentibus; foliis lanceolatis, pilosis; floribus hermaphroditis; valvulis calycum pilosis, aristatis; seminibus tenuibus, glabris, acutis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 298. *n.* 22. et, hoc teste, *Rumph amb.* VI. *p.* 14. *t.* 5. *f.* 3.

Culmi ramosi, apice erecti. Folia vaginantia, undulata, vaginis in

ternodiis dimidio brevioribus, pilosissimis. Spicae compositae, secundae, erectae; spiculis 4-8 alternis, secundis, adpressis. Rhachis communis partialisque trigona. Flores plerumque gemini, alter sessilis, alter pedicellatus. Aristae longae in glumis calycis duabus exterioribus: interiores glumae breviores, magis glabrae. *Roxb.* l. c. *Ubique sub umbra.*

'ag. 483. n. 7 a. OPLISMENUS *affinis*; spicis sessilibus, ovatis, secundis, alternis; floribus distichis, secundis, approximatis; calycibus corollisque aristatis pilosis. PANICUM *ab hirtello diversum Balb. Herb. Berteron.*

Culmus ramosus, basi purpurascens et ad genicula radicans, striato-sulcatus et in sulcis pilosus. Vaginae inferiores, ad medium fere usque internodiorum adscendentes, laxae, striatae, inferiores undique, superiores praecipue apicem versus et margine pilosae: nodi vero, vaginis obvoluti, glabri. Folia ovato-lanceolata, acuminata, undulata, amplexicaulia, striata nervosa, supra passim pilis rarissimis, longis, inspersa, subtus pube tenuissimâ et quasi punctulata, margine brevissime (basi vero longissime) ciliata, scaberrima. Ligulae loco pili fasciculati. Rhachis universalis compressa, flexuosa, angulata, torta, pilosa. Spicae 6-7, 5-6 lin. longae, patentes, et adpressae, 12-18-florae; rhachis compressa, pilosa, setisque sub floribus passim instructa. Flosculi (seu spiculae) sessiles, neutri passim, et masculi, et hermaphroditi: valvulae calycinae omnium inaequales; exterior, seu inferior minor, vix lineam longa, membranacea, lanceolata, 3-nervis, undique pilis albis hirsuta et longe ciliata, aristâ suâ sub apicem insertâ sextuplo et ultra brevior; interior similis, sed duplo major, 5-nervis, aristâ suâ triplo, interdum duplo brevior. Valvulae corollinae maxime inaequales: exterior valvulâ calycinâ exteriore duplo major, apice breviter aristata, lineari-lanceolata, semen obvolvens, extus infra medium annulo pilorum elegantissimo cincta; interior brevior, angustior, mutica, quasi truncata, pilosa. Antherae exsertae, fulvae. Stigmata violacea. Semen oblongum, nitidum, albicans. *In St. Martha. Bertero.*

ig. 484. n. 10. OPLISMENUS *compositus.* Addatur synonymon: ORTHOPOGON *remotus Trin. Fund. Agr. p.* 181.

n. 12. OPLISMENUS *hirtus.* Deleatur, est enim ECHINOCHLOA *hirta.*

ig. 486. n. 16. OPLISMENUS *Crus pavonis.* Addatur:

Obs. Fide speciminis a clo *Balbis* communicati et a D. *Bertero* in Porto Rico lecti ECHINOCHLOA potius est, ut augurati fuimus. Hinc ECHINOCHLOIS cum O. *selaginei* inserendus.

n. 272. SETARIA.

g. 488. n. 3. SETARIA *verticillata.* Addatur synonymon: *ann Hall Spec. bot. p.* 60. et, hoc teste: β. setarum denticulis sursum (non deorsum, ut in α) directis. An *viridis?* γ setis nullis. — PANICUM *verticillatum Müh-*

lenb. Descr. uber. p. 102. *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 35. *Bertolon. Amoen. p.* 109. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 7. PANICUM *rude Lam. Fl. fr.* PENNISETUM *verticillatum Nutt. gen. p.* 55.

Obs. An huc: PANICUM *verticillatum*; spicis cylindricis; spiculis quaternis subverticillatis; involucellis setis retrorsum hispidis; seminibus oblongis, trinervibus, rugosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 488. *n.* 33.

Culmi basi radicantes, supra tenues, inclinati, glabri, 2-4 ped. Folia vaginantia, lineari-lanceolata, subpubescentia, margine retrorsum hispida, ore vaginarum piloso. Spicae compositae, 3-4 poll.; spiculae plerumque fasciculis 4 in verticillo, breviter pedicellatae, singulae pauciflorae, intermixtis setis undique adhaerentibus. Cor. neutra adest. Plantae e seminibus britannicis haud ita luxuriantes, nec adeo latis basi foliis. Varietas major culta *Thunbergi* certo PANICUM *italicum. Roxb. l. c.*

Pag. 488. n. 4. SETARIA *viridis*. **Addatur synonymon:** *van Hall Spec. bot. p.* 61. PANICUM *viride Mühlenb. Descr. uber. p.* 102? *Sebast.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 35. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 7. PENNISETUM *viride Nutt. gen. p.* 55.

Valvula exterior matura sub lente minutissime punctata. *van Hall.*

Obs. Cl. *Bertoloni* PANICUM *viride* spicâ cylindricâ; spiculis confertis, involucellis bifloris, multisetosis, scabriusculis; corollâ laeviusculâ distinguit cum *Smith* in *Amoen. ital* p. 109, et nonnisi synonymon *Smith* et *Engl. Bot. t.* 875, *Linn. Spec.*, *Savi Pis.* et *Etrusc. Desfont. Atl.*, *Decand. Fl. franc.*, et *Leers* t. 2. f. 2. laudat, addens: „Setae flosculorum sursum strictae glabrae, deorsum vero scabriusculae, nec admotis vestibus adhaerentes. Spica viridis. Icon *Hosti* II. *t.* 14. non hujus loci esse videtur, sicuti neque *Schraderi* PANICUM *viride Fl. germ.* I. *p.* 240. n. 1." Utrum P. *viride Mühlenb.* hujus loci? In speciminibus americanis tripedalibus bracteas 10-15 fasciculatas, stramineas, calyce triplo longiores, 1-5-floras, valvulas calycinas 5-nerves glabras notat *dir. Mühlenb.*

Pag. 489. n. 4a. SETARIA *pumila*; culmo ramoso; vaginis pubescentibus; spicâ densâ, brevi; setis nullis; corollis laevibus. PANICUM *pumilum Link Enum. p.* 76.

Culmus adscendens, pedalis, laevis, sub spica scaber. Folia lata, glabra, ligulâ vix ullâ. Rhachis tecta flosculis. Valvulae calycinae et intermedia obtusae, nervis longitudinalibus, viridibus. Valvulae corollinae laevissimae. Affinis *viridi. Habitat?.* ⊙. *Sub Dio.*

n. 4b. SETARIA *macrochaeta*; spicâ compositâ; glomerulis approximatis; setis floribus octuplo longioribus, scabris, rhachi pilosâ; crustâ seminum laevi. PANICUM *macrochaetum Link Enum. p.* 76.

Valde affine *viridi*, at majus, setis longioribus, magis patentibus. Se

lae antrorsum scabrae. Panicula 2 poll., setae 6-7 lin. *Link.*, qui nomine PENNISETI *macrouri* tulit. *Habitat?* ⊙. *Sub Dio.*

Pag. 489. n. 6. SETARIA *intermedia*. **Addatur synonymon:** *Roth nov. plantt. spec. p.* 47.

Sub nomine PENNISETI *Brown* dedit cl. *Heyne*. Differt a *viridi* paniculâ laxiore etc.

Pag. 490. n. 8. SETARIAE *glaucae* addatur synonymon: PANICUM *glaucum Seb.* et *Maur. Prodr. Fl. rom. p.* 35. PENNISETUM *glaucum. Nutt. gen. p.* 55. An PANICUM *viride Pollich.?*

Obs. 1. PANICUM *glaucum*; culmis erectis, 1-3 pedum; involucello e fasciculo setarum pilosarum unifloro; floribus plerumque polygamis; seminibus transverse rugosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 287., licet addat: „verisimile PAN. *helvolum*" *) hujus tamen potius *videtur* loci; haud enim ita sollicite distinxit, tum ait; „habemus in India duas vel tres *graminis hujus vilis* varietates. Harum fors altera ALOPECURUS *indicus?* minor, rufescens huic satis propinqua." P. suum *glaucum* describit sequentibus: „Rad. fibrosa. Culmi basi subinde decumbentes, radicantes, ceterum erecti, ramosi, glabri, subcompressi. Folia vaginantia, subbifaria, glabra, ad os vaginae pilosa. Spicae terminales, 2-6 poll. Flores solitarii, vel rudimentum simul unius alteriusve, breviter pedicellati, numerosi. Involucella floribus longiora e medio partis inferioris pedicelli. Cal. plerumque biflorus, ☿ et ♂. cor. ♂ valvulâ unicâ intra valvulam interiorem corollae et calycis."

Obs. 2. Quo rectius distinguatur species haec intricatissima, opus est subjungere descriptionem S. *glaucae* americanae apud *Mühlenb. Descr. ub.* p. 100: „Culmus erectus, glaber, nodosus, subcompressus, foliosus, superne pubescens. Folia lanceolata, basi pilosa, carinata, margine glabra. Spica terminalis erecta, cylindrica solitaria. Rhachis pubescens sub spica sulcata et multangula. Bracteae luteae, calyce longiores, fasciculatae, 7 vel 10 in pedunculo, uniflorae, sursum hispidae. Cal. inaequalis, subnervosus. Semen album aut nigrescens, rugosum."

Obs. 3. *Panicum glaucum Humb.* et *Bonpl.*, de quo in *Obs.* ad *glaucum* in *S. V. ed nostr.* mentionem fecimus, clo *Steudel* idem videtur cum P *imberbi Poir.* (S. V. ed nostr. p. 891.) et PAN. *glauco americano Auct.*

n. 8 a. SETARIA *laevigata*; foliis lineari-lanceolatis nervosis vaginâque striatâ glabris; ligulâ barbiformi brevi; bracteis pedunculo pubescenti insidentibus, apice purpureis, 5-10, calyce nervoso glabro triplo longioribus. PANICUM *laevigatum Mühlenb. Descr. ub. p.* 100. Semen album rugosum. *Mühlenb.* sine loco natali.

---

*) Etiam *Bivona Bernard. Sicul. p.* 63. PANICUM *glaucum* idem dicit cum P. *helvolo Syn. II. H. P.*

n. 8 b. SETARIA *affinis*: foliis lineari-lanceolatis vaginâque striatâ pilosis; ligulâ barbiformi; bracteis pedunculo pubescenti insidentibus, apice purpurascentibus, fasciculatis, elongatis PANICUM *n.* 4. (sine nomine) *Mühlenb. Descr. uber. p.* 101.

Culmus 5-ped., compressus. Cal. glaber. Semen album rugosum. *Mühlenb. In Georgia et Pennsylvania.*

Pag. 491. n. 9. SETARIA *helvola*. Addatur synonymon: PANICUM *geniculatum Vahl* (fide *Fischer.*) Nostra S. *geniculata* sane diversa.)

n. 9 a. SETARIA *corrugata*; paniculâ spiciformi; involucris setosis; corollis transverse rugosis. *Elliott Bot. of S. Carol. et Georg. p.* 113. (sub PANICO *corrugato.*) PENNISETUM *corrugatum Nutt. gen. p.* 55.

Obs. Clo *Sprengel* a *glauca* non satis diversa videtur in *N. Entd.* II. p. 190. Si vero specimen, quod clo *Bertero* in S. Domingo legit, et clo *Balbis* nomine PANICI *helvoli* nobiscum communicavit huc spectat (uti saltem ex diagnosi omnino quadrante videtur) omnino diversa. Specimina nostra 3-ped., culmos sistunt glabros, striatos, teretes, ramosos, crassitie fili emporetici, geniculis contractis, fuscis, glabris. Vaginae inferiores laxae, superiores arcte stringentes, striatae, glabrae. Ligula brevis, membranacea, pilosa. Folia lineari-lanceolata, acuminata, nervosa, supra scabra, subtus glabra, margine scaberrima, basi pilis distantibus sparsis, raris, erecta, 4-5 poll., 4-5 lin. lata. Spica 2 circiter pollicum, teres. Rhachis pubescens, scabra. Flores sessiles, rhacheos internodiis longiores. Involucella uniflora, setis 9-12 flexuosis, sursum denticulatis, flavescentibus, serius fuscescentibus, inaequalibus, flosculo 1 1/2 lin. longo 4-6 plo longioribus. Valvulae calycinae pallide e viridi-flavescentes, glabrae, leeves: extima et infima minima, ovata, acuta; duarum interiorum altera lanceolata, acuta, fere mucronata, altera ovata, nervis 3-5, omnes breviores valvulis corollinis ovato-lanceolatis, elegantissime transverse rugosis, apice fuscescentibus. Antherae purpurascentes, inclusae. Stigmata exserta plumosa. Si non *corrugata Ell.*, quam non possidemus, *Berteroniana* dicenda foret: *helvola* enim certe non est.

n. 10 a. SETARIA *hirtella*; culmo procumbente; foliis lanceolatis, acuminatis, glabris; vaginâ margine pilosâ; spicâ compositâ, interruptâ, spiculis 5-floris; aristâ purpureâ hispidâ. PANICUM *hirtellum Mühlenb. Descr. ub. p.* 102. *In Carolina.*

Obs. An huc ORTHOPOGON *parvifolius*; foliis lanceolatis, planiusculis, spicâ compositâ; spiculis 6-8-floris; aristis viscidis. *Nutt. gen.* T. II. Errata. ORTHOPOGON *hirtellus* T. I. p. 66.

Pag. 492. n. 14. SETARIA *germanica*. Addatur:

Obs. Etiam divo *Mühlenberg Descr. ub. p.* 104 fors *viridis* varietas videtur, quod tamen vix ita se habet. Occurrit inter segetes prope Sawran in Podolia, ubi non colitur, monente *Besser Enum. pl. Volhyn., Podoliae etc. p.* 41.

Pag. 493. n. 15. Setaria *italica*. Addatur synonymon: Panicum *italicum*; culmis erectis; spicis nutantibus; spiculis sparsis, ovatis; pedicellis 2-4-floris; setis laevibus intermixtis; semine ovato, trinervi. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall* I. p. 303. n. 34. P. floribus spicatis; glumellae valvulis obtusis; pedicellis bracteatis; bracteis longis, setaceis; seminibus globosis, transverse rugosis. *Séringe Monogr. d Céréales p.* 177. A. Spicâ elongatâ; seminibus stramineis. B. Spicâ subovoideâ; seminibus stramineis. p. 179. C. Spicâ subovoideâ; seminibus aurantiacis. *ibid.* D. Spicâ subovoideâ; pedunculis violaceis. p. 180 *) E. Spicâ exiguâ. *ibid.* Pennisetum *italicum Nutt. gen. p.* 53.

Culmi ex uno grano plures, 3-5-ped., teretes, glabri. geniculis inferioribus radicantibus. Folia margine retrorsum hispida, ore vaginae barbata. Valvula neutra plus minus adest Spica in minoribus erecta. *Roxb.*, qui nullibi spontaneam vidit. In America tamen boreali, monente *Mühlenberg Descr. ub. p.* 103, *Bengal Grass*, aequae ac *germanica*, audit.

n. 15 a. Setaria *cylindrica*; spicâ compositâ, erectâ; glomerulis remotiusculis, infimis subsessilibus; setis floribus octuplo majoribus; rhachi pilosâ; crustâ seminum laevi. Panicum *cylindricum Link Enum. p.* 76.

Affine *italico*, at panicula longior, gracilior, erecta. Spiculae magis globosae, rhachis minus pilosa Panicula 5 poll., setae pollicis. *Link*, qui nomine Panici *setosi* accepit, a qua crustâ seminum laevi differt; nomine etiam Panici *alopecuri Fisch* **) et Penicillariae *cylindricae S. V. ed. nostr.*; sed desunt penicilli in antheris. Penicillaria *ciliata Willd.* huc relata non prostat *in Herb.* Habitat? ☉. *Sub Dio.*

n. 15 b. Setaria *polystachya Schrad.*; culmo simplici; foliis lineari-lanceolatis, scabris; vaginis inferioribus papilloso-hirtis; paniculâ spicaeformi; involucro 1-2-seto, sursum hispido, spiculis solitariis quintuplo longiori; corollâ hermaphroditi transversim undulatâ. *Schrad. MS.*

Gramen 3-ped., culmo rigido, ad apicem usque vaginato. Folia fere Set.

---

*) An huc fore Panicum *caeruleum Mill. Dict.* n. 5. spicâ simplici aequali; pedunculis bifloris. *Prodr. Leyd.* 54. P. ind. spicâ obtusâ caerulea. C. B. P. 7. Culmus arundinaceus. 6 ped., basi ramis 2-3; folia basi 1 poll. lata, purpurascentia. Spicae axillares et terminales, 4-5 poll., pollice crassiores, basi subaequales, pallide caerulescentes, aristis seminibusque majoribus ejusdem coloris.

**) Panicum *alopecuros Fisch.* in *Hor. Berolin.* idem dicitur cum Setaria *macrostachya Humb.* et *Bonpl.*, et fide speciminis nostri a div. *Weinmann* communicati omnino convenit cum descriptione S. *macrostachyae* c. *setosae*.

italicae. Panicula spithamaea; ramis densis, divisis, 1 1/2 poll., superne minoribus et simplicibus. Rhachis hirsuta. Spiculae ovatae, glabrae. Involucri setae subflexuosae, longitudine inaequales. *Schrad.* *In Brasilia.* *Sereniss. Princeps Maximil. Neowidensis.*

n. 17. SETARIAE *cernuae* subjungatur:

n. 17a SETARIA *sulcata Bert.*: spicâ compositâ inferne interruptâ; involucris unisetis; glumâ corollinâ externâ transverse rugosâ; foliis lanceolato-linearibus, sulcato-plicatis. *Bert. Excerpt. p.* 14. n. 13. *Opusc. scient. di Bol.* 4. *p.* 230.

Culmus teres, erectus, striatus, glaber. Folia elongata, acuminata, multinervia, longitudinaliter sulcato-plicata more flabelli. Vaginae praelongae, striatae, inferne margineque glabriusculae, superne margineque pilosae, externe ad oram villis densis, brevibus barbatae. Villi ligulae loco. Spica terminalis stricta, elongata, inferne interrupta. Rhachis universalis angulata, striata, flexuosa. Spicae partiales undique sparsae, inferiores longiores remotae, superiores approximatae, imbricatae. Flosculi unilaterales, distichi, alterni, orti e receptaculo calyculari albo-membranaceo persistenti, subinde suffulti pedicello brevissimo. Involucrum seta 8-10 lin., flexuosa, stricta, scabra, flavida, postice sub quovis flosculo; antice ad basin spicularum inferiorum setae hujusmodi plures inaequales breviores. Glumae calycinae 3 membranaceae, glaberrimae; exterior minima, subrotundo ovata, concava, obtusissima, subtrinervis, reliquae 2 oppositae, subseptemnerves, harum major lineam et ultra longa, ovata, acuta, obvolvens flosculum. Glumae corollinae 2, exterior coriacea, ovata, acuminata, concava, stramineo-lutescens, nitida, ad lentem rugulis transversis pulcre reticulata, glumâ calycinâ majore vix ac ne vix quidem brevior; interior ovata, acuta, plano depressa, margine involuto, exteriori subaequalis, sed angustior et tenuior. Nectaria nulla. Stigmata 2 plumosa. *In Brasilia.* ♃. *Bertol.*

Pag. 494. n. 18. SETARIA *setosa*. Addatur synonymon: SETARIA *macrostachya*; paniculae spicatae axi hirto; setis receptaculi longissimis; foliis lato-lanceolatis, retrorsum scabris; vaginis pilosiusculis ore villosis. *Spreng. not. prov. p.* 33, (cum omnibus nostris synonymis.) β. PANICUM *setosum*; racemo spicato; flosculis inermibus, setis immixtis longissimis, asperrimis; ciliis pro ligula foliorum subtus et margine subasperorum, basi attenuatorum. *Schrank Abh. Regensb. bot. Ges.* III. *p.* 25.

Culmi cubitales erecti, ramosi, subcompressi, vaginis tecti. Folia basi attenuata, nervosa, spithamaea et dodrantalia. Ligula 0; os vaginarum villosum. Pedunculi nudi, striati. Panicula digitalis aut spithamaea. Axis villosissimus hirtusve. Pedicelli subdivisi, pauciflori, erecto-patentes, hirsuti. Setae receptaculi fasciculatae, stramineae, antrorsum scabrae, 1/2 poll. et ultra. Flosculi neutri hermaphroditis intermixti. Gluma calycina tertia minima; reliquae

5-nerves; corollina ☿i transversim undulata. *Spreng.* In β folia longe acuminata, apicem versus involuta. Flosculi minimi, vix purpurascentes. Simillima SETAE *macrostachyae Spreng. Schrank* l. c.

n. 18 a. SETARIA *tenacissima Schrad.*; culmo ramoso; foliis linearibus, scabris; vaginis ciliatis; spicâ compositâ, cylindricâ; involucro 1-2 seto, denticulis reversis hispido, spicâ solitaria multo longiori; corollâ hermaphroditi obsolete transversim undulatâ. *Schrad. MS.*

Venit in hortis nomine *Panici setosi*, s. SETARIAE *setosae* a quo, praeter characteres datos, insigniter differt: duratione annuâ; habitu omnium partium minori; involucri setis purpurascentibus, denticulis deorsum nec sursum versis, et spiculis subgloboso-ovatis, semine Papaveris vix majoribus. *Schrad.* *In Brasilia.* ⊙.

n. 18 b. SETARIA *scandens Schrad.*; culmo ramoso; foliis lineari-lanceolatis, subpilosis; vaginis ciliatis; spicâ compositâ cylindricâ; involucro subbiseto superne denticulis reversis hispido; spiculâ solitariâ duplo longiori; corollâ hermaphroditi obsolete transversim undulatâ. *Schrad. MS.* PENNISET. *scandens Jacq. fil. Cat. sem. Hort. Vind.* 1801.

Culmi basi procumbentes nodis ut plurimum radicantibus, vel erecti adstantibus plantis sustentati, subcompressi, glabri. Folia margine scabra, utrinque pilis sparsis obsita. Spica 1 1/2-2 poll., gracilis; rhachi hispido-pilosâ. Spiculae fere praecedentis (*tenacissimae*), suffultae setis denticulato-hispidis, denticulis supra medium sursum pone apicem deorsum versis. *Schrad.* *Hab.* ⊙.

n. 19. SETARIA *Pennisetum*. Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec. p.* 55.

Culmus crassitie TRITICI *hyberni*, striatus, glaber, nodis glabris. Folia subulata, palmaria, subtus striata, glabra, margine scabra: vaginae compressae, laxae, margine ciliatae. Panicula terminalis oblongo-ovata, spicis 1-1 1/2 unc. Rhachis universalis angulato-sulcata, ad angulos setis solitariis hinc inde: rhaches partiales lineares, rectae, subulatae, triquetrae, angulo dorsali serrato, ceterum nudo, angulis marginalibus subtus ad pedicellorum basin setis persistentibus, 3-4-nis, fasciculatis. Spiculae brevissime pedicellatae, dense et subtrifariam imbricatae, setis praelongis fuscis, patulis. Cor. ☿i glabra, laevis, flosculo neutro paulo brevior. *Roth.*

Pag. 495. n. 20. SETARIAE *cenchroidi* subjungatur:

n. 20 a. SETARIA *Elliottiana*; spicâ solitariâ tereti, strictâ; involucro multipartito; laciniis tereti-subulatis, rigidis, scabris, flosculos subsuperantibus. *Elliott Bot. of S. Carolin. et Georg. p.* 111. (sub Panico *cenchroidi*.) PENNISETUM *pungens Nutt. gen. p.* 54.

Obs. 1. Nomen mutandum erat ob PANICUM (SETARIAM) *cenchroides Richard* antiquius. Maxime affinis CENCHRO, involucro spinoso.

Obs. 2. Quae l. c. post n. 20 characteribus minoribus a divo *Römer* huc posita fuere, ad calcem Setariarum releganda.

n. 23. Setariae *muricatae* addatur: Panicum *hispidum Mühlenb. Descr. uberior gram. p.* 107 (fide *Elliott* et *Spreng. N. Entd.* II. *p.* 202.) Panicum *pungens Poir.* (fide *Steudel.*)

Attamen Echinochloae *crusi galli* proximum pronuntiat *Mühlenberg*, cui „Culmus glaber, erectus, nodis fuscis; folia lanceolata, costâ albâ, margine scabra. Vagina hispida pilis radicatis, striata. Ligula fusca, compressa. Spica composita, nutans, spiculis alternis, oblongis, aristatis. Rhachis pilosa, scabra. Cal. valvula minima ovata, mucronata, ceterae nervosae, hispidae, aristis elongatis, purpurascentibus. Sem. album, nitidum, acuminatum, glabrum. *Mühlenb.* *In Carolina etiam et Delaware.*

n. 24. Setaria *disticha*; culmo ramoso, compresso-trigono, nodisque glabris; foliis margine scabris; vaginis margine piloso-ciliatis; spicis numerosis, alternis; involucro uniseto, spiculis unilateralibus, geminis longiore; glumis glabris; paleis floris hermaphroditi laevibus; flore neutro bipaleaceo. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* I. II. *p.* 112. et, hoc teste, Panicum *distichum Lam. Enc.* IV. *p.* 741. (auct. herb. Hort. Paris.)

Culmus adscendens? striatus. Folia lanceolato-linearia, acuminata, basi rotundata, striata, plana, rigida, glabra. Vaginae striatae, glabrae. Ligula brevis, rotundata, glabra. Spicae distichae, patulae: inferiores 1 1/2 superiores 1/2 poll. Rhachis communis sub-6-pollicaris, subtrigona, striata, glabra, partiales complanatae, scabrae. Spicula altera sessilis, altera brevissime pedicellata, oblonga, semine papaveris paulo major, basi setâ spiculis duplo longiore. Glumae oblongae, acutae, virentes, inaequales; superior inferiore duplo longior, flore hermaphrodito paulo brevior. Hermaphroditi paleae duae oblongae, acutae, albidae, glabrae, nitidae, magnitudine fere neutrius, cujus paleae virent. *Kunth* l. c. *In calidis Provinciae Cumanensis prope Berdones.* ♃

Obs. Si quis diagnosin et descriptionem P. *distichi* a clo *Lamark* datam cum diagnosi et descriptione Setariae *distichae* confert, intelliget apertissime, plantam *Lamarckianam* a *Humboldtiana* esse diversissimam, et errorem hic in Herb. Paris. subrepsisse. Convenit potius planta *Lamarckiana* ex diagnosi et descriptione cum sequente:

n. 26. Setaria *elongata Spreng.*; culmo nodisque glabris; foliis linearibus, utrinque vaginisque pilosis; spicis numerosis, alternis; involucro biseto, spiculis unilateralibus solitariis geminisque longiore; glumis glabris; paleis floris hermaphroditi nervosis. Setaria *elongata Spreng. in litt.* ad D. *Balbis* in *Herb. Berteron.*

Specimen nostrum culmus erectus, 2-ped., sine radice et foliis radicalibus, glaber, compressus, striatus. Folia omnino linearia-

acuta, spithamaea, 3-4 lin., multinervia, utrinque pilis longis, sparsis, appressis, rigidiuscula, margine scaberrima, plana. Vaginae striatae, pilis hirtae, margine ciliatae. Ligula lacera, pilis longissimis barbata. Spicae distichae, lineares, 20-28, in paniculam dispositae spithamaeam, inferiores fere pollicares, superiores minores, internodiis vero majores. Rhachis communis trigona, flexuosa, sulcata, pilis longis, albis. Flosculi subpedicellati: alter, si adest, sessilis, magnitudine fere seminis Milii, basi setis 2 flosculo fere quadruplo longioribus, flexuosis, sursum denticulatis, flavicantibus. Glumae omnes ovatae, submucronatae, pallidae: infima 3-nervis, triplo minor; superiores aequales, 5-nerves. *In S. Domingo.*

An Pennisetum *laevigatum Elliott* apud *Nuttall gen. p.* 55 nobis ignotum hujus generis?

n. 274. DIMERIA.

Pag. 496. n. 1. Dimeria *acinaciformis*. Huic subjungatur:
n. 2. Dimeria *ornithopoda Trin.*; spicis terminalibus ternis; flosculo neutro nullo; corollâ hermaphroditi inversâ; staminibus constanter duobus. *Trin. Fund. Agrost. p.* 496. t. 14.

Facies omnino Chloridis *cruciatae. Trin. In India orient.*

n. 275. ARRHENATHERUM.

Pag. 496. n. 1. Arrhenatherum *avenaceum*. Addatur synonymon:
van Hall Spec. bot. p. 63. Avena *elatior Seb.* et *Maur. prodr; Fl. rom. p.* 45. *Mühlenb. Descr. uber. p.* 185. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 7. Holcus *avenaceus M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 638. Hordeum *avenaceum Wigg. hols.* (fide *Steudel.*)

Variare flosculo hermaphrodito penitus mutico et utroque flosculo longius aristato, *van Hall l. c.* β speciem ab *avenaceo* omnino distinctam, et culturâ persistentem sistere pluribus nobiscum videtur.

Pag. 497. n. 276. POGONATHERUM.

n. 1. Pogonatherum *polystachyum*. Addatur synonymon: Pogonatherum *saccharoideum* P. *de Beauv.* An Andropogon *crinitus Thunb.*?

n. 277. ISCHNANTHUS.

n. 1. Ischnanthus *panicoides*. Addatur synonymon: *Poiret Enc. meth. ill. genr. Suppl. p.* 542. *t.* 910.

n. 278. ANTHEPHORA.

n. 1. ANTHEPHORA *elegans*. Addatur diagnosis: A. foliis vaginisque glabris. Et jungatur synonymon CENCHRUS *laevigatus Trin. Fund. Agrost. p.* 172.

n. 2. ANTHEPHORA *villosa Spreng.*; vaginis foliisque glaucis villosis. *Spreng. N. Entd.* III. *p.* 14.

Culmus ramosus, compressus, brachialis. Vaginae undique villosae subhirtae. Ligula oblonga, lacera. Folia laxa, striata, glauca, basi hirta, undique villosa. Spica terminalis, solitaria, intra vaginas florens, post elevata, pedunculo glabro, angulato. Rhachis angulata, flexuosa, glabra. Cal. (involucr.) 3-5-partitum, incisuris basi sinuosis, cartilagineus, glaber, acutus, laciniis margine subciliatis, basi raro dente brevissimo obtuso. Flosculi bini bivalves glabri, hermaphroditi: ANTH. *elegans Schreb.*, ceteroquin simillima, differt glabritie vaginarum culmique, foliorum etiam, quae solummodo margine scabra. *Spreng. In India Occidentali.*

n. 279. HILARIA.

HILARIA *cenchroides*. Addatur synonymon: *Poir. Enc. meth. ill. gen. Suppl. p.* 543. *t.* 911.

n. 280. PENICILLARIA.

Pag. 498. n. 2. PENICILLARIAE *spicatae* addatur icon: *Jacq. Eclog. gram. p.* 22. *t.* 17. et PENNISETUM *typhoideum Descript. de l'Egypte t.* 8. *Panizo negro Amenidades de las Espannas p.* D. M. *Lagasca* p. 1.

Obs. Divus *Roxburgh* HOLCUM *spicatum Willd. Spec.* IV. p. 91[illegible] dicit PANICUM *spicatum*, et distinguit: „culmo erecto, spicis cylindricis; involucris pilosis flores 1-3 muticos polygamos cingentibus, calycibus bivalvibus corollâ brevioribus; valvulâ interiore longiore [illegible]tusâ;" laudatque *Pluk. t.* 32. *f.* 4. (quae div. *Willdenow* [illegible] videbatur species) „bonam!" Nec convenit descriptio *Roxburgii*[illegible] cum illa *Linnaei*, nec cum illa *Willdenow*; „Culmi" (in *Roxburgh*, qui cultam tantum, nec aliam vidit, quatuorque [illegible] varietatum: *Pitta Ganti, Munda-boda-Ganti, Palla-boda-Ganti, Yerra-Ganti* meminit obiter) „e singulo grano plures, geniculo [illegible] alterove ex infimis radiculas emittentes, teretes, glabri, 3-6 ped. crassitie digiti minimi. Folia alterna, vaginantia, lata longaque, [illegible] vaginarum barbata. Spicae s. potius racemi terminales, erecti, p[illegible] eam et ultra crassi, 6-9 poll. longi. Pedicelli plerumque bi-[illegible] 1-4-flori. Flores setis pluribus purpureis, lanatis, hispidis, [illegible] longitudine florum. Cal. biflorus, flore hermaphrodito et masculo, [illegible] valvis, valvulâ exteriore minutâ, interiore longitudine fere corollae, [illegible]tusa, utraque mutica. Cor. ☿ bivalvis, ♂ univalvis. Stylus unicus stigmate bifido, plumoso. Semen obovatum, margaritaceum, glabrum." — In PENNISETO *typhoideo Delila* culmus arcte vaginatus, ad [illegible]cam usque. Folia lanceolato-linearia, undulata, fere crispa marg[illegible]

cartilagineo, nervoso-striata, pilis appressis, nec, ut in icone, glabra. Vaginae laxae, nervosae, eleganter papillosae, pilosae. Ligula et genicula barbata. Spica 2 poll. et ultra, pollicem crassa, cylindrica, flosculis arcte imbricatis, inferioribus deorsum. Rhachis villosa. Involucri setae purpurascentes, scabrae, flosculis passim duplo longiores, crassiusculae. Calycis biflori glumae corollâ 6-plo minores, subaequales. Valvulae corollinae longitudine aequales; exterior latior, ovato-lanceolata, margine membranaceo apice quasi appendiculato-emarginato, 6-nervi, nervo medio dorso scabro, in mucronem brevem desinente; interior lanceolata, mutica, margine ciliata. Folia ad ligulam, vaginae ad genicula purpurascunt. Utrum eadem cum *Roxburghi* planta, videant autoptae.

n. 3. Penicillaria? *involucrata*; erectum: spicis cylindricis, numerosis, sparsis, bifloris, alternis: longioribus ciliatis, brevioribus glabris; calycibus bivalvibus: valvulâ exteriore minutâ, interiore emarginatâ, corollâ breviore. Panicum *involucratum* Roxb. *Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 287.

„Fors Panicum *spicatum* spontaneum, licet similius Panico *holcoidi* meo spontaneo. Culmus ut in *spicato*, 2-4 ped., geniculis villosis. Spicae ut in *spicato*; at pedicelli minores, biflori. Involucrum setae flores plurimae ubique cingentes: aliae simplices subulatae, aliae longiores, marginibus ciliatae. Cal. 1-2-florus, valvulis ut in *spicato*. Cor. in ☿ unica: ubi corollae 2, altera ☿, altera ♂." *Roxb. l. c.* *In montosis.* (Confer Pennisetum *holcoides*.)

n. 281. GYMNOTHRIX.

Pag. 499. n. 1. Gymnothrici *cenchroidi* praeponatur:

n. 1. Gymnothrix *purpurascens* Schrad.; foliis linearibus, carinatis: superioribus margine carinâque scabris; spicâ solitariâ; involucro spiculâ multo longiori; calyce univalvi brevissimo, neutrius valvulâ aristatâ, aristâ hermaphroditum superante. Schrad. *Anal. ad Flor. Cap. Sect.* II. *Gött. Gel. Anz.* 1821. n. 208. p. 2072.

Gramen elegans, facie quodammodo Hordei *jubati*. Culmus 1 1/2 ped., firmus nitidus. Folia culmea 4-5, distantia, superne sensim breviora. Vaginae ore tantum villosae. Spica 1 1/2 poll., purpurascens; spiculis densis, 1 1/2 lin. circiter longis. Involucri setae spiculis plus triplo longiores, quam in *caudato* tenuiores et minus hispidae. Calycis valvula hermaphrodito quintuplo brevior, enervis. Hermaphroditi valvulae corollinae diaphanae, nervis 7 viridibus percursae: exteriori cuspidatâ. Neutrius valvula trinervis, aristâ hujus dimidium aequante, hermaphroditum paulo superante. Schrad. *In Promontor. bon. Spei. Hesse.*

Pag. 499. n. 1. (nunc 1 a.) Gymnothrici *cenchroidi* addatur synonymon:

Panicum *longisetum* Poir. (fide Steudel.) Confer Cenchr. *hordeiformem*, qui plane delendus, cum idem cum hac specie.

Pag. 500. n. 1 b. Gymnothrix *caudata Schrad.;* foliis margine scabris; spicâ solitariâ elongatâ; involucro spiculas superante; calyce brevissimo; utriusque floris valvulis corollinis subaequalibus acuminatis. *Schrad. Anal. ad Flo. Cap. Sect. II. Götting Gel. Anz. 1821. n. 20 p. 2073.*

Culmus teres; superne scaber. Spica (ut in *erinita Kunth*) 5-poll., cylindrica, apice graciliori caudiformi terminata. Spiculae dense imbricatae, sessiles, 1 1/2 lin., lanceolatae. Involucri setae scabrae, flavescentes, spiculâ paulo longiores, unicâ reliquis duplo fere longiori. Calycinae valvulae inaequales, magis vel minus acutatae: interiori paulo longiori, acutiori, uninervi. Hermaphroditi et neutrius corollinae valvulae 5-nerves, scabrae. Stigmata plumosa. *Schrad. In Promontor. bon. Spei. Hess.*

n. 1 c. Gymnothrix *geniculata:* culmo ramoso, geniculato, adscendente; foliis utrinque margineque scaberrimis linearibus, planis; involucri setis basi plumosis, calyce quadruplo longioribus; calyce longitudine fere corollae; valvulis corollinis subaequalibus, acutis. Setaria *geniculata Sieb. Fl. martin.*

Culmus ramosus, in nostro 1 1/2 ped., superne scaber fere totus tectus vaginis glabris, striatis, superne margine membranaceo. Ligula series setarum, quibus etiam folia extus ad basim, et ibidem margine vestita. Folia fere spithamaea, 2-3 lin. lata, striato-nervosa. Spica longitudine digiti, subcylindrica, apicem versus attenuata. Rhachis angulata, nodulosa, glabra. Spiculae dense imbricatae, sessiles, lanceolatae, 1 1/2 lin. longae. Involucri setae scabrae, flavescentes, serius ex fusco-purpurascentes, basi eleganter plumosae, omnes spiculâ multo longiores: unica quadruplo ultra longior. Calycinae valvulae inaequales, lanceolatae, interior paulo longior, trinervis, nervo medio quidquam prominulo: exterior brevior fere uninervis, apice obtusiore fimbriata. Corollae valvulae convolutae in speciem seminis, aequales, nitidae, 1-nerves apice fimbriatae. Pistilla 2 globosa. *In Martinica.* Hab. tul. D. *Sieber.*

n. 1 d. Gymnothrix *domingensis Spreng.;* foliis utrinque glabris, convolutis; spicâ solitariâ; involucro spiculam triplo quadruplo superante; calyce corollâ breviore; utriusque floris valvulis corollinis subaequalibus, acuminatis. G. *domingensis Spreng. in litt. ad Balbis Herb. Berteron.*

Culmus teres, glaber, striatus, ramosus, totus fere involutus vaginis glabris, tumidulis, striatis. Ligula minima, lacera. Folia caulina vix 1/2 poll., rigida, subulata, patentia, striata. Spica 2-poll., simplicissima: rhachi glaberrimâ, sulcatâ, flexuosâ. Spiculae alternae, distantes, sessiles, 2 fere lin., lanceolatae, flavescentes, uti setae involucri scabrae, inaequales, flexuosae, quarum unica reliquis duplo triplove longior.

Valvulae calycinae inaequales, utraque ovato-lanceolata, acuta, membranacea: altera duplo major, dimidiae fere valvulae corollinae longitudinis, 3-nervis, apice eroso-ciliata; altera uninervis. Valvulae corollinae fere aequales, ovato-lanceolatae: altera mucronata, altera semen involvente mutica, omnes 5-nerves, nervis scabris. Semen ovatum, flavum, sulco bipartitum, eleganter transverse striatum. Saepius flosculos ambos hermaphroditos et fertiles invenimus. *In S. Domingo. Bertero.*

n. 283. ARUNDO.

Pag. 501. n. 1. ARUNDO *Epigejos*. Addatur synonymon: *Sebast.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 41. *M. a Bieb. Fl. taur. cauc. Suppl. p.* 88. *van Hall Spec. bot. p.* 43. *Wahlenb. Fl. ups. p.* 27. *Svensk Bot. t.* 402. AGROSTIS *Calamagrostis Pollich palat.* (fide *Koch* et *Ziz.*) ARUNDO *Calamagrostis M. a Bieberst. Fl. t. c. n.* 200. (excl. syn. *Linn.*) e teste in *Suppl.*) CALAMAGROSTIS *epigejos Nutt. gen. p.* 47. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 5.

Corolla setis duplo brevior. *Link Enum.* p. 73. Panicula apud nos valde conglomerata, ut plurimum pallide virens, nec spadiceo variegata. *M. a Bieb.*

Obs. A. *Epigejos Mühlenb. Descr. ub. p.* 189. ipsi divo auctori dubia: „Culmus teres, fistulosus, glaber uti nodi et vaginae. Folia lanceolata, acuminata, nervosa, margine scabra. Ligula parva, barbiformis. Panicula contracta, ramis alternis geminis, basi pilosis, ramulosis. Cal. 1-3-florus inaequalis, lanceolatus, valvulâ longiore 3-nervi, acuminatâ. Cor. calyce longior, glabra, intus papposa, inaequalis.

Pag. 502. n. 3. ARUNDO *littorea*. Sejungatur synonymon: A. *glaucae M. a Bieb.* et addatur: *van Hall Spec. bot. p.* 43.

Obs. Planta etiamnum dubia; notat enim exc. *M. a Bieb Fl. t. c. Suppl. p.* 88. in ARUNDINE GLAUCA (cui „calycis glumas exquisite subulato-acuminatas manifeste inaequales, pilos longitudine calycinae valvulae brevioris, corollae valvulam exteriorem apice in dentes 2 acutos nonnisi sub lente discernendos fissam, aristam ex fissura pilorum circiter longitudine, valvulam interiorem minimam, obtusam" tribuit) duas hujus varietates insignes: „alteram latifoliam, paniculâ habitiore, pallescente praeter maculam spadiceam baseos spicularum; alteram angustifoliam, foliis utplurimum convolutis, paniculâ spadiceo-purpureâ. Illa „ait" in depressis ad Terek; haec (quae A. *Calamagrostis casp. app. p.* 108) ad torrentes subalpinos Caucasi orientalis, habitu A. *littoreae* (quam olim pro synonymo posui *Fl. taur. cauc.* 2 app. p 457) sed distincta valvulis corollae magis inaequalibus: aristâ longiore. Comparanda cum A. (*Calamagrostis*) *laxa Host*, ignoto mihi gramine." Si species propria. A. *Biebersteiniana* dicenda foret, cum jam sit *glauca Hornem.* Cl. *Wahlenb. carp.* n. 112 *littoream* cum *laxa* conjungit: sed utraque sane distincta.

Pag. 503. n. 6. ARUNDO *glauca*. Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 74. et, hoc teste, ARUNDO *effusa Will. Enum. Suppl.* p. 6.

Valvulae calycinae valde inaequales. Arista longa, at calyce non excedens. Valde affinis *littoreae Schrad.*, sed majo *Link*.

n. 7. ARUNDO *Pseudophragmites*. Addatur synonymon: CALAMAGROSTIS *Halleriana Hartm. Gram. suec. recogn.* p. 5. *Gaudin* (fide *Steudel*).

Pag. 504. n. 8. ARUNDO *stricta*. Addatur synonymon: *Wahlenb. Flor. ups.* p. 27. *Svensk Bot. t.* 301 CALAMAGROSTIS *stricta Nutt. gen.* p. 47. *Hartman gram. suec. recogn.* p. 7. CALAMAGROSTIS *canadensis P. d. Beauv.* (fide *Steudel*.)

Obs. Cls *Sprengel N. Entd.* I. p. 247., qui specimen Novi Eboraci a *Eddy* lectum possidet, synonymiam sic reformavit:

„ARUNDO *canadensis Mich. Fl. bor. Amer.* I. p. 73. *Pursh Amer. Sept.* p. 86. *Nuttall gen. pl.* I. p. 46. PHALARIS *arundinacea Mühlenb. Catal.* p. 8. PH. *americana Elliot pl. carol.* CALAMAGROSTIS *cinnoides Bart. comp.* I. p. 35." Supersunt tamen dubia nonnulla; monet enim cls *Nuttall*, qui CALAMAGROSTIN *mexicanam*, *canadensem* describit, et *confinem* enumerat ad suas CALAMAGROSTES spectare adhuc: ARUNDINEM *epigejam*, *Calamagrostin* et *strictam* europaeam (quam ergo distinguit a *canadensi*) et verisimiliter *conspicuam*. In pratis montosis a Canada ad Carolinam

Pag. 505. n. 9. ARUNDO *strigosa*. Addatur synonymon: CALAMAGROSTIS *strigosa Hartm. Gram. suec. recogn* p. 5.

n. 10. ARUNDINI *variae* addatur: *Link Enum. alt.* p. 73. AGROSTIS *arundinacea Florul. gothl.* p. 112. CALAMAGROSTIS *varia Hartm. gram. suec. recogn.* p. 5. DEYEUXIA *montana Poir. Enc. meth. Illustr. genr. Suppl.* p. 538. *t.* 907.*)

Obs. AGROSTEM *pseudoarundinaceam Schleich*, a rev. *Gaudin* hic ductam, non tantum *pilis penicellatis*, sed etiam „glumâ exteriore apice argute fissâ", aristâque valvulas corollae superante differre, *Panzer Denkschr. bot. Gesellsch.* II. p. 175. Cls *Link* notat corollam se(?) aequalem et longiorem.

n. 11. ARUNDO *lapponica*. Addatur synonymon: CALAMAGROSTIS *lapponica Hartm. gram. suec. recogn.* p. 5.

Obs. Div. *Palisot de Beauvois* amico *Römer*, qui illi A. *tenellam* et *strictam* cum *lapponica* miserat, rescripsit, *lapponicam* sibi omnino propriam CALAMAGROSTIS speciem videri, *tenellam* vero et *strictam* meras fors esse *lanceolatae* varietates.

---

*) Etiam cls *Besser* in litt. nos monuit, CALAMAGROSTIN *sylvaticam*, *montanam*, *Host*, *strictam* sibi DEYEUXIAS esse.

n. 12. Arundo acutiflora Schrad. Addatur synonymon: Link Enum. alt. p. 74 et, hoc teste, Arundo confinis Willd. Enum. I. p. 127? S. V. ed. nostr. p. 507. n. 14.? Arundo acutiflora Decand. Fl. franc. VI. p. 255 hic excludenda fide Bertol. Amoen. p. 333.

n. 12 a. Arundo Langsdorfii Link; foliis planis, laeviusculis; paniculâ strictâ; setis corollae aequalibus, paleis, subreflexis, emersis. Link Enum. alt. p. 74.

Culmus 4-5-ped. Folia linearia, tandem convoluta, glabra. Panicula 6-7 poll., contracta. Cal. 2 1/2 lin., valvulis lanceolatis, acutis, trinervibus. Setae corollam cingentes, inferiores reflexae e calyce prodeunt, quà notà facile dignoscitur. Cor. calyce minor, valvulâ exteriore acutâ; aristâ prope basin exserta, calyce parum minor, demum e calyce reflexa. Affinis acutiflorae. Link l. c. Habitat? ♃. Sub Dio.

p. 507. n. 13. Arundo sylvatica. Addatur synonymon: Wahlenb. Fl. ups. p. 26. Calamagrostis arundinacea Nutt. gen. I. p. 44. Hartm. gram. suec. recogn. p. 5. (fide Steudel) Agrostis villosa Vill. delph. 2. p. 71. Calamagrostis villosa Gmel. S. V. I. p. 171. Arundo villosa quorumd. (Conf. S. V. ed. nostr. p. 509.)

n. 14. Arundo confinis. Addatur synonymon: Calamagrostis confinis Nutt. gen. p. 46.

p. 508. n. 15. Arundo montana. Addatur synonymon: paniculâ strictâ; calycibus acuminatis; aristâ exsertâ; pilis petalo interiori subpositis, sessilibus, brevioribus, pedicilloque stipitato-pennato petalum aequante. Bertolon. Amoen. ital. p. 333. Savi bot. Etrusc. 2. p. 66. Arundo acutiflora Decand. Fl. franc. VI. p. 255.

p. 508. n. 17. Arundo agrostoides. Addatur synonymon: Calamagrostis mexicana Nutt. gen. p. 46; et, hoc teste, Agrostis mexicana Pers. cum?

Gramen 2-3-ped., apicibus calycis caeruleo-purpurascentibus. Folia glabra, margine scabra. Arista brevissima, tenuissima, facile cum lana longa ad basin corollae confundenda. Panicula erecta, ramis capillaribus approximatis. Calyces acuminati, subaequales, corollâ multo longiores. Valvulae corollae, inaequales, interior exteriorem obvolvens, parva, lacera; arista recta e medio valvulae dorsalis. Involucrum lanuginosum corollâ longius. Nutt. l. c.

Obs. Hujus potius loci nobis videtur Arundo cinnoides Mühlenb., licet ad hanc laudet Arundinem canadensem Mich., quae potius cum Swartz ad sequentem. „Culmus cinnoidi teres, glaber, erectus, simplex, 3-ped. Folia lanceolata, acuminata, nervosa, supra pilosa, subtus glabra. Vaginae nervosae, retrorsum pubescentes. Panicula erecta, contracta, viridis, ramis scabris ternis. Cal. 1-florus, valvu-

vis subaequalibus, acuminatis, apice purpurascentibus, carinâ scabrâ. Cor. calyce minor, valvulis aequalibus, acutis, apice purpurascentibus, carinatis, basi lanosis pappo albo simplici, dorso subaristata, aristâ erectâ valvâ longiore; valvulâ aristatâ apice bifidâ. Stam. 3. Sem. fuscum, pubescens. Habitus CINNAE. Pappus ad basin corollae partim stipitatus quasi rudimentum floris tabescentis."

n. 18. ARUNDO *canadensis.* Addatur synonymon: AGROSTIS? *glauca Mühlenb. Descr. uber. p.* 76. CALAMAGROSTIS *canadensis Nutt. gen. p.* 46.

Obs. Cl. *Sprengel* jungit *A. canadensem* cum *stricta Timm*; attamen differt, ut ex sequente descriptione cl. *Nuttall* l. c. compares: „Panicula oblonga, adpressa, basi brachiata, floribus conglomeratis subsecundis. Calycis glumae lanceolatae, subcarinatae, subaequales, acute acuminatae, valvulâ corollae parum longiores; exterior trinervis, interior uninervis, carinâ utriusque scabrâ. Valvulae corollae subaequales, acutae, apice integrae, margine scariosae; dorsalis obscure 5-nervis; arista parum ab apice emergens, recta, vix dimidiae longitudinis valvulae; interior angusta, dorso profunde sulcata, prope basin fasciculo stipitato pilorum simili illi, qui basin corollae cingit, et eidem dimidio brevior est. Semina villosa, fasciculo pilorum ad apicem. Nectarium acutum, bifidum. \ Quidquid haec et ARUNDO *colorata*, species sane sibi proximae. In *colorata* fasciculi pilorum 2, stipitati; in *canadensi* unicus: uterque flosculus abortivus, qui, si neuter est mas, HOLCUM sisteret." Etiam divus *Swartz* apud *Mühlenberg* l. c. ARUNDINEM *canadensem Mich.* hujus loci esse asserit: strictam vero *Willd.* tantum *similem*. Calmus glaucus 3-6 ped. Folia alterna, lineari-lanceolata, scabra, glauca, carinâ alba. Ligula fissa.

Obs. Alia AGROSTIS *glauca Nutt. gen. p.* 44. sine diagnosi.

Pag. 510. n. 22. ARUNDINI *humili* subjungatur:

n. 22 a. ARUNDO *groenlandica Schrank*; paniculâ contractissimâ tereti; spiculis unifloris; glumâ corollinâ breviusculâ; aristâ valvulae exterioris longitudine calycis; foliis angustissime linearibus, siccitate involutis. *Schrank Denkschr. bot. Gesellsch.* II. *p.* 8.

Vix ultra pedem altus, gracilis; ramuli brevissimi, appressi. Calyces atro-purpurascentes, corollâ majores. Arista in parte dorsi inferiore. *Schrank l. c. In Grönlandia et Labrador.*

n. 22 b. ARUNDO *isiaca Delile*; paniculâ oblongâ, maximâ; spiculis muticis, 3-5-floris, calyce multo longioribus; foliis vaginisque glaberrimis, glaucis.

Specimen nostrum sistit frustum culmi cavi (nec farcti) sub paniculâ digiti minimi crassitie, et ad hanc usque vaginis obtectum. Ligula margo membranaceus, pilosus. Folia suprema 2 ped., lineari-lanceolata, subulato-acuminata, striato-nervosa, subtus inter nervos punctis elevatis, minime tamen inde scabra, margine nonnisi apicem versus scabriuscula. Panicula 1 1/2 pedalis et ultra, ramis subverticillatis, apice

sis., medio 3-4 poll. lata. Rhachis angulata, ad angulos scabra, passim pilis fasciculatis. Ramuli fere spithamaei, denticulis scabri, ramulosi, in pedicellos soluti ita, ut apices ramulorum pedicelli 2-3 termineat, quorum alter plerumque brevior. Sub pedicellorum ortu fasciculi pilorum longorum, alborum, tenuiorum. Spiculae 5-8 lin., lineari-subulatae. Calycis valvulae valde inaequales: inferior et exterior alterâ triplo minor, ovata, trinervis, obtusiuscula nervo medio parum prominulo; interior oblonga, 3 lin., apice emarginata, trinervis, nervo medio prominente, flosculis fere duplo brevior. Flosculus inferior neuter, valvulâ corollinâ alterâ exteriore 6-7 lin., oblongo-lanceolatâ, flosculos superiores involvente, nudâ, uninervi, apice subemarginatâ, nervo prominulo; alterâ quadruplo minore et ultra, lanceolatâ. Flosculorum hermaphroditorum valvulae corollinae simillimae structurâ neutri, sed angustiores, eò magis, quo superiores, adeo ut demum fere lineares: omnes diaphanae, membranaceae, glaberrimae, interstinctae pilis basilaribus sericeis longitudine fere valvularum longiorum. Occurrunt passim neutri etiam inter flosculos superiores. *Circa Rosette. Sieber.*

n. 23. ARUNDO *Phragmites*. Addatur synonymon: *Sebast. et Maur. prodr. Fl. rom.* p. 42. *Mühlenb. Descr. uber.* p. 188. *Wahlenb. Fl. ups.* p. 28. *Fl. Bat.* III. p. 231. *Hartm. gram. suec. recogn.* p. 5. *Moretti Giorn. d. Fisic. Dec.* II. T. V. 4. *Bim.* p. 248. PHRAGMITES *communis Trin. Fund. Agr.* p. 134. *van Hall Spec. bot.* p. 64. CZERNYA *arundinacea Presl. Cyp.* et *Gram. sic.* p. 22.

Varietatem humiliorem, magis glaucescentem, paniculâ contractiore pallidiore in subsalsis aquosis deserti Camani notat exc. *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl.* p. 68. Calyces 6-floros petit *Mühlenb.*

g. 511. n. 24. ARUNDO *bifaria*. Addatur synonymon: A. erecta, glabra, foliosa, 12-18 ped.; paniculâ erectâ, lineari-oblongâ, densâ; calycibus trifloris, corollâ multo longioribus; glumis corollae lanatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 311.

Folia ensiformia, glabra, 10-15 poll., 1-2 lata. Panicula conferta, ramis plurimis erectis, fructificantibus adpressis. Flores erecti in pedicello communi lanato intra calycem. Calycis glumae aequales, acutae. Cor. valvula exterior interiore duplo longior, acuta, extus lanata. *Roxb. l. c. Ad margines riverum, lacuum, in montibus Circars.*

n. 24 a. ARUNDO *occidentalis Sieber*; culmo erecto foliosо; foliis strictis; paniculâ ramosissimâ contractâ; spiculis quinquefloris.

Specimina in *Herb. martinic. Dni Sieber* S. I. N. 31 paniculae tantum cum folio supremo easdem vaginante. Culmus ad

paniculam usque vaginatus, et sub hac adhuc crassitie pen nae cygneae, striatus, glaber, uti vagina profundius striata. Ligula nonnisi margo membranaceus, brevis, tenuissime ci nulatus. Folium supremum sesquipedale, lineare, rigidum basi planum, 4-5 lineas latum, apice convoluto-subulatum, i setam rigidam, longam, pungentem attenuatum, supra glabrum striato nervosum, subtus punctulis minimis elevatis intra nervo scabrum, margine tenuissime serrulatum, ut tantisper scabrum sit. Panicula sesquipedalis et ultra, ramis semipedalibus et ul tra. Rami ramulique angulati, glabri, ad angulos scaberrimi plus minus flexuosi. Spiculae nunc subsessiles, nunc in pedu culis 3-4 linearum, apice incrassatis, scabris, racemosae, solita riae, ovato-oblongae, acutae, nunc uniflorae, lineam parum excedentes, steriles; nunc lineas tres longae, 3- et 5-florae. Calyx biglumis, flosculis nunc duplo nunc triplo brevior, glaber, glumis inaequalibus: gluma exterior parum ultra li neam longa, ovata, concava, obtusiuscula, diaphana, apice vix bifida, trinervis, nervis 2 lateralibus vix ultra medium apicem versus excurrentibus, margine membranacea, glaber rima, integerrima; interior nunc parum, nunc duplo fere longior, ovato-lanceolata, obtusa, trinervis, nervis ad api cem fere excurrentibus. Corollae flosculi infimi valvula ex terior oblongo-lanceolata, compressa, membranacea, trinervis, nervis ad apicem obtusiusculum usque excurrentibus, in terdum subquinquenervis, carinâ scabriuscula; valvula inte rior sextuplo minor, et ultra, margaritacea, pellucida, ovata vix dimidiae lineae, antheras involvens: utraque valvula i hoc flore perfectissime nuda; subinde et valvula interior deest ut sit flosculus neuter. Valvula corollina exterior flosculi superioris secundi valvulâ exteriore flosculi primi parum lon gior, angustiorque, magis convoluta, tenuior, trinervis et nervis, bifida, carinâ scabriuscula; valvula interior sextuplo minor, lanceolata, acuta, pellucida. Fasciculus pilorum al riceorum, tenuissimorum, candidorum, valvulâ exteriore p rum breviorum ad basin flosculi hujus et superioris terti nascitur, qui omnino, ut etiam quartus et quintus, secund similis, sed omnibus partibus tenuior et angustior, similiqu fasciculo pilorum stipatur. Antherae lineares, utrinque bi fidae, ultra valvulam corollae interiorem non emergentes Styli brevissimi. Pars maxima florum uniflora, et, ut vide tur, sterilis. *In Martinica. Hortulanus Di Sieber*

Pag. 512. n. 28. Arundini *nitidae* subjungatur:

n. 28 a. Arundo *airaeformis Raddi*; calycibus bifloris paniculâ patente; floribus muticis; foliis inferioribus dis chis, laevibus. *Raddi Osserv. sull'isola di Madera* p. 11

Facies Airae. Culmus subtilis, laeviter striatus, deorsum g ber, 2 ped. Folia inferiora linearia, tenuiter striata, utri que glabra, lineam lata, vaginâ glabrâ, ligulâ brevissimâ ol tusâ vix conspicuâ; superiora latiora, ligulâ vix duarum linea rum, truncatâ, apice quidquam lacerâ. Panicula 3-4 pol ramulis semiverticillatis, inferioribus 1 1/2-2 poll. Flore

basi pube longâ circumdati. Pedicelli conici, 1/2 lin., scabri, uti ramuli. Glumae calycinae inaequales acuminatae trinerves, carinâ apicem versus scabrâ; glumae corollae externae exacte similes glumis calycinis. *Raddi.* *Ad torrentes in Madeira.*

Pag. 513. n. 32. Arundo *farcta.* Conferatur, monente *Steudel*, Scleria *flagellum.*

An hujus generis?

n. 34. Arundo? *piscatoria Lour.*; calycibus unifloris; spicâ terminali; culmo ramoso; spiculis minusculis. *Lour. cochin. p.* 70.

Culmus perennis, 8 ped., inermis, ramosus, subulatus, subsolidus, nodis approximatis. Folia lanceolato-linearia, obscure viridia, glabra, petiolata, omnium Arundinum minima, alterna. Stam. 3. Styli 2. *Agrestis et culta in Cochinchina.*

n. 35. Arundo *dioica Lour.*; calycibus unifloris; spicis fasciculatis, compositis; spiculis linearibus. *Lour. cochin. p.* 70.

Culmus perennis, 8 ped., inermis, simplicissimus? nodis distantibus. Folia lanceolato-linearia. Spicae terminales, spiculis longis. Calyces uniflori. Flores feminei digyni: masculos non vidit div. *Loureiro.* *In sylvis Cochinchinae.*

Quid Arundo *cuspidata Steud.* s. Calamagrostis *cuspidata Nutt.*?

Arundo *orientalis Mill. Dict.* n. 6. A. tenuifolia, caule pleno, ex qua Turcae calamos parant. *Tournef. Cor.* 39.

Arundo *arborea Mill.* caule arboreo, foliis utrinque acuminatis. *Mill. Dict.* n. 6. *Hort. Mal.* I. p. 25. t. 16. forte Bambusae species.

n. 284. HIEROCHLOA.

Pag. 513. n. 1. Hierochloa *borealis.* Addatur synonymon: *van Hall Spic. bot. p.* 64. Hierochloa *odorata Wahlenb. Fl. upsal. p.* 32. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 7. Holcus *borealis Sturm Deutschl. Fl.* 40. *H. Flor. Bat.* III. *p.* 170. Holcus *repens M. a Bieb. Suppl. Taur. cauc. p.* 639.

Obs. „Gramen hoc in sabulo mobili Rossiae mediae copiosissimum, pecori nisi fame coacto intactum, discedit a simillimo septentrionali Rossiae et agri Petropolitani colore amoena magis glauco, foliis infimis brevioribus latioribusque, spiculis nonnihil minoribus; margine apices glumarum scarioso minus producto, et flosculis masculis saepius sub apice in aristam brevem productis. Utriusque paniculae rami glaberrimi etiam sub spiculis et flos hermaphroditus muticus. H. *repens Host* fide speciminum ab auctore communicatorum ad varietatem nostram australiorem pertinet. H. *australis Schrad.* pedicellis

sub flore pilosulis et flore hermaphrodito dorso aristato discrepans i tra Rossiae limites hucusque non vidi." M. a Bieb. l. c.

Pag. 514. n. 2. Hierochloa *australis*. Addatur synonymon Holcus *australis Link Enum.* p. 80, et, hoc teste, Holcus *repens Willd. Enum.* 1034. *secund. Herb.*

n. 2 a. Hierochloa *parviflora Presl.*; paniculâ erecta pedunculis ad locustarum basin pilosis; flosculis glumis minoribus; hermaphrodito superiori sub apice aristato: arista glumam excedente. *Presl Cyperac.* et *gram. sicul.*

Proxime affinis *australi*, ut clo *Sprengel* vix diversa videatur (Prope distinguenda a Holco *parvifloro*.)

n. 3. Hierochloa *fragrans*. Addatur synonymon: Holcus *odoratus Mühlenb. Descr. ub. p.* 273. Holcus *fragrans Nutt. gen.* I. *p.* 64.

Sweet-grass, Seneka-gras. Melica videtur clo *Nuttall*. Culmus pedalis, teres, striatus. Folia culmea lanceolata, nervosa, abbreviata, radicalibus serioribus elongatis. Vagina striata. Panicula colorata, nutans, ramulis flexuosis. Cal. corollâ paulo major, valvulis ovatis, mucronatis, basi purpurascentibus, apice transparentibus, 3-floris, flore intermedio minimo breviter pedicellato hermaphrodito, extimis majoribus masculis sessilibus. Cor. ☿ valvulis lanceolatis glabris, apice hispido. Cor. ♂, valvulâ alterâ majore, margine ciliatâ, apice mucronatâ, nervosâ; alterâ lanceolatâ, glabrâ. *Mühlenb.* In *Pennsylvania*, *N. Anglia*.

Obs. Holcus *fragrans* et *monticola Bigelow* (nobis ignotus) sp. *Rafinesque Am. monthl. Mag.* 1817 genus proprium constituunt ab illo Dimesia dictum.

Pag. 515. n. 5. Hierochloa *alpina*. Addatur synonymon: *Hartm. gram. suec. recogn.* p. 7. *Flor. Dan. t.* 150

n. 286. CAMPULOA.

Pag. 516. n. 1. Campuloae *monostachyae* addatur synonymon:

Monocera *aromatica Elliott Bot. of S. Carol.* et *Georg.* p. 176. *Nuttall gen.* I. *p.* 79. Chloris *monostachya Mühlenb. Descr. ub. p.* 286. Monathera *Rafinesque.*

Culmus 3-4-ped. Folia longa, infra glabra, supra scabra, (margine pubescentia *Mühlenb.*) stipulis pilosis. (Vagina striata, glabra, *Mühlenb.*) Spica terminalis, spiculis oppositis, biserialibus. Rhachis semiteres, marginata, scrobiculata. Cal. rigidus, tuberculo calloso basi affixus: valvula exterior oblongo-lanceolata, mucronata, subobliqua, obtuse carinata, 3-nervis, altero latere margine membranaceo latiore, altero latere-dente, nervis lateralibus serie duplici glandularum resinosarum, intermedio sub lente pubescente, et supra ra-

dium aristà rectâ, horizontali, basi tuberculata, rigidâ, incurvâ; interior acuta, uninervis, mutica, exteriore quadruplo minor. Flosculi decidui, 4-5, valvulis lanceolatis, membranaceis, carinatis, 3-4 neutri, singulus tantum hermaphroditus: omnes bivalves; fertilis et neuter infimus sessilis margine ad medium usque villosus, ut flosculi infimi basi; flosculus fertilis valvulâ auxiliari, simili corollinae, vaginatus; valvulae dorsales sessiles, omnes sub apice aristatae, infimi neutrius longitudine valvulae: aristae rectae. Flores neutri terminales pedicellati, glabri, supremus minimus, muticus. Stam. 3. Styli 2. Stigmata purpurea. Nectaria obovata, germine breviora. Semina arillata, apice truncata, subtriquetra, glabra. *Nutt.* ♃.

n. 287. C Y N O S U R U S.

pag. 517. n. 1. Cʏɴᴏsᴜʀᴜs *cristatus*. Addatur synonymon: *Bivon. Bernard. Sic. C. I. p.* 30. *Sebast.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 65. *Wahlenb. Fl. ups. p.* 46. *van Hall Spec. bot. p.* 66. *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 71.

Etiam in Tauria meridionali passim.

pag. 518. n. 4. Cʏɴᴏsᴜʀᴜs *Uniolae* subjungendus Pᴏᴀᴇ *bifariae* videtur clo *Schrader*.

n. 288. E L Y T R O P H O R U S.

pag. 519. n. 1. Eʟʏᴛʀᴏᴘʜᴏʀᴜs *articulatus*. Addatur synonymon:
Poir. Enc. meth. illustr. gen. Suppl. p. 544. *t.* 912.
Eᴄʜɪɴᴀʟʏsɪᴜᴍ *articulatum Trin. Fund. Agr. p.* 142.

Caulis ramosus; folia brevia, subulata; spica simplex; spiculae sessiles, globoso-confertae. *Poir.*

n. 289. B R I Z A.

pag. 519. n. 1. Bʀɪᴢᴀ *minor*. Addatur synonymon: *Sebast.* et *Maur. Fl. Prodr. rom. p.* 64.

Obs. Clo *Schrader* videtur in *Gött. Gel. Anz.* 1821. n. 208. Bʀɪᴢᴀ *virens Thunb.* hujus esse loci, cum *minor* apud illum desideretur, quae tamen in *Prom. b. Spei*, fide specim. *Hesse*. Clo *Brotero Fl. lus. p.* 108 Bʀɪᴢᴀ *minor Linn.* lusitanica forte Bʀɪᴢᴀ *media* juniore aetate videtur. Cls *Link* monet Bʀɪᴢᴀᴍ *virentem Willd. Enum. Suppl.* 6 non differre a *minore*, quam etiam e *Prom. b. Spei* allatam colit.

pag. 520. n. 2. Bʀɪᴢᴀ *virens*. Addatur synonymon: *Nutt. gen.* I. *p.* 69.

n. 3. Briza *media*. Addatur synonymon: *Sebastian* et *Maur. prodr. Fl. rom.* p. 53. *Wahlenb. Fl. ups.* p. 33. *Mühlenb. Descr. ub.* p. 153. *van Hall Spec. bot.* p. 67. *Fl. Bat.* IV. p. 256. β addatur: Briza *virens Marsch. casp. app.* p. 208 (teste in *Suppl. Fl. t. c.* p. 70.) γ. *serotina:* paniculâ erectâ, oblongâ, coarctatâ; locustis ovatis, purpureis, erectis, 5-floris. *van Hall* l. c. p. 68.

γ in siccis arenosis prope *Waasdorp*. Fl. Augusto. *Van Spyk Vermeulen*.

n. 3 bis. Briza *Clusii Foucault*. Briza *lutescens Foucault Journ. bot.* 3. t. 24. f. 2. sine descript. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. p. 580. Gramen amourette tremblantes *Clus. hist.* 2. p. 218 cum ic. Phalaris pratensis minor *Lobel ic.* 44.

Multum affinis *mediae*, a qua differt habitu, ramis paniculae brevioribus, spiculis pallide lutescentibus, ovatis, obtusis, flosculis copiosioribus. *Prope Soissons*.

Pag. 521. n. 6. Briza *maxima*. Addatur synonymon: *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom.* p. 53. *Link Enum.* p. 88. Varietas: spiculis basi purpurascentibus. *Schrad. Gött. G. A.* 1821. n. 208. p. 2074.

Obs. Plantam non diversam in *H. Berol.* coli nomine Briza *capensis Schrank H. Monac.* t. 43, a *capensi* vera longe alienam. *Link l. c.* An haec varietas supra a cl. *Schrader* memorata, quam etiam e *Prom. b. Spei?*

Pag. 521. n. 7. Briza *spicata* et n. 8. Briza *humilis* conjungantur; sunt enim, monente *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl.* p. 70, eadem species.

n. 290. MELICA.

Pag. 522. n. 1. Melica *ciliata*. Addatur synonymon: *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom.* p. 38. *Bertolon. Amoen.* p. 329. *van Hall Spec. bot.* p. 69. Herbâ graciliore, spiculis minoribus. *Bertolon.* l. c. sub β.

n. 2. Melica *nutans*. Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. ups.* p. 31. *Svensk Bot.* t. 354. f. 1.

Pag. 523. n. 2 a. Melica *Mühlenbergiana*; ligulâ abbreviatâ piliferâ, subbifidâ; paniculâ simplici, contractâ, s. racemo terminali sexfloro; flosculis nutantibus; glumâ calycinâ alterâ obtusâ, alterâ acutâ, glabrâ. Melica *racemosa Mühlenb. Descr. ub.* p. 88.

Affinis *nutanti*, sed distincta species. Culmus erectus, glaber, nodosus, basi amethystinus, foliosus. Folia linearia, ne-

vosa, vaginaeque scabra. Rhachis angulata. Pedunculi uniflori, solitarii, breves. Cal. corollâ longior, biflorus, cum rudimento tertii. Cor. valvula exterior nervosa, major, acuta, glabra; altera margine pubescens, obtusa. Anth. et Pist. albae. Semen ovale, flavescens, nitidum. *Mühlenb. In Carolina, Georgia.* ♃. (Nomen mutandum, cum jam sit *racemosa Thunb.*)

n. 4. MELICA *saxatilis* delenda videtur cl. *Bertoloni*, utpote *minutae* lusus, quam confer.

ag. 524. n. 5. MELICA *uniflora*. Addatur synonymon: *Sebast.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 38. *van Hall Spec. bot. p.* 69. *M. a Bieb. l. c. Suppl. p.* 65. *Buxb. Cent.* IV. *p.* 30. *t.* 52.

„Dignoscitur ab affini M. *nutante*, ligulâ brevissimâ lacerâ, illinc dente subulato distincto, nec subexsertâ truncatâ simplici; racemo plerumque basi ramo uno alterove horizontali aucto; pedicellis inferioribus elongatis, nec omnibus spiculâ brevioribus, fructiferis non cernuis." *M. a B. Etiam in Iberiae subalpinis.*

n. 6. MELICAE *minutae* subjungatur:

Obs. Cl. *Bertoloni* in *litt.* MELICAM *minutam* sic esse corrigendam censet: M. *minuta;* culmo filiformi subramoso; foliis lineari-angustissimis; stipulâ elongatâ; paniculâ subsimplici; flosculis nutantibus imberbibus. *Bertol. Amoen. ital. p.* 111. *n.* 20. *Linn. Mant. p.* 30. *n.* 6. *Sibth.* et *Smith prodr. Fl. graec.* I. *p.* 60. *n.* 170. (*Mauri Cent.* XIII. *pl. roman. p.* 7.) M. *saxatilis Sibth.* et *Smith prodr. Fl. graec.* I. *p.* 51. *n.* 171. et *Fl. graec.* I. *p.* 66. *t.* 71. (luxurians). M. *nutans Cavan. icon.* et *descript.* 1. *p.* 68. *n.* 192. *t.* 176. *f.* 2. M. *aspera Vis. Ann. bot.* I. 2. *p.* 188. *n.* 6. M. *ramosa Lois. Desl. Fl. gall.* I. *p.* 47. *n.* 3. (fide specim.) *Barrel.* 96. *f.* 2.

Caulis, et folia uti nos *l. c.* Stipula elongata, quandoque fere 1 1/2 lin., truncata, lacera, saepe bifida. Panicula nunc simplicissima, nunc inferne ramo uno alterove. Spiculae secundae nutantes, alternae, breviter pedunculatae. Flosculi, ut nos l. c., sterilis parvus turbinatus. Glumae uti nos, sed obtusiusculae, inaequales.. „Etiam cl. *Dufour* nos monuit M. *nutantem Cav.* esse eandem cum M. *ramosa Vill.*, sed utramque jungit sub M. *aspera Desfont.*, cujus adhuc synonyma esse: M. *montanam Cav. Descr.* 104. (excl. syn. *Clus.* et *Lam.*) et M. *pyramidalem Pourret Act. tolos.* Sed dissentit *Lapeyrouse Suppl.* p. 13, qui M. *asperam Desf.* eandem quidem esse cum *ramosa Vill.*, sed M. *minutam* varietatem sistere distinctam. Et iterum div. *Palis. de Beauv.* nos monuit, M. *minutam* nostram" singulariter „referre suam *ramosam*. Sub M. *nutante Brot. Fl. lus.* p. 95. plures latitare species videntur et certo etiam *minuta*, tum ait: „Flosculus unus hermaphroditus, alter masculus, tertius neuter. Variat paniculâ simpliciter subramosâ, foliorum demum ligulâ albidâ, oblongiusculâ, subdentatâ."

Pag. 525. n. 7. Melicae *Bauhini* addatur:

Obs. Hanc et *ciliatam* minime esse unius ejusdemque generis cum M. *uniflora* et *nutante* cl. *Panzer* in *Denkschr. bot. Gesellsch.* II. p. 525. M. *ciliata* γ. *Desvaux*, secundum *Poiret* huc a cl. *Steudel* refertur.

n. 7a. Melica *caffrorum Schrad.*; foliis vaginisque scaberrimis; paniculâ subsimplici, secundâ; spiculis trifloris; flore tertio imperfecto; florum valvulâ corollinâ exteriore margine ciliatâ. *Gött. Gel. Anz.* 1821, *n.* 208. *p.* 2073.

Habitus M. *Bauhini*; sed folia angustiora, magisque, cum caulis, scabra, et panicula minus divisa. *In Prom. b. Spei. Hesse.*

n. 8. Melicae *pyramidali* addenda, monente cl. *Bertoloni* in litt.:

Bertolon. Amoen. ital. p. 329. *n.* 20. *Sebast.* et *Mauri prodr. Flor. rom. p.* 39. *n.* 99. (quibus testibus huc potius *Barrel. t.* 95. *f.* 1. quam ad *minutam.*) M. *nutans Sav. Bot. etrusc.* 2. *p.* 45. et, fide *Link Enum. p.* 445, Melica *ramosa Vill.* et *Decand.* et *Sebast. Rom. Pl. Fasc.* II. *p.* 38.

Pag. 526. n. 10. Melica *speciosa*. Addatur: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 87.

Obs. Melicam *glabram Mich.* et *muticam Walt.* certe esse unam eandemque speciem *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 731. Div. *Mühlenberg* neutram instar synonymi adducit, sed *speciosam* describit: „culmo 3-4 ped., erecto, nodis glabris; foliis lineari-lanceolatis, nervosis, subtus pubescentibus; ligulâ bifidâ; vaginâ nervosâ, subpubescente; paniculâ secundâ; ramis paniculae solitariis, patulis, trifloris, flosculorum pedicello pubescente. Cal. valvulis ovato-lanceolatis, striatis, obtusis, bifloris cum rudimento tertii. Cor. bivalvis, nervosa, imberbis: valvulâ interiore margine pubescente, exteriore glabra." E Virginia specimen possidet culmo inferne purpureo; calycis corollae aequalis valvulis ovatis, acutis, 5-nervibus, bifloris; corollae valvulâ exteriore ovatâ, acutâ, multinervi, interiore obtusâ, margine pubescente; flore neutro bivalvi, obtuso, hermaphroditis breviore."

Pag. 528. n. 16. Melica *coerulea*, a divo *Römer* hic repetita, deleatur, utpote Enodium *coeruleum*.

Pag. 529. n. 20. Melica *diffusa*. Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 63?

Pag. 530. Melicis addatur:

n. 26. Melica *digitata Roxb.*; culmis 4-5 pedum; spicis terminalibus, expansis, plerumque quinatis; calyce unifloro; valvulis corollae exterioribus et rudimento (pedicellato) aristatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 328. 1.

Culmi prope basim procumbentes, fulti fruticibus erecti. Folia superne pilosa, vaginis ore barbatis. Spicae digitatae, 4-5, secundae, filiformes, 6-9 poll., basi pilosae. Rhachis trigona. Flores serie duplici sessiles, aristati. Calycis glumae inaequales, interiore 3-4-plo longior, breviter aristata. Corollae valvulae inaequales, majore sub apice aristatae. *Roxb. l. c. Ad sepes, in vepretis.*

n. 27. Melica *refracta Roxb.;* perennis, adscendens; foliis lanceolatis; paniculâ ovatâ, ramificationibus refractis; petalis barbatis setis rigidis, refractis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 329. 2.

Culmi 1-3-ped., teretes, glabri; folia vaginaeque glabra, hae vix ore barbatae. Panicula terminalis, ramis quidquam compositis refractisque. Cal. bivalvis, biflorus, tertio abortivo. Cor. gluma exterior, secundi flosculi praecipue, setis adhaerentibus barbata. *Roxb. l. c. In Moluccis.* ♃.

n. 28. Melica *latifolia Roxb.;* perennis: culmo erecto, simplici, 4-8 pedum; foliis lanceolatis; paniculis magnis patentibus: ramis alternis compositis, nutantibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 331. *n.* 4.

Rami ex eadem radice numerosi, recti, nunquam ramosi, vaginis foliorum plus minus tecti, glaberrimi, duri, medullâ firmâ, plerumque crassitie pennae anseris. Folia ad vaginas sessilia, glabra, 6-20 poll., 1-4 lata, similia foliis a Sinensibus ad Theam *Poheam* involvendam usitatis. Semen ventricoso-ovatum, glabrum, utrinque acutum. *Roxb. l. c. In collibus Garrow* D. R. *Hyd.* ♃.

Obs. A clo *Trinius Fund. Agr. p.* 163. instar generis typi exhibetur Melica *aristata L.*, nobis aliisque incognita.

Speciem a clo *Bigelow* in statubus septentrionalibus lectam se vidisse corollae glumis obovatis, villosis, calyce scarioso parum brevioribus in panicula racemosa. *Nutt. gen.* I. *p.* 63.

Quid Melica *divaricata Meigen* et *Weniger?* An Melica caerulea, ut videtur clo *Steudel?*

Melica *lanuginosa Desfont.* ap. *Steudel?*

Melica *sylvatica Link wredow* ap. *Steudel?*

Melica *triflora Bigelow* ap. *Steudel.*

n. 291. ENODIUM.

Pag. 531. n. 1. Enodium *caeruleum.* Excluso *β* addatur synonymon:

E. spiculis bifloris; foliis angustis. *Link Enum. p.* 79. *M. a Bieb. t. c. Suppl. p.* 65. et, hoc teste, *Gmel. Sib.* I. *p.* 96. n. 28 (sed excl. *α*, quae fors specie differt). *van Hall spec. bot. p.* 71. Molinia *caerulea Wahlenb. Fl. ups. p.* 30. Melica *caerulea Bertolon.*

Amoen. ital. p. 112. *Svensk Bot. t.* 401. Hydrochloa *) *caerulea Hartm. gram. suec. recogn. p.* 8.

„Variat ratione soli, in sylvis maxima." *Van Hall*; cui ergo species n. n., culturâ peritans, non placere videtur. Cum eo consentit cls *Bertolone* l. c.

n. 2. Enodium *sylvaticum Link.*; spiculis unifloris; paniculâ scaberrimâ; foliis latis. *Link Enum. l. c.* Enod. *caeruleum* β *S. V. ed. nostr.*

n. 294. POA.

Pag. 532. n. 1. Poae *pratensi* addatur synonymon: *van Hall Spec. bot. p.* 72. P. culmo erecto, subtrinodi; ligulâ truncato-abbreviatâ. *Willbr. bot. Zeit.* 1821. S. 392. P. spiculis ovato-oblongis subquinquefloris, culmo vaginisque laevibus, ligulâ abbreviatâ, radice subrepente. *Wahlenb. Fl. ups. p.* 33. *Knapp gram. brit. t.* 55. *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 49. *Bertolon. Amoen. p.* 115 (cui *angustifolia* nequidem varietas.) P. *glabra Ehrh. gram. n.* 62. Poa *trivialis Leys.* (fid. *Steud.*) et τῆς II. *angustifoliae*: *Seb.* et *Maur.* l. c. β. Poa *angustifolia Pollich palat.* (fide *Koch* et *Zitz*; sed excludenda P. *angustifolia Linn.*, quae *serotina.*)

Obs. I. Etiam cls *Link angustifoliam* culturâ perstare et praecociorem esse *pratensi* notavit *Enum. alt. p.* 85. cui *de Vest* quoque in litteris adsentit, qui speciem omnino propriam sibi videri *angustifoliam* notat, cujus varietatem sistit P. *trivialis Roth.* Addo patriae *angustifoliae Americam borealem*, fide *Nuttall*, qui distinguit a *pratensi*, quae pariter in America.

Obs. II. L. L. *Laestadius* in *Transact. Ac. reg. holm.* 1822. Poae *pratensis* varietates sequentes, quam maxime boreales, recenset (*pratensem Linn.* sistens: paniculâ diffusâ, ramis horizontaliter patentibus, laevibus; spiculis 5-floris; flosculis paulisper villosis; radice stolonifera. Hujus, in locis pinguioribus Novaccolarum frequentis graminis, quod P. *pratensem* L. genuinam esse asserit, folia stolonum plana describit, vaginis laevibus; culmi s-ped. lanceolata, canaliculata, brevia; ligulam brevem): β. *domesticam*; panicula oblonga, ramis flexuosis paulisper asperis; spiculis 3-4-floris, ovatis, crassiusque; flosculis villo connexis evidenter 5-nervibus. — Culmus 1 1/2 ped., striatus, crassus, rigidus: folia lanceolata, ligulâ brevi tru-

*) Hydrochloae a cls *Hartmann* (infausto nomine cum antiquior Hydrochloa *P. d. Beauv.* sit Zizania) constituti generis, character: „*Cal.* bi- et multiflorus, bivalvis: valvulis valde inaequalibus. Corollarum valvula exterior dorso convexa, obtusa, mutica." Huc ab illo referuntur: Enodium *caeruleum*, Catabrosia *aquatica*, Poa *distans*, et β. *maritima*, *aquatica*, Festuca *fluitans*.

esti. *In Lapponiae siccis, quibus, quo aridioribus, eò magis transit in:* γ. *rigentem;* paniculâ pauciflorâ, brevi; ramis horizontaliter patentibus, laevibus; spiculis 2-4-floris, ovatis, evidenter 5-nervibus, undique ferme villosis. — Culmus 1-1 1/2 ped., erectus, strictus, rigidus; foliis brevissimis, glaberrimis; ligulâ brevi, truncatâ. Rad. adscendens, stolonibus angustis conduplicatis. Hanc sistere P. *rigentem Hartm. Flor. Scand. p.* 448 *in locis sole exustis Lapponiae*, et differre abunde a *flexuosa* ramis patentibus, rigidis; flosculis evidenter nervosis; culmo a medio foliis destituto; staturâ rigidiore. δ. *lantham;* paniculâ oblongâ, brevi; ramis flexuosis laevibus; spiculis ovalis, minutis, 2-4-floris; flosculis margine dorsoque pauliaper villosis. Rubens, tenuis, 1/2-2 ped.; rad. obliqua, stolonibus brevibus, adscendentibus. Folia e stolonibus brevia, conduplicata, fere subulata, primo anno plerumque terna, falcata, totidem secundo: tertio tandem ex illis culmus florifer. In culmo folia 2, brevia, radicalibus similia. Ligula brevis. Panicula subcontracta, ramis inferioribus 5 patentibus. Flosculi plerumque terni, cum rudimento quarti. Glumae calycinae vix duplo latitudinis suae longiores. *In collibus aridis Lapponiae Lulensis.* ε. *hydrophila;* paniculâ contracta: ramis flexuosis, erectis, laevibus; spiculis 3-4-floris, villo connexis; stolonibus longissimis, setaceis. Folia stolonum longissima, dimidiae culmi longitudinis, angustissima, setacea. Forma paniculae ut in δ. Conveniunt varietates hae omnes: foliis culmeis brevibus vaginisque laevissimis; paniculâ plus minus diffusâ, ramis teretibus laevibus. *In Lapponia Lulensi.*

n. 1 a. Poa *viridis Pursh;* paniculâ diffusâ; spiculis ovatis, subquadrifloris; glumis lanceolatis, trinervibus; ligulâ brevi, truncatâ. *Pursh Fl. sept. Amer.* I. *p.* 79. et, hoc teste, *Schreb. gram. Mühlenb. Descr. gram. ub. p.* 138. *Link Enum. p.* 85.

Multo magis affinis Poae *pratensi*, quam *sudeticae;* differt ab illa spiculis magis compressis, valvulae corollae magis acutatis, (fere pungentibus) nervis 3 eminentioribus. Corollae villis (copiosissimis, longissimis) connexae, valvulae corollinae apice lutescentes (rubraeve.) *Link.* Panicula semiverticillata, contracta *Nutt.* Rad. repens. Culm. 3-ped., teres. Rami paniculae 4-6 ni. *Mühlenb.* Poa *pratensis Bigelow* plerisque haud diversa videtur a *viridi.* Ill. *Smith* dubitat anne P. *angustifolia.* *In pratis et sylvis.* ♃.

Pag. 533. n. 3. Poa *humilis.* Addatur:

Obs. Cfr *Wahlenberg Fl. ups. p.* 38 nonnisi *β* est *pratensis.*

n. 3 a. Poa *autumnalis Elliott;* paniculâ subverticillatâ, horizontaliter patente; spiculis cuneato-ovatis, lanceolatisve, acutiusculis, 3-4-floris; glumis corollae basi villosis; ligulâ truncatâ, lacerâ, subinde abrupte acuminatâ. *Nutt. gen. p.* 66. Poa *n.* 20. *Mühlenb. Descr. ub. p.* 152.

Rad. subcaespitosa; culmus pedalis, subanceps; folia radicalia

erecta, longa, angusta; culmea plerumque 2, plana, oblongo-lanceolata, margine scabra, inferius pollicare, supremum minimum, omnia erecta, carinata, apice coarctata, pungentia (unde *pungens* rectius diceretur gramen vernale); vaginae longae, internodiis breviores. Panicula parva, apice subracemosa. Rami capillares, 2-3-ni; fasciculi 3-4. Spiculae versus apicem coacervatae. Cal. glaber, valvulâ interiore acutâ. Glumae corollinae ovato-lanceolatae, obtusiusculae apice scariosae, obsolete 5-nerves, nervis 3 pubescenti-ciliatis. Stamina exserta, utrinque bifurca. Stylus sessilis plumosus, albus. *In rupibus circa Philadelphiam ad littora Schuylkill florens Aprili.* ♃.

n. 3b. POA *Torreyana Spreng.*; paniculae elongatae ramis subspicatis; spiculis secundis, quadrifloris; valvis nervosis, ovatis, acutis; foliis elongatis, glabris; ligulâ nullâ. *Spreng. N. Entd.* II. *p.* 104. POA *elongata*, *Torrey in litt.* POA *n.* 20. *Mühlenb. gram. p.* 152 huic autem congrua.

P. *elongata Willd. Enum.* longe aliena, spiculis sub-10-floris variegatis, ligula ciliata. Nulli alii affinis. *Spreng. Massachusets.*

Pag. 534. n. 4. POA *trivialis*. Addatur synonymon: P. culmo basi adscendente, sub-5-nodi, ligulâ acutâ *Willbr. bot. Zeit.* 1821 S. 392. *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 49. *Bertolon Amoen. p.* 331. *Wahlenb. Fl. ups. p.* 34. *Svensk Bot. t.* 88 (bona praeter f. a monente *Wahlenb.*) *van Hall Spec. bot. p.* 74. *Flor. Batav.* III. *p.* 261. *Fl. Dan. t.* 1441. POA *pratensis Leyss. Poll. palat.* (fid. *Koch* et *Zeitz*) *Laestadius K. Vetensk. N. Handl.* 1822. *p.* 8. *n.* 7. *β. macrorrhiza*; paniculâ elongatâ, contractâ; ramis paulo asper asperis, erectis; spiculis ovatis, 2-5-floris, flosculis villosis; foliis culmi elongatis planiusculis, siccitate convolutis; ligulâ longiusculâ; vaginis foliorum subasperis; radice longissime repente. 1 1/2 - 2 - ped., viridis. Folia culmi 2-3, apice carinata, subaspera. *Laestad.* l. c.

„In humidis et umbrosis saepe observatur varietas locustis minoribus, bifloris et purpurascentibus" *van Hall.* (Hanc et Landishuthi observavimus). „Genuina *trivialis* nunquam in Lapponia, ubi tantum *β* in pinguefactis alpium prope Kiergevaro." *Laestad.* l. c. Etiam in bor. America.

n. 4a. POA *stolonifera Mühlenb.*; paniculâ verticillatâ aggregatâque, diffusâ; culmo subscabro, geniculato, stolonibus compressis; ligulâ inferiore obtusâ, superiore acuminatâ, elongatâ; spiculis subtrifloris. *Mühlenb. Descr. ub. p.* 139.

Div. *Mühlenberg* POAM hanc POAM *stoloniferam Halleri* di-

sit, nobis plane ignotam, et *triviali* et *dubiae* *Leers* (quas diversas credit) affinem dicit. „Culmus 3-ped., geniculatus. Folia lineari-lanceolata, pallide viridia, margine scabra, basi undulata; vaginae nervo carinato-scabrae. Rami paniculae angulati pedicellique scabri. Valvulae calycinae inaequales trinerves; corollina dorso carinata, trinervis, basi villosa." *Mühlenb.* *In pratis humidis.* ♃.

ag. 535. n. 8. Poa *annua*. Addatur synonymon:
P. culmo obliquo, subcompresso; ligulâ oblongâ, obtusiusculâ; paniculâ angulis rectis. *Willbr. bot. Zeit.* 1821. S. 394. *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 49. *Bertolon. Amoen. p.* 115. *Wahlenb. Fl. ups. p.* 35. *van Hall Spec. bot. p.* 74. *Flor. bat.* I. 51.

Cal. in americanis 3-5-florus, dorso pubescens. *Mühlenb. Descr. ub. p.* 187.

ag. 536. n. 11. Poa *bulbosa*. Addatur synonymon:
Bivon. Bernard. plant. sicul. C. I. *p.* 66. *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 50 (etiam cum β.) *Bertolon. Amoen. p.* 113. *van Hall Spec. bot. p.* 75. P. *trivialis Koel.?*

Obs. „Poa *bulbosa* β *Linn.* gramen orientale viviparum, specie ab hac et ab *alpina* distinctum." *Smith* in *Engl. Bot. p.* 1071.

ag. 537. n. 12. Poa *laxa*. Addatur synonymon:
Hoppe Anl. Graes. n. 7. *Laestadius K. Akad. N. Handl.* 1822. *p.* 9. P. *alpina* var. *Lapbyr.?*

Obs. Liceat hic dubiis nostris l. c. circa *laxam* expositis addere, clo. viderì *Laestadio* P. *flexuosam Smith* omnino ad *laxam Wahlenb. lapp.* spectare, quamvis *laxae* (lapponicae) sit radix stolonifera. Notam specificam Poae *laxae* (lapponicae), quâ e longiaquo distinguitur, consistere eo: „quod folium culmi supremum non longe a panicula sit remotum."

ag. 539. n. 13. Poa *distichophylla* delenda videtur clo *Bertoloni in litt.*, utpote eadem cum *cenisia*. Poa *Hall.* n. 1458 cum? huc ducta est Poa *Halleri Suter.*

n. 15. Poae *minori* addatur:

Obs. Huc spectare Poam *discolorem Hoppe* e Pabterte, et neutram sistere speciem propriam *Panzer Denkschr. bot. Gesellsch.* II. *p.* 184.

n. 16. Poa *cenisia*. Addatur synonymon:
Link Enum. p. 85. (cui tamen vix nisi corollâ dorso magis pubescente ab *alpina* diversa.)

Obs. Huc spectare Poam *distichophyllam* monet clo. *Bertoloni in litt.*, contrarium plane sentiente *Panzer Denkschr.* II. *p.* 183. Etiam P. *flexuosa Host*, *stolonifera Hall.*, et Festuca *distichophylla* quorumdam a quibusdam huc trahitur.

Pag. 540. n. 19. Poa *alpina.* Addatur synonymon: *Hoppe Anleit. Graes. n.* 6. *Link Enum. p.* 8 *Nutt. gen.* I. *p.* 66. Poa *elegans Dec.* et Poa *Schenc zeri Pourr.* (fid. *La Peyrouse.*) δ. P. *alpina lapponica;* paniculâ inaequaliter diffusâ, ramis curvati subasperis; spiculis 2-5-floris ovatis; corollis villosiuscul hiantibus; foliis culmi lanceolatis, brevibus; radice fibros *Laestadius K. Vet. Acad. Handl.* 1822. *p.* 9.

Corollae dorso subpubescentes. *Link.* In δ (quae in ins. *Fr sön* et prope *Virikjaur Lapon. Lulens.*) rad. raro stol nifera, ligula mediocris, qualis P. *annuae.* Intermedia qu P. *annuam* inter et alpinam.

Pag. 542. n. 20. Poa *collina.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 85. P. *brevifolia;* paniculâ erectâ, aequal subcontractâ; spiculis ovatis, 4-5-floris; glumis calycin carinatis, scabriusculis, corollinis inferne undique villosi foliis culmeis brevissimis fasciculorumque rigidis, acuti cartilagineo-marginatis; ligulâ exsertâ lacerâ. *Wallrot Sched. crit. p.* 30, et, se teste, P. *alpina Spreng.* F *Hal.* 20. *Wallr. Annal. p.* 19.

Obs. Cl. *Bertoloni Amoen. p.* 330. nequidem *alpinae* varietas videtu et etiam cl. *Link* l. c. nonnisi spiculis longioribus ultra 7-floris, sc tis differre videtur. Praeter characteres datos ab *alpinâ* statura h miliore, rigiditate, seminibus obovatis basi attenuatis monet *Wal roth* l. c.

Pag. 543. n. 21. Poa *concinna.* Addatur synonymon: *La Peyrouse Suppl. p.* 13. (sed glumae nervi dorsale pedunculique glabri.)

n. 22. Poa *Molineri* (fide *Bertoloni Amoen. p.* 33 et in *litt.*) *alpina* tantum gracilior.

n. 23. Poae *supinae* addatur synonymon: *Sternberg* et *Hoppe Denkschr. bot. Gesellsch.* III. p 543, (ubi plura circa synonymiam hujus plantae dubiam.)

Pag. 544. n. 26. Poa *spicata.* Addatur synonymon: *van Hall Spec. bot. p.* 76. (et patriae Belgium, fide *De candolle.*)

n. 27. Poae *distanti* addatur synonymon: P. culmo basi adscendente; ligulâ obtusâ; paniculâ ram fructiferis deflexis; spiculis linearibus; flosculis distanti us obsoletis, nudis. *Willbr. bot. Zeit.* 1821. *p.* 394. va *Hall Spec. bot. p.* 76. *Knapp gram. brit. t.* 27. Po *salina Ehrh. Beytr.* VI. *p.* 81. Aira *aquatica multiflo Ehrh.* l. c. V. *p.* 9. Glyceria *distans Wahlenb.* F *Upsal.* p. 36. Hydrochloa *distans Hartm. gram.* p n. 3. Poa *salina van Geuns* n. 7. fide *van Hall.* l. c

Glaucescens. Folia basi lineam tantum lata, apice compressa. *Wahlenb Fl. ups. l. c.* In N. *Act. Ups.* VIII. *p.* 233. monet in borealibus regionibus inde fors ortam esse POAM *arenariam Retz*, quae FESTUCA *capillaris Liljebl.**) *Fl. suec. ed.* 2. p. 48, (POA *distans β. S. V. ed. nostr.*) foliis usque ad apicem magis planis, flexilibus, et paniculâ totâ molliori; in meridionalibus autem littoribus POAM *maritimam Smith*, fol. convoluto - compressis, rigidis, spiculis turgidioribus, paucioribus. — FESTUCA *arenaria Lam.*, a clo *Steudel* huc delata, e freto magellanico, non hujus loci.

n. 27 a. POA *Nuttalliana;* culmo erecto; paniculae ramis erectis; spiculis oblongis, obtusis, subsessilibus; spiculis cylindricis, obtusis. *Nutt. gen. p.* 68. (sub POA *airoide.*)

Vix distincta a *distante*, praeter habitum, 4-5-ped., foliis ad 8 circiter poll. culmum vaginantibus, margine scabris, acutis, vix 1 1/2 poll. longis. Panicula erecta, attenuata, ramis paucis, capillaribus, subverticillatis, nunquam refractis. Spiculae oblongae, obtusae, subsessiles, 4-6-florae. Cal. inaequalis, corollâ brevior; flores distincti, subcylindrici, obtusi, purpurascentes, scariosi, apice saepe laceri, obsolete 5-nerves: valvula interior margine scabra. Character artificialis POAE, sed re verâ AIRA, licet flores 4-6 in singula spicula. Gramen laudabile, instar AIRAE *aequaticae*. *In depressis circa Mandan vicum ad Missouri occ.* Nomen mutandum, cum 2 jam sint *airoides*.

n. 27 b. POA *versicolor Bess.*; paniculâ (magnâ), subnutante, patulâ; spiculis lanceolatis, 5-floris; flosculis basi lanatis, distantibus, 5-nervibus, versicoloribus; culmo vaginisque scabriusculis; ligulâ oblongâ; radice fibrosâ. *Besser Enum. plant. Volhyn. p.* 41. POA *rupestris Marsch. a Bieb.* in litt. (nomen mutandum, cum fuisset P. *rupestris Roth.*)

Cespitosa. Flosculi virides, a medio violaceae, apice scariosi, spadicei. *Prope Jaorlik Andrz. Circa Kaminiec Podolski* exc. *M. a Bieb.*

pg. 545. n. 28. POA *nemoralis.* Addatur synonymon τῳ *α.* P. culmo subquinquenodi, tereti, erecto; ligulâ truncatâ, subnullâ. *Willbr. bot. Zeit.* 1821. *p.* 394. *Seb.* et *Maur. prodr. p.* 50. *Wahlenb. Fl. ups. p.* 35. *Knapp gram. brit. t.* 58. *Link Enum. p.* 87. *van Hall Spec. bot. p.* 77.

---

*) FESTUCA *capillaris* haec est HYDROCHLOA *capillaris*; paniculâ aequali, pedunculis capillaribus elongatis, deflexis; spiculis linearibus 7-floris; valvulis corollae exterioribus acutiusculis; culmo laxo, adscendente. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 8. in Oelandia.

P. 546. γ. Poa *coarctata* *Link* *Enum.* p. 86. et, hoc teste P. *coarctata* *Decand.* *Franc.* 6. 273. (quam ad *nemoralis* ε retulimus.) Poa *variegata* *Host* *) (P. *debilis* *Thuil.* excludenda videtur, ad Catabrosiam hanc dem spectans.)

δ. Poa *glauca* *Hartm.* *gram. suec. recogn.* p. 9. (cui species propria, a *nemorali* distincta.) *Link* *Enum.* p. 85. (qui P. *glaucam* *Willd.* *Enum.* valde affinem *pratensi*, at totius plantae glaucore differre.) P. *juncea* *Suter.*

ε. *Panzer* *Denkschr. bot. Gesellsch.* II. p. 182. (ad nostram notam idem testatus.)

In α calyx bi- interdum uniflorus; corollae dorso tenuissime pubescentes; glumae corollinae maculâ marginali aureâ. *Link* *l. c.* Gramen angustissimum, duriusculum, geniculis inaequaliter nigrescentibus. *Wahlenb.* Varietas haec etiam in America boreali. γ „convenit cum *nemorali* ligulâ brevissimâ, paniculâ non effusâ, maculâ aureâ; differt spiculis pe rumque non bifloris. An varietas." *Link.* ε. sub nomine *glaucanthos* etiam tulimus a clo *Rochel*, et nomine *arenaria* a clo *Panzer*. Poa *salebrosa* *Panz.* fors εβ?

n. 28 a. Poa *brachyphylla*; paniculâ laxâ, ramis horizontalibus, geminis ternisve glabris, flexuosis; spiculis 3-4-floris; glumis acutis; culmo subangulato; radice repente. Poa *brevifolia* *Mühlenb.* *Descr. ub.* p. 138.

Culmus 2-ped., obliquus et erectus. Folia linearia glabra, inferiora nervosa, abbreviata, carinata: ligulâ albâ, trifida medio acuminatâ. Vaginae striatae glabrae, collo nudae. Spiculae omnes pedicellatae, pedicellis basi nodosis. Valvulae calycinae subaequales; corollinarum altera carinata, 5-nervis, pubescens, saepius purpurascens, margine alba. Antherae violaceae. Div. *Swarz* male P. *compressam* *Mühl.* *trinervatam* *Willd.* credidit. Habitus *laxae* et *glaucae*. Gramen praecox. *Mühlenb.* *In sylvis et montibus Pennsylvaniae.* ♃.

n. 28 b. Poa *campyle*; paniculâ erectâ; rhachi glabra et subscabrâ, ramis geminis alternis, elongatis, flexuosis, simplicibus bifidisve scabris; spiculis compressis, 4-floris glumis acutis. Poa *flexuosa* *Mühlenb.* *Descr. ub.* p. 139.

Culmus 1 1/2 ped., erectus; vaginae, foliaque linearia striata glabra. Ligula alba, abbreviata, multifida. Valvulae calycinae inaequales lanceolatae, alterâ trinervi carinâ scabrâ: corollinae inaequales, major carinata et margine pubescente trinervis, obtusa, basi glabra. Habitus *brevifoliae*. *Mühlenb.*

---

*) P. *variegata* *Host*, quam non hoc nomine tulimus, *glauca* potius est quae transitum sistit hanc inter et *caesiam*. Et eadem est P. *marginata* *Bh.* quam clo *Panzer* debemus.

Pag. 548. n. 29. POA *Gaudini.* Addatur:

Obs. Circumfertur passim ex alpibus tyrolensibus nomine P. *laxae*, a qua ligulâ breviore et ramulis paniculae scabris differt.

Pag. 548. n 30. POA *depauperata.* Addatur:

Obs. Cls. *de Vest* in litt. POAE *depauperatae* meminit „paniculâ depauperatâ; pedunculis capillaribus, subsolitariis, vix bispiculis; spiculis ovatis, subquadrifloris; valvulis subaequalibus, trinervibus, naviculatibus; petalis acuminatis, pube sericeâ connexis; culmo setaceo; ligulâ oblongâ" quam div. *Wulfen* in *Herb.* suo nomine POAE *setaceae* conservavit, et Goritiae in aridis versus pontem Lisontii legit. „Radix cespitosa videtur" cl. *de Vest*" et fibrosa. Calmi gracillimi, binodes, setacei. Folia radicalia e vaginis ventricosis, plana, angusta; culmea similia. Paniculâ pauperrima spiculis 4-8. Calyx ut in P. *alpina*, valvulis semiovatis, navicularibus, figurâ petalorum. Pubes sericea in dorso basique petalorum. Structura floris fere ut in *alpina*, sed planta multo gracilior, foliisque angustioribus."

Pag. 549. n. 32. POA *sterilis.* Addatur synonymon:
Link Enum. p. 86.

„Spiculis elongatis, compressis, valvulis margine caerulescente facile dignoscitur." *Link l. c.*

Pag. 550. n. 34. POA *tristriata.* Addatur synonymon:
Steven l. c. 3. *p.* 252. *M. a Bieb. l. c. Suppl. p.* 68.
(Sphalmate in *Steudel* legitur *triaristata.*)

„Quoad paniculam aliquam cum *compressâ* affinitatem habere videtur. Spiculae admodum parvae, glabriusculae." *M. a. B.*

n. 35. POA *sulcata.* Excludatur synonymon POAE *parviflorae Pursh* in nota, quae species propria:

n. 35 a. POA *micrantha* (diagnosi, ut l. c., sub P. *parviflora Pursh.*) P. *parviflora Nutt. gen.* I. *p.* 67.

Nomen mutandum, cum sit antiquior *parviflora Brown.* „Panicula dichotomo-divaricata. Flores distantes, terminales, per paria approximati in pedicellis inaequalibus. Valvula corollae interior et rhachis persistens. Semen globosum, rugosum. Spiculae subglutinosae. *Nutt.*

n. 36. POA *nervata.* Addatur synonymon:
Mühlenb. Descr. ub. p. 140. *Link Enum. p.* 86.

In americana spiculae virides, minores; pedicelli tenuiores. *Link.* Culmus 3 ped., teres, striatus, glaber. Folia amplexicaulia, horizontalia, lanceolata, glabra, striata, carinata, uti vagina. Ligula brevis, ovata. Panicula adulta nutans, ramis binis ternisve ramulosis, scabris. Valvulae calycinae acutae, corollinae aequales obtusae, nervosae, glabrae. Stam. 3-2. Antherae rubrae. Sem. ovatum, fuscum, nitidum. *Mühlenb.* quo teste, ex monitis *Smith*, certe non in *Herb. Linn.*

n. 38. Poa *anceps.* (Conferatur, monente clo Sleud… Poa *australis* et Danthonia *semiannularis.*)

Pag. 551. n. 39. Poa *flava.* Addatur:

Obs. Poam *flavam* L. sine dubio, *subverticillatam* cum ? citat ad … *riodem Mich.* (quae Tridens *quinquefida*) *Mühlenb. Descr.* … p. 149.

n. 41. Poa *abyssinica.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 88 (in sectione Eragrostium.)

n. 42. Poa *mexicana.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 88 (in sectione Eragrostium.)

Pedicelli tenues. Spiculae breves, latiusculae, 3 lin., 2 lin… tae. Valvulae calycinae subaequales. — Differt potissim… ramulis pedunculisque longissimis. Etiam in S. Domin… *Bertero.*

n. 43. Poa *hirsuta.* Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 145.

Culmus 1 1/2 ped., compressus, glaber. Folia longissima, la… ceolata, nervosa, basi pilosa, arundinacea. Vaginae infer… res tantum hirsutae. Rami paniculae solitarii, gemini… basi nodis pilosis, decompositi, spiculis longe pedicell… Cal. carinâ scaber, purpurascens, 7-florus. Cor. purpuras… basi glabra, margine subciliata. Antherae rubrae. *M*… Haec quoque sub *capillari* in *Herb. Linn.* fide *Smith* …

Pag. 552. n. 44. Poa *capillaris.* Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 144. *Link Enum.* p. 88 (… sectione Eragrostium), et hoc teste, Poa *carolini…* *Spreng.* et *Syst. Veg. p.* 556.

Obs. Div. *Mühlenberg* describit 1. *P. capillarem Herb. Linn.* „culmus spithamaeus et 1 1/2 ped., subcompressus, obliquus, gl… supra basin ramis erectis. Folia lanceolata, alterna, carinata, … vosa, pilosa, ingrati odoris: ligulâ brevissimâ barbiformi vel pil… Vagina nervosa, margine et collo pilosa, basi purpurascens. Pan… ramosissima, capillaris. Rami paniculae diffusi 2, basi nodosi … losi, ramulis scabris spiculâ solitariâ. Cal. glaber, 8-florus, … lis acuminatis, inaequalibus, alterâ carinatâ scabrâ. Cor. … acuminatis, basi glabris, alterâ trinervi. Antherae 3 rubrae." … conferre jubet cum *angulata Walt.* — 2. *P. capillarem* … instar conspeciei, quae differt a priori, ex descriptione: „culmo … mari, tereti; foliis linearibus glabris; vaginâ compressâ, glabrâ, … pilosâ; paniculae ramis inferioribus tantum geminis; spiculis 3-… floris. — Cls *Link* utramque non distinguere videtur, tam … „Folia glabra aut pilis longis hirsuta" et vix diversam credit a … *xicana*, licet spiculas in *capillari* minores. — *Capillaris* fors… tas videtur ipsi auctori, divo *Mühlenberg*, sua Poa *unifl…* *Descr. ub. p.* 151., quae „culmo spithamaeo infra geniculato, … presso, glabro; foliis setaceis, striatis, margine scabris; vag… striatis, glabris; ligulâ brevi, albâ; paniculâ tenuissimâ, strictâ.

mis solitariis strictis, ramulisque scabris. Cal. inaequalis, uniflorus, spicae bifidus. Cor. nigrescens, basi glabra." In *N. Anglia* et *N. Caesarea.*

n. 44 a. **Poa** *tennis Elliott;* foliis linearibus, elongatis, ciliatis; paniculâ ramosissimâ, capillari; pedunculis capillaribus; spiculis trifloris, glabris. *Elliott Bot. of S. Carolin. et Georg. p.* 156. *Nutt. gen.* I. *p.* 66.

n. 46. **Poa** *plumosa.* Addatur synonymon: P. suberecta, glabra; paniculâ ovato-oblongâ; ramis sparsis, horizontalibus; insertionibus pilosis; ramulis pendulis; spiculis pedicellatis, 4-6-floris; valvulâ interiore corollae (dorso) ciliatâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 338. *n.* 13. et, hoc teste, Tsjama-Pullu *Rheed. Malab.* XII. *p.* 75. *t.* 41. Gramen fumi *Rumph Amb.* VI. *p.* 10. *t.* 4. *f.* 3.

Culmi filiformes, multi, ramosi, basi parum diffusi, superne erecti, 1-2 ped., teretes, nudi. Folia ad os vaginae, marginemque ciliata pilis longis albis. Rami paniculae capillares, alterni, horizontales, ramulosi, pilis aliquot tenuibus albis ad insertiones et divisiones. Spiculae minutae. Cal. glaber. Semen oblongum, fuscum, glabrum. *Roxb.* l. c. *In pascuis.*

pg. 553. n. 50. **Poa** *serotina.* Addatur synonymon: P. culmo sub-7-nodi, incurvo; spiculis ovato-lanceolatis. *Willbr. bot. Zeit.* 1821. *p.* 393. *van Hall Spec. bot. p.* 78. *Wallr. Sched. crit. p.* 30. *Svensk Bot. t.* 502. **Poa** *angustifolia Wahlenb. Fl. ups. p.* 34, et, hoc teste: P. *angustifolia Linn. suec. n.* 81. P. *palustris Ehrh. Beytr.* V. *p.* 99. **Poa** *palustris Link Enum. p.* 86. (excl. syn. *Linn. p.* 98.) *Mühlenb. Descr. uber. p.* 150. (fide *Spreng.*) sed potius ad aequentem *crocatam.*

„Ligula longiuscula. Valvulae corollae maculâ magnâ, aureâ." *Link.* „Variat paniculâ simplicissimâ, pedunculis unifloris." *van Hall.* Rad. valde repens; culmi ad genicula radicantes, valde nodosi, plerumque 3-ped. Folia lineam tantum lata, etiam suprema plus quam spithamaea, hinc *longifolia* potius dicenda. Paniculae ramuli toti stricte patentes, nec nutantes apice. Spicularum glumae angustiores, acutiores: apicibus eximie lutescentibus. Gramen totum angustius, elatius, strictius, nitidius, saturate virens. *Wahlenb.*

Obs. Cl. *Besser Enum. plant. Volhyn. p.* 49. monet *serotinam* occurrere ligulâ nullâ et abbreviatâ truncatâ, caeterum non distinguendam esse a *fertili Host,* (cui ligula oblonga) et variare locustis bifloris, interjecto rudimento tertii flosculi (simili modo etiam *fertilis* ludit) et quadrifloris.

n. 50 a. POA *crocata Mich.* Restituatur in sp diagnosi p. 554 in nota datâ, et addatur synonym POA *palustris Mühlenb. Descr. ub. p.* 150. Po *cata Nutt. gen. p.* 66.

Culmus teres, foliosus, 1 1/2 - 2 ped. Folia glabra, plana minata, 4-6 poll., ligulâ elongatâ. Panicula elongata, verticillata, ramis adpressis, numerosis, multifloris. lae in racemis attenuatis, parvae, subsessiles, ovatae tae, plerumque biflorae, pallide virentes, apicibus sc flavicantibus purpurascentibusque. Calyx acuminatus, tudine fere flosculorum, obsolete trinervis, carinatus. res oblongi, obtusiusculi, basi in dorso lineâ pubes *Nutt.* Folia linearia glabra, subamplexicaulia. Ligula ovata, mediocris. Paniculae rami aggregati, 5 glabri brive, ramulis scabris.

Pag. 555. n. 52. POA *sudetica*. Excludatur POA *Pursh*, quae species propria, et addatur synonym P. culmo erecto, subtrinodi, superne ancipite; va compresso - ancipitibus; ligulâ contractâ cum acu *Willbr. bot. Zeit.* 1821. *p.* 393.

n. 55. POA *filiformis*. Huic subjungatur:

n. 55 a. POA *curvula Schrad.*; culmis erectis; filiformibus, curvatis, vaginis ore barbatis: inferioribu losis; paniculâ ramosâ, patulâ, ramis scabris; spicul nearibus, novemfloris; floribus liberis; valvulâ corolla teriori ovato - oblongâ trinervi. *Schrad. Anal. ad Cap. Sect.* II. *Gött. Gel. Anz.* 1821. *n.* 208. *p.* 20

Cespitosa, culmis 1/2 ped., gracilibus, rigidulis. Folia 3-4, distantia, brevia, vaginis glabris; inferiora et lorum, triplo vel quadruplo longiora, magis vel minu vata, vaginis dense villosis. Panicula 2 poll., in mine 1 1/2 poll.; ramis 5-7 nis, ramosis. Spiculae trilineares turate glaucescenti-cinereae. Calycis valvulae unine exteriori duplo minori. Axis flexuosus, pilis brevibus (POA *filiformis Thunb.* differt, praeter characteres paniculâ majore, magisque diffusâ, vaginisque gla *Schrad.* *In Promontor. bon. Sp. Hesse.* ♃.

Pag. 556. n. 57. POA *cilianensis*. Esse eandem cum STACHYA *Eragrosti*, et delendam, *Bertoloni in litt.*

n. 58. POA *caroliniana*. Delenda: clo *Link* est ea cum *capillari*, censori in *Leipz. Litt. Zeit.* 1820. *n.* 5 75. vero ERAGROSTIS *poaeoides*.

n. 59. POA *latifolia*. Addatur synonymon: POA *malabarica Roth nov. plantt. spec. p.* 64.

Culmus erectus, crassitie fere culmi secalini, glaber. Folia minata, plana, utrinque et margine aspera, nervosa, ere patula. Vaginae laeves, ligula membranacea, trunca

cisa. Paniculâ 1/2 ped. et ultra, virgata: rami fasciculati, erecti, filiformes, digitales, subsimplices; subflexuosi, a basi ad apicem laxe floriferi. Spiculae alternae vel subsecundae, dissitae, lanceolatae, teretiusculae, primum ramo adpressae, demum erecto-patulae: pedicelli valde pilosi, inferiores ramorum bifidi, secundarius longior primario: superiores simplices. *Calycis* glumae lanceolatae, acuminatae, dorso scabrae; interior duplo major, spiculâ tamen brevior. Flosculi 3 lanceolati, obtusi: secundus et tertius minutus, plerumque imperfectus et neuter, pedicello subcurvo. Cor. valvula exterior oblonga, obtusiuscula, mucrone brevi, dorso aspera; flosculi inferioris margine nuda, secundi sursum ad marginem dentibus linearibus, erectis, hyalinis, acutis. *Roth.*

p. 557. n. 60. Poa *chinensis*. Addatur synonymon: glabra; 2-4 pedum; paniculâ ramis multis alternis, simsibus, expansis, secundis; spiculis alternis, breviter pecellatis, 4-6-floris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall. p.* 333. n. 2. (*Roth nov. plantt. spec. p.* 65. *Link* sum. *p.* 86.)

ulmi ramosi, basi repentes, superne diffusi, glabri, subcompressi. Folia glabra, faucè vaginae barbatâ. Panicula magna, ovata, ramis longis, filiformibus. Spiculae serie duplici, secundae. *Roxb.* l. c.

Obs. Cls. *Link* et *Willd. Spec.* I. *p.* 357 (sphalmate pro 395) et *S. V. ed. nostr. p.* 557 laudat; at in nostro addit: „*excl. syn.*" Qualibus? Culmum describit ramosum, compressum; vaginas glabras, striatas; ligulam vix ullam; paniculae ramos erectos, ramulis appressis; spiculas compressas, 9-floras; calycis valvulas lanceolatas flosculo inferiore parum breviores; cor. valvulas acutas, trinerves, laeves, glabras, apice purpurascentes. ☉. In addendis vero, p. 445, dubitat an sua *chinensis* Linnaei planta sit; „potius nova species dicenda." Cls. *Roth* denuo l. c. synonyma, quae in *S. V. ed. nostrae* adduxerat, confirmans, describit „culmum erectum, ramosum, crassitie culmi *Tritici*, glabrum; folia linearia, canaliculata, carinata, vix scabriuscula; Vaginas compressas, ligulâ brevissimâ, membranaceâ, inciso-ciliatâ; paniculam pedalem et ultra, ramosissimam, vix plane e vagina summi folii egredientem; ramis erectis, filiformibus, ad angulos scabris, digitalibus et ultra, a basi ad apicem floriferis; spiculas alternas et subsecundas, approximatas et subcontiguas, oblongas, compressas, plerumque 5- rarius 6-floras, pedicellis vix 1/2 lineam superantibus, scabriusculis, pilosis, apice incurvis, omnibus simplicibus; calycis glumas lanceolatas, subulatas, acuminatas, patulas, carinâ scabrâ, interiore duplo majore, spiculâ tamen dimidio breviore; flosculos alternos omnes pedicellatos, oblongo-ovatos, primum imbricatos, demum liberos, omnes perfectos, et fertiles. Corollae valvulas subaequales, obtusissimas, dorso scabriusculas, apice hyalinas, et sub lente tenuissime incisas. *Roth.* Ill. *Nees ab Es.* Leptochloa est: L. *chinensis* vaginis foliisque glabris, paniculâ laxâ; spiculis subsexfloris, subciliatis, pedicellatis, patulis; valvulis corollinis exterioribus integris, muticis; culmo perenni. *Sylloge Bot. Ratis.* 1822. *p.* 6.

n. 60 a. Poa *procera* *Roxb.*; glabra, erecta, 3-5-pe… ligulâ magnâ; ramis paniculae simplicibus; spiculis pedic… latis, remotiusculis, linearibus, multifloris. *Roxb.* … *ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 334. *n.* 4.

Culmi ramosi, teretes, glabri, maximam partem tecti vagi… foliosis. Folia longa, gracilia, scabra. Vaginae interno… longiores, ore ligulâ longâ, laccrâ, membranaceâ. Panic… magna, 9-18 poll., oblonga, racemis multis, longis, filif… mibus, expansis, circa rhachin filiformem, undulatam, t… gonam, hispidam sparsis. Spiculae alternae, pedicellat… *Roxb.* l. c. *In humidis fertilibus.*

Pag. 558. n. 62. Poa *compressa*. Addatur synonymon: P. culmo 4-5-nodi, compresso, basi adscendente; lig… obtusiusculâ. *Willbr. bot. Zeit.* 1821. *p.* 393. Se… et *Maur. prodr. Fl. rom.* p. 50. *Mühlenb. Des…* *ub.* p. 141. *Wahlenb. Fl. ups.* p. 35. van *Ha…* *Spec. bot.* p. 79.

Etiam in America boreali.

n. 62 a. Poa *complanata* *Presl*; paniculâ simplici… quali; locustis oblongo-ovatis 4-5-floris; flosculis liber… obtusis; culmo vaginisque ancipitibus; radice repe… *Presl Cyperac.* et *Gram. Sicul.* sub Poa *ancipite*.

n. 63. Poa *domingensis*. Conferatur Rhabdochloa *do…* *mingensis*.

Pag. 559. n. 65. Poa *aquatica*. Addatur synonymon: P. culmo 7-9-nodi, erecto, spiculis linearibus. *Willb…* *bot. Zeit.* 1821. *p.* 393. *van Hall. Spec. bot.* p. … *Fl. Bat.* IV. *p.* 261. Hydrochloa *aquatica* *Hart…* *gram. suec. recogn.* p. 8. β floribus viviparis va… *Hall.*

Obs. Poam *aquaticam* ad Poam minime spectare monet cl. *Pass…* *Denkschr. bot. Gesellsch.* II. *p.* 177. Etiam in *America* b… *reali*.

n. 66. Poa *arundinacea*. Addatur synonymon: *Fl. taur. cauc. Suppl.* p. 56.

Obs. „Gramini[illegible] [illegible]. radix repens. Culmi 1½ orgyae, firmi, arundinac… foliosi, geniculis fuscescentibus veluti constricti. Folia arundinac… longa lataque, carinata, striata; striis isthmis transversalibus c… xis, superne retrorsum scabriuscula, subtus laeviuscula; vaginis str… tis scabris, ad oras utrinque maculâ fuscâ notatis; ligulâ exerti bre… latâ obtusissimâ. Panicula ampla, saepe pedalis, supradecomposit… Radii plures inaequales alternatim et fasciculatim e rhachi exeunt… nonnulli longissimi, tenuissimi, erecto-patuli, superne cum ramul… pedicellisque scabri. Spiculae lineares, glabrae, 4-5, rarius 6-flor… Calycinae glumae ovato-oblongae, flosculis multo minores breviores… que, totae albo-membranaceae, univerves: alterâ minore et angustiore

Corollae valvula exterior oblonga, obtusiuscula, 7-nervis, viridis, sub apice saepe violacea, ipso apiculo albo membranaceo. Nimia cum *aquatica* affinitas." *M. a B.*

g. 560. n. 67. Poa *maritima*. Addatur synonymon: *Fl. Dan. t.* 1626. *van Hall Spec. bot. p.* 80. Hydrochloa *maritima Hartm. gram. suec. recogn. p.* 8.

„Differt a *distante*: radice repente; paniculâ magis depauperatâ; floriferâ patente, rarissime divaricatâ, fructiferâ contractâ nec deflexâ; locustis majoribus, flosculis longioribus, acutioribus, minime retusis." *van Hall.* l. c.

Obs. Utrum P. *maritima Mühlenb. Descr. ub. p.* 149 hujus loci, ipsi auctori dubia. „Culmus 1 1/2 ped. vaginae foliaque lineari-lanceolata glabra striata, etiam rhachis paniculae. Rami terni, medio breviore, ramulis sub calyce sensim incrassatis. Spiculae 4-florae. Valvula calycina altera latior; obtusa, corollinae margine albae, apice purpureae acutae, basi glabrae." *Mühl. in maritimis N. Angl.*

g. 562. n. 75. Poa *pectinacea*. Addatur synonymon: Poa *pilosa Mühlenb. Descr. ub. p.* 141.

Culmus spithamaeus, obliquus et procumbens, nodosus, subangulatus. Folia lineari-lanceolata, 5-nervia, basi pilosa. Ligula barbiformis: vaginâ striatâ glabrâ, collo pilosâ. Panicula erecta, demum diffusa, ramis aggregatis, inferioribus 4-6, superioribus solitariis, flexuosis, basi nodosis, pilosis, ramulis scabris. Spiculae 4-12-florae, apice purpurascentes. Valvulae corollinae obtusae, basi glabrae. Semen oblongum, rubellum. *Mühlenb.* Anne potius Eragrostis?

n. 75 a. Poa *conferta Elliott*; paniculis erectis, longis, axillaribus terminalibusque; ramis conglomeratis, glomerulis sessilibus; flosculis membranaceis; spiculis pectinatis serratisve. *Nutt. gener. p.* 67.

Flores omnes, ut in sequente, decidui. *Nutt.* (qui cum sequente et Eragrostibus et Megastachyis pluribus inde sectionem propriam Brizomatum.)

n. 75 b. Poa *nitida Elliott.*; culmo erecto, glaberrimo; foliis basi ciliatis; paniculâ diffusâ, capillaceâ; spiculis suboctofloris; valvis corollinis trinervibus. *Elliott* l. c. *p.* 162. *Nutt. gen.* I. *p.* 67.

g. 563. n. 80. Poa *bifaria*. Addatur synonymon: P. glabra; culmis strictis, 1-2 ped.; spicâ terminali, strictâ, secundâ; spiculis sessilibus, alternis, bifariis, inferioribus 4-6-floris, superioribus multifloris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 333. *n.* 1.

Culmus simplex, 1-2 ped., subcompressus, glaber, uti folia parva. Spicae 4-8 poll.; spiculae lanceolatae. *Roxb.* l. c. *In montibus, siccisque.*

Pag. 564. n. 81. Poa *coromandeliana*. Addatur synonymon *Roth nov. plantt. Spec. p. 70.*

Obs. Clo *Roth* etiamnum Poa *riparia* vix diversa videtur a *coromandeliana;* speciminibus enim utitur, in quibus spiculae nunc infra, nunc circa, nunc supra spicae medium ad unum latus vergunt, nunc omnino distichae, ut in *fig. Pluk.* Specimen sibi prae oculis habuisse videtur divus *Vahl* in *bifaria*, cujus spiculae in superiore spicae parte recurvatae erant. In *coromandeliana* rad. cespitosa, fibrosa, multiceps. Culmi filiformes, teretes, laeves, pedales et ultra. Folia convoluto-setacea, laevia; radicalia in cespite denso, 1-2 1/2 dig., crassitie setae porcinae; culmea crassiora, strictiora, breviora. Spica 1 1/2 dig. et ultra, utrinque compresso-plana, speciosissima, ambitu oblonga, ultra 1 1/2 unc. saepe lata. Rhachis glabra, subflexuosa, altero latere teres, altero foveolata. Spiculae elliptico-lanceolatae, glabrae, 3-6 lin., 16-30-florae; inferiores sejunctae, superiores sibi contiguae. Calycis glumae lanceolatae, carinatae, mucronatae, spiculae adpressae, rigidae, exterior basi latior, maximam partem in rhacheos fovea latitans. Flosculi imbricati, distichi ut in *Cypero*. Corollae valvula exterior rigida, ovata, lata, fere subcordata, obtusa, trinervia, carinata, compressa, laevis, margine membranacea, interior ovata, dorso ad marginem pilis brevissimis. *Roth.*

n. 81 a. Poa *Uniolae Schrad.*; culmis erectis; foliis involuto-filiformibus, rigidis, curvis, vaginisque glabris; spica basi compositâ, disticho-secundâ; spiculis lato-ovatis, 5-10-floris; floribus liberis; calycibus acuminatis, glabris; corollinâ valvulâ exteriori basi pilosâ. *Schrad.* in *Gött. Gel. Anz.* 1821. *n.* 208. *p.* 2074. Cynosurus *Uniolae Linn. Syst. Veg. ed. nostr.* II. p. 518 (cum omn. synon.)

Obs. Characteribus Cynosuri minime respondere, et convenire plerisque cum Poa *bifaria*, *acuminata*, *maypurensi*. *Schrad.*

n. 81 b. Poa *papillosa Schrad.*; culmis erectiusculis; foliis involuto-filiformibus, rigidulis, vaginisque pubescentibus; spicâ simplici, disticho-secundâ; spiculis ovatis, 5-6-floris; floribus liberis; calycibus acuminatis, papilloso-hirtis; corollinâ valvulâ exteriore basi pilosâ. *Schrad. Gött. Gel. Anz.* l. c.

Affinis Poae *Uniolae*; sed differt, praeter characteres datos, teneritate omnium partium, vaginarum oris barbatis, et rhachi fortiter flexuosâ. *Schrad. l. c.* *In Promont. b. Sp. Hesse.*

Pag. 564. n. 83. Poa *viscosa*. Addatur synonymon: P. culmo adscendente 9-18 poll., viscoso; paniculâ lineari-oblongâ; ramis (sub) verticillatis, brevibus, patentibus; spiculis 3-12-floris; valvulâ interiore corollae ciliatâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 338. (*Roth nov. plantt. spec. p.* 67.)

Culmi numerosi, diffusi, ramosi. Folia parva, margine involuta, vaginis internodio brevioribus, ore pilis longis, tenui-

bus, albis. Panicula 2-4 poll., ramis expansis, sessilibus. Spiculae 3-4 (supra 12!)-floris. *Roxb. l. c.* *In pascuis siccis.*

Pag. 565, n. 85. Poa *carinata*, Cls. *Steudel* hanc speciem iungit cum Megastachya *replante*.

n. 86. Poa *stricta*. Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec.* p. 96.

Culmus teres, glaber, nitidus, intra paniculam sulcato-angulatus, crassitie fili emporetici. Folia linearia; sulcata, dorso nervis elevatis, asperis, exsiccatione convoluta; vaginae glabrae; ligulae loco margo cartilagineus. Panicula ramis erectis, culmo approximatis, ramosissimis, densifloris; ramulis angulosis, asperis. Spiculae lineares, sordide albae, exiguae. Calycis glumae fere aequales, ovatae, obtusae, subcarinatae, dorso vix asperae. Flosculi alterni, perexigui, floriferi imbricati, fructiferi demum liberi. Corollae valvula exterior oblonga, obtusissima, apice sub lente tenuissime serrulata, costis 3 elevatis, asperis; interior minor, glabra. *Roth.*

n. 87. Poa *interrupta*. Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec. p.* 67.

Rad. cespitosa, fibris albis flexuosis. Culmi plures, 2-3-ped., erecti, basi vaginis tecti, teretes, crassitie pennae corvi, intra paniculam angulosi. Folia linearia, angusta, plana, margine scabra; vaginae laxae, glaberrimae; ligulae loco margo parum elevatus, cartilagineus. Panicula saepe ultra pedalis, elongata, racemosa, erecta, ramorum verticillis distinctis: verticilli inferiores ultra unciam a se invicem distantes, densissimi, superiores magis approximati, laxiores; rami in verticillis inferioribus numerosi, valde inaequales, breviores ad culmum denso compacti, ramosissimi, omnes bi- et trichotomi, erecto-patuli: ramuli approximati, plerumque alterni, nonnunquam subopposiți vel subfasciculati, cum ramis angulosi et scabriusculi. Spiculae omnes pedicellatae, erectae, perexiguae, 3-4-florae. Calycis glumae subaequales, patentes, obtusae, concavae, carina asperiusculae: exteriore paulo latiore. Corollae valvulae membranaceae, obtusae, diaphanae, subaequales, enerves; exterior paulo major, glabra, integerrima; interior apice sub lente tenuissime incisa, margine replicata, pilis brevissimis serrulata. Semina globosa, nitidissima. *Roth.*

Obs. Ab hac fors vix diversa: Poa *interrupta Kön. MS.*; erecta, glabra, 1-3 pedum; ramis paniculae linearis brevibus, remote fasciculatis; spiculis 6-12-floris; semine obcordato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 336. *n.* 8.

Culmi teretes, glabri. Folia angusta, longa, scabra, glabraque. Panicula erecta, 6-12 poll., ramis suberectis, inferioribus praecipue remotis ad duplam longitudinis distantiam, solitariis, binis, ternisque. Spiculae minutae, pedicellatae. Coroll. valvulae glabrae. Semen ut in *ciliata*. *Roxb. l. c.* *Ad margines oryzetorum.*

Pag. 566. n. 89. Poa *aegyptiaca*. Deleatur hic, et reponatur, suadente Link, inter Eragrostes pone *punctatam*.

Pag. 567. n. 95. Poa *tremula*. Pone hanc inserantur:

n. 95a. Poa *chariis*; suberecta, glabra, 1-3 pedum; panicula oblonga, nutans; ramis solitariis, ramosis, adpressis; spiculis 8-12-floris; semine globoso. Poa *elegans* *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 339. n. 15.

Culmi simplices, basi ad pollices aliquot diffusi, ceterum erecti, teretes, glabri. Folia pauca, parva, ubique glabra praeter faucem vaginae barbatam. Panicula ramis erectis, distinctis, remotiusculis, singulo ramo iterum similiter paniculato. Rhachis partialis angulis hispidis. Spiculae pedicellatae, lineares, purpurascentes. Cor. valvula exterior trinervis. Semen glabrum, fuscum. *Roxb.* l. c. *In pascuis humidis.*

Obs. Nomen mutandum ob Poam *elegantem Poir.* antiquiorem. Ca. *Sprengel* eadem videtur cum *elegante Brown* (*speciosa* l. V. ed. nostr.).

n. 95b. Poa *multiflora Roxb.*; suberecta, glabra, 6-18 pollicum; paniculâ reliquae plantae longitudinem excedente, nutante; spiculis confertis, 50-70-floris; semine globoso. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 340. *n.* 16.

Culmi praeter basin nudi, teretes, glabri. Folium unum alterumve breve ad basin culmi, singuli, vaginis fauce pilosiusculis. Panicula oblonga, ramis subsessilibus, brevibus, filiformibus, simplicibus, inferiore uno alterove remoto, superioribus alternis. Spiculae pedicellatae longissimae lineares. Cal. glaber, obtusus. Cor. glabrae valvula exterior trinervis. Semen glabrum, fuscum. *Roxb. l. c.* *In siccis elevatis.*

n. 96. Poa *unioloides*. Addantur synonyma:

P. erecta, glabra, 1-2 pedum; paniculâ ovatâ; ramis brevibus, simplicibus, infra fasciculatis, supra solitariis, horizontalibus; spiculis longe pedicellatis, 16-20-floris; semine oblongo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 340. n. 17.

Culmi infra ramosi, parte quadam decumbentes, ceterum erecti, teretes, glabri. Folia pauca, parva, glabra, ore vaginarum barbata. Panicula dimidiâ totius plantae longitudine, erecta, oblonga, rara; ramis pedunculatis, filiformibus, ut in *multiflora*. Spiculae ovatae, plerumque caeruleo-purpurascentes. Cor. valvula exterior trinervis, ut in *multiflora*. Semen oblongum, glabrum, fuscum. *Roxb.* l. c. *In siccis, elatioribus.*

n. 96a. Poa *Roxburghiana*; suberecta, flexuosa, ascendens, glabra, 18-24 poll.; paniculâ ovatâ, confertâ; ramis solitariis ramosis, expansis, insertionibus pilosis; spiculis

-flora; semine globoso. POA *flexuosa* *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 341. *n.* 18.

Simillima POAE *unioloidi*: habitu BRIZAE *Eragrostis*. Culmi suberecti, teretes. Folia *unioloidis* multo latiora, vaginae ad os magis pilosae. Panicula magna, plerumque dimidiam plantae longitudinem superans, ramis alternis, subhorizontalibus, ramosis, glandulâ fuscâ pilosâ in axilla singula. Spiculae albae, vel pallide virides, lanceolatae. Semen fuscum, glabrum. *Roxb. l. c.* *Ad muros vetustos.*

Obs. Nomen mutandum ob duas jam *flexuosas*, *Smith* et *Host.*

n. 96 b. POA *paniculata Roxb.*; erecta, glabra, 2-4 pedum; foliis longis, ore vaginarum barbato; paniculâ oblongâ, ramis numerosissimis, filiformibus, insertionibus pilosis; spiculis 4-16-floris, valvulis calycis ciliatis; semine globoso. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 341. *n.* 19.

Culmus suberectus, teres, glaber, longitudine paniculae. Folia magna, ore vaginarum pilosissimo. Panicula ramis expansis, insertionibus et subdivisionibus pilis longis, albis, tenuissimis involutis. Spiculae longe pedicellatae, lineares. Corollae valvula exterior apice rotundata, trinervis; interior dorso obsolete ciliata. *Roxb. l. c.* (qui patriam nullam addidit).

n. 96 c. POA *gangetica Roxb.*; cespitibus densis; paniculâ rarâ; spiculis linearibus 30-40-floris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 341. n. 20.

Culmi numerosi, ramosi, glabri, pedales. Folia aliquot parva, glabra. Panicula ovata; ramis remotis, alternis, subdivergentibus, singulo spiculis coacervatis, acuminatis, glabris; flosculis inferioribus deciduis, rhachi flexuosâ nudâ superstite. Calycis valvula utraque flava obtusa. *Roxb. l. c.* *Rarior ad ripas Gangis.*

pag. 568. n. 98. POA *punctata*. Deleatur hic, et transferatur ad ERAGROSTEA pone n. 4, *verticillatam*.

n. 100. POA *nutans*. Addatur synonymon:
P. erecta, glabra, 3-5 ped.; paniculâ contractâ; ramis adpressis, fasciculatis, approximatis; spiculis 8-14-floris; semine oblongo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 337. n. 9. (*Roth nov. plantt. spec. p.* 64.).

Culmi plerumque simplices, teretes. Folia angusta, longa, scabra, glabra. Panicula linearis, 1-2 ped.; ramis filiformibus, pedunculatis, 1-2 pluribusve ex eodem puncto, sed raro distantiâ longitudinis eorumdem. Spiculae pedicellatae. Cal. Cor. glabrae. Semen oblongum, laeve, fuscum. *Roxb. l. c.* qui semine oblongo certissime hanc speciem distingui ab *interrupta*, quâ cum crescit (et quam confer.)

n. 100 a. POA *diandra Roxb.*; erecta, glabra; foliis longis, tenuiter acuminatis; paniculâ lineari, dimidiâ totius

plantae longitudine; ramis sparsis, compositis, expansis, glabris; spiculis 4-8-floris; floribus diandris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car* et *Wall.* I. *p.* 337. n. 10.

Culmi e cespitibus erecti, ramis aliquot, glabri, 3-6 ped. Folia 1-2 ped., tota glabra, in acumen longum tenue attenuata. Panicula 2-3 poll. Spiculae lanceolatae, parvae, glabrae. Corollae valvulae glabrae, obtusiusculae. Antherae purpureae. *Roxb.* l. c. *In Bengalia.*

Pag. 569. n. 104. Poa *sicula.* Addatur synonymon: Brachypodium *unioloides Link Enum. p.* 95. Poa *unioloides Schrank Denkschr. München. Akad.* VI. *p.* 16. Briza *disticha Mönch.*

Pag. 570. n. 106. Poa *rariflora* a clo *Steudel* conjungitur cum *subumbellata*, et destinguitur cum? a *rariflora Desfont.*

Quid Poa *malmudariensis Lejeune Fl. spad.*?
— *radicans Moench?* *)

n. 295. ERAGROSTIS.

Pag. 574. n. 1. Eragrostis *poaeoides.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 87. Poa *Eragrostis Nutt. gen. p.* 67.

Spiculae 3 lin., vix lin. latae. *Etiam in America boreali.*

Obs. Cla *Bertaloni* delenda videtur „quia" ut in litt. monet „certissimo lusus Megastachyae *Eragrostis*" *Brotero* in *Fl. lusit.* annet, se, quod ipsi mirum, nunquam E. *poaeoidem* invenisse in Lusitania, cum Megastachyam *Eragrostin* toties legisset. „Nos in copioso hoc per Rossiam meridionalem gramine paniculam pilis destitutam observamus." *M. a Bieb. l. c.* p. 67. *β* nostrum *Scheuchz.* t. 4. f. 3. ad E. *pilosam* potius spectare *Seb.* et *Maur. prodr. Rom.* p. 51.

Pag. 575. n. 2a. Eragrostis *tephrosanthos*; paniculâ divaricatâ; spiculis 4-9 floris; corollis remotis, trinervibus, ovatis, obtusis; vaginis glabris; ligulâ pilosâ. Poa *polymorpha Sieb. Flor. Mart. n.* 33. Poa *tephrosanthos Spreng.*

Rad. fibrosa. Culmi in speciminibus nostris plus minus spithamaei, cespitosi, binodes, glaberrimi, striati, fere toti vaginis glabris, sulcatis tecti. Fasciculus pilorum utrinque ad vaginae oram. Folia linearia, glabra, plana, e cinereo-viridia, margine scabra, patentia, 1-3 poll. Rhachis ramique flexuosi, sulcati, glabri, inferiores 2-3. Spiculae ovatae, ci-

*) Poa *subnuda*; paniculâ laxâ; spiculis bifloris; flosculis calyce duplo longioribus, glaberrimis *Gmel. S. V.* I. p. 179. *Hall. hist. stirp.* 2. 1474. a nobis divo amico *Römer* notata, ab illo supressa fuit.

aereo-virentes, 1-2 lin. longae. Calycis valvulae membranaceae, diaphanae, breves, ovatae, obtusae. Corollae valvula exterior trinervis, ovata; interior ovato-lanceolata, margine tenuissime ciliata. *In Martinica.* ⊙. Hortulanus Di *Sieber*.

n. 3. Eragrostis *pilosa*. Addatur synonymon: Poa *pilosa* *Sebast*. et *Maur. prodr. Flor. rom. p.* 51. *Link Enum. p.* 87. *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 67, et, hoc teste: Poa *tenella Pall. it.* 3. *p.* 537. *Buxb. Cent.* IV. *t.* 51?

Spiculae 3 lin., 1/2 lin. latae, 10-15-florae, valvulis caeruleis. *Link.*

n. 4. Eragrostis *verticillata*. Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 87. *Brot. Fl. lusit. p.* 103.

Valde affinis E. *pilosae;* spiculae 2 lin., 1/2 lin. latae, 9-11-florae, teneriores, maculâ caeruleâ valvularum ex antheris colorati*s*. *Link.* Culmus adscendens; ligula pilosa; panicula subdiffusa; pedunculi infimi verticillati, ad originem pilosi; spiculae sublanceolatae 9-11-florae; glumae corollinae carinâ serrulatâ. *Ad Tagi Durique ripas.*

Obs. Eragrostis *pilosa* ele *Bertoloni in litt.* eadem videtur ac Eragrostis *verticillata*, quam delere suadet fide speciminum natorum e seminibus hoc nomine olim ab ipso *Cavanilles* sibi missorum.

n. 4 a. Eragrostis *punctata*. Hoc nomine insignanda nunc, fide *Link Enum.* p. 87.:
Poa *punctata Linn.* et *S. V. ed. nostr.* p. 568. n. 98. Poa *punctata*, erecta, glabra, 6-8 pollicum; paniculâ oblongâ; ramis simplicibus, expansis, inferioribus verticillatis; spiculis 12-14-floris, glabris; semine obliquo, oblongo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 339. n. 14.

Culmi erecti, plerumque simplices, teretes, glabri. Folia parva, glabra, ore vaginae barbato. Rami paniculae superiores alterni. Spiculae pedicellatae, remotiusculae, lineares. Cal. et cor. glabra, tenuis, diaphana. Semen oblongum, fuscum, glabrum. *Roxb.* l. c. *In pascuis.* (Valde affinis *verticillatae*, nec nisi foliis angustis et teneritate omnium partium diversa. *Link.*)

n. 4 b. Eragrostis *aegyptiaca*. Hoc nomine, monente nobiscum clo *Link Enum.* p. 87., designanda nunc Poa *aegyptiaca Willd.* et *S. V. ed. nostr.* p. 566. n. 89.

„Valde affinis E. *pilosae*; sed spiculae in ramulis paniculae multo magis confertae, 3 lin., 1/2 lin. latae.“ *Link.*

n. 4 c. Eragrostis *purpurascens;* paniculâ lanceolatâ elongatâ; spiculis appressis, coloratis, glabris, linearibus, 10-floris; valvulâ exteriore trinervi, interiore integerrima,

culmo tereti, subadscendente; ligulâ nullâ; vaginis foliisque glabris. *Spreng. nov. prov. p.* 33. sub Poa *purpurascente*, ut *Link Enum. p.* 88. (qui tamen sub sectione Eragrostidum.)

Venit nomine P. *diandrae* R. Br., quae differt: ramis paniculae indivisis, valvulâ interiore ciliatâ, collo vaginarum pubescente. Facile dignoscitur paniculâ purpurascente. *Spreng. l. c.* Spiculae vix appressae, 1 lin., 1/2 lin. latae. Panicula erectâ, nec nutante; pedunculis strictis; foliis ad oras vaginarum non pilosis dignoscenda. *Link.* l. c. Habitat? in *Tepidario.* ⊙.

n. 4 d. Eragrostis *despiciens;* vaginarum oris paniculaeque axillis barbatis; ramis paniculae arrectis; pedicellis pedunculisque deorsum flexis. *Link* sub Poa *despiciente* (sect. *Eragrostium.*) *Enum. p.* 88.

Culmus 1/2 ped., erectus, laevis. Folia brevia, glabra, laevia, vaginis striatis. Panicula erecta, pedicellis flexuosis brevibus. Spiculae lineam longae: valvulae corollinae purpurascentes, obtusae, nervis 3 viridibus, margine ciliatae. *Link* l. c. *Habitat? sub Dio.* ⊙.

Pag. 576. n. 5. Eragrostis *tenella.* Addatur synonymon: E. erecta, glabra, 1-2 pedum; paniculâ lineari-oblongâ verticillatâ; spiculis pedicellatis, 4-6-floris, glabris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 576. *n.* 5. (Poa *tenella Link Enum. p.* 88.)

Culmi teretes, glabri. Folia glabra, vaginae fauce multum barbatae. Rami paniculae filiformes, expansi, ramosi, ad insertiones et subdivisiones pilis semper aliquot longis, tenuibus. Cal. et cor. glabra. Semen ovatum, fuscum, glabrum. *Roxb.* l. c. *In pascuis.*

Obs. Post hanc posuit cls. *Link* in sectione *Eragrostium* aliam Poam *abyssinicam Jacq. S. V. ed. nostr. p.* 561. n. 41.

n. 5 a. Eragrostis? *bahiensis Schrad.*; culmis erectis simplicibus; foliis lineari-setaceis, strictis; vaginarum ore barbato; paniculâ ramosâ patulâ; spiculis oblongo-linearibus multifloris; valvulâ corollae exteriori ovatâ, breve acuminatâ, trinervi, interiori persistente. Poa *bahiensis Schrad. MS.*

„Ob rudimentum masculi floris, licet minimi, affinitas sem[illegible] cum Chloride, nec cum ullo alio genere commode co[illegible] nondum gramen. Culmus erectiusculus, filiformis, 1-pe[illegible] nodi breves, glabri. Folia glauco-viridia, linearia, as[illegible] inferiora non raro pilis adspersa, superiora nuda. supre[illegible] plerumque convolutum. Vaginae compressae, costâ do[illegible] margineque asperae, ad oras pilis erectis. Ligula margo br[illegible] vissimus, membranaceus, incisus. Spicae 3-5, lineares, [illegible] cundae, digitales et palmares, basi pilis adpressis, densè [illegible] bricatae Spiculae sessiles, rhachi adpressae partiali line[illegible] subtriquetrae, asperae, rectae. Calycis glumae uniner[illegible] membranaceae, lanceolatae, subulatae, valde inaequales, [illegible] carinatae, dorso scabrae: exterior triplo minor; interior [illegible] aristam scabram, rectam, duplo breviorem attenuata. [illegible] lae ☿ valvulae aequales apice bidentatae, lanceolatae: e[illegible] basi pilis adpressis, oblongo-lanceolata, dorso glabra, [illegible] apice aristâ erectâ, scabrâ, valvulâ quadruplo longiore: [illegible] terior mutica. Antherae 3, oblongae. Germen apice [illegible] tatum. Stigmata violacea, plumosa. *Roth l. c.*

n. 6. Chloris *pallida.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 104. Andropogon *patulus Moench.*

Affinis *radiatae*, et vix diversa. Spicae breviores, pallidae [illegible] fuscescentes. *Link.*

n. 6 a. Chloris *montana Roxb.*; spicis digitatis, [illegible] cundis, basi coadunatis: floribus hermaphroditis ci[illegible] aristatis; neutro valvulis 3 muticis. *Roxb. Fl. ind.* [illegible] *Car.* et *Wall.* I. *p.* 331. *n.* 2.

Differt a *barbata* spicis 4-6, basi coadunatis; structurâ [illegible] neutrius, colore aristarum stramineo. *Roxb.* l. c. *montosis tantum.*

Pag. 608. n. 7. Chloris *barbata.* Addatur synonymon: Chl. spicis digitatis secundis; corollâ hermaphroditâ ci[illegible] aristatâ; neutrâ valvulis 2 aristatis. *Roxb. Fl. ind.* [illegible] *Car.* et *Wall.* I. *p*, 331. *Rheed. Mal.* XII. *p.* [illegible] 51. *n.* 3.

Culmi basi repentes, ramosi, geniculis omnino glabris. Fo[illegible] prope basin bifaria, basique suâ et ad os vaginae cili[illegible] Spicae terminales 6-12, sessiles, secundae, expansae, [illegible] poll. Rhachis striata, nec pilosa, nec articulata. Flores [illegible] dicellati, alterni, serie duplici extus in spicis. Cal. bi[illegible] valvulis 2 membranaceis, muticis: flos inferior sessilis, [illegible] rollae valvulis 2 inaequalibus, ciliatis, basi pilosis, exter[illegible] aristâ longâ coloratâ. Flos alter semper neuter, brevior [illegible] dicellatus, valvulis 2 obcordatis, aristatis: margine aristu[illegible]

coloratis. *Roxb. l. c.* *Etiam in Brasilia;* fide specim. C. *Princ. Neow. Schrad.*

n. 7 a. Chloris *Roxburghiana;* spicis 10-20 fasciculatis; lumâ exteriore floris hermaphroditi margine ciliatâ; flosculis 2 neutris: valvulis solitariis glabris. Chloris *polystachya. Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 352. *n.* 4.

Culmi basi parum decumbentes, dein erecti, circiter 2 ped. Folia ut in aliis graminibus „(!)" glabra. Spicae in fasciculo subumbellato, subfastigiato, terminali secundo, spiculis distichis, 2-3 poll. Cal. valvulae 2 inaequales, lanceolatae, naviculares, glabrae, persistentes, muticae, flore unico ☿ bivalvi, aristato; 2 pedunculatis neutris. *Roxb. l. c.* *In Peninsula Indiae.* (Nomen mutandum, cum jam sit Chl. *polystachya Swed.*)

n. 7 b. Chloris *inflata Link;* vaginis glaberrimis; spicis vicenis; valvulâ (exteriore) corollae flosculi hermaphroditi apice (longe) ciliatâ; flosculis duobus neutris, aristatis, inflatis. *Link Enum.* p. 105.

Culmus 2-3-ped., laevissimus. Vaginae teretes, ligulâ brevi. Spicae ultra 3 poll. Rhachis ad flores pilis sparsis. Flos ☿ bivalvis: valvula exteriore carinâ aristâ 5 lin.; interior aequalis, non ciliata. Flos neuter primus valvulâ inflato-concavâ, aristatâ; alter a primo involutus versus florem ☿ similiter valvulâ inflato-concavâ-aristatâ. *Link.* *In California.* ♃. Legit *de Chamisso.*

n. 7 c. Chloris *fasciculata Schrad.;* foliis margine scabris; spicis numerosis, umbellato-fasciculatis; valvulis corollinis integris: exteriori hermaphroditi margine longe ciliatâ, apice cum corollina sterilis et calycina interiori mucronatâ. *Schrad. MS.*

Affinis *polydactylae.* Culmi bipedales et altiores. Vaginae subcompressae, glabrae; ligulâ obsoletâ. Spicae circiter 18, tripollicares, erectiusculae, curvatae. Spiculae subsessiles, biflorae. Calycis lacinia interior major, hermaphroditum vix superans, cujus valvula corollina exterior nonnisi margine (nec simul carinâ dorsali ut in *polydactyla*) pilis longis ciliata. Flos sterilis glaber. *Schrad.* *In Brasilia.* *Princeps Sereniss. Maximil. Neowidens.*

n. 8. Chloris *polydactyla.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 105.

Obs. Haec et *barbata* et *compressa* fasciculis pilorum ex spicâ truncata glumae exterioris corollae floris hermaphroditi dignoscenda. *Link.*

p. 609. n. 10. Chloris *compressa.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 104.

Flos neuter aristatus includit flosculum minutum muticum. *Link.* Clo *Jacquin.* fil. eadem videtur, quae *polydactyla Swartz.*

Pag. 610. n. 11 a. Chloris *megastachya Schrad.*; foliis margine scabris, basi ciliatis; spicis 5-6nisve divergentibus; valvulis corollinis integris, glabris: exteriori truncatâ aristam valvulâ 3-4plo longiorem emittente. *Schrad. Plant. Mar. Hort. Götting. Fasc.* 1.

Radix perennis. Culmi pedales et ultra, subcompressi. Folia cum vaginis glaucescentia. Vaginae compressae, glabrae; ligula pilosa. Spicae 3-4 pollic., sessiles; rhachi scabra. Spiculae pedicellatae, saepe coloratae, biflorae: flore altero hermaphrodito sessili; altero neutro, pedicellato. Calycinae valvulae carinâ scabrae. Flos sterilis aristâ breviori quam in hermaphrodito terminatus. *Schrad. In Nova Hollandia.* ♃.

Obs. Occurrere passim nomine Chl.' *dolichostachyae* in hortis, et abunde ab hac diversam esse, *Schrader in litt.*

Pag. 610. n. 13. Chloris *truncata*. Addatur synonymon: Chloris *dolichostachya Lag.*; spicis fasciculatis, subsenis, longissimis, rectis, divaricatis; calyce inaequali, acuminato; corollâ truncatâ, glabrâ; aristis coloratis, longissimis. *Spreng. N. Entd.* III. *p.* 16. et, fide *Sprengel*, Chl. *truncata R. Brown prodr. nov. Holl. p.* 186.

Culmi cespitosi, sub dio culti pedales, vaginis foliorum ancipitibus, glabris tecti. Ligula o. Folia basi longe ciliata, caeterum glabra, striata, breviuscula, obtusiuscula. Pedunculus nudus, glaber, teres. Spicae ex eodem apice culmi e callis fuscis pubescentibus, horizontales vel parum deflexae, dodrantales, lineares, strictae (supra divaricatae dicuntur). Rhachis triangularis, glabra. Flosculi secundi, alterni, pallide rufi. Valvae calycinae inaequales, lanceolatae, muticae, rubrae. Corollae 2 truncatae, glabrae, altera equitans; valvae exteriores longissime aristatae, aristâ rubra rhachi appressâ. *Spreng. In nova Hollandia et ins. Philippinis.*

Pag. 611. n. 18. Chloris *Tetrapogon*. Addatur synonymon: Tetrapogon *villosus Trin. Fund. Agr. p.* 760.

n. 20. Chloridem *filiformem* nunc *tenuem* esse dicendam monet *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 614, quia eadem planta cum Actinochloa *tenui*.

Pag. 612. n. 23. Chloris *dolichostachya*. Est, fide *Sprengel*, eadem cum Chl. *truncata*.

n. 29. Chloris *tenella Roxb.*; spicis solitariis; spiculis floribus 3-4 (5) hermaphroditis, aristatis, rudimentoque neutrius. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 330 *n.* 1.

Culmi delicatuli, erecti, glabri, circiter pedales. Folia ratione plantae magna, glabra, mollia. Spicae secundae, vix 2 pollic., spiculis alternis, alternae distichis. Flos neuter intimus, an

valvis. Cal. bivalvis, valvulis inaequalibus, late lanceolatis, glabris, acutis, persistentibus. Cor. ☿ bivalvis: valvulâ exteriore obcordatâ, cucullatâ, aristatâ, margine glabrâ, nervis 3 pilosis in dorso; interiore oblongâ, margine ciliatâ, semper muticâ. *Roxb. l. c.* *In Peninsula Indiae raro.*

n. 26. CHLORIS *gracilis*. Addatur synonymon: LEPTOSTACHYS *gracilis Meyer Essequ. p.* 74. *n.* 1.

p. g. 613. n. 27. CHLORIS *digitaria*. Addatur synonymon: LEPTOSTACHYS *digitaria Meyer Essequ. n.* 4.

n. 28. CHLORIS *dubia*. Addatur synonymon: LEPTOSTACHYS *dubia Meyer Essequ. n.* 6.

n. 30. CHLORIS *Durandiana*; spicis plurimis subverticillatis, digitatis, glabriusculis; perigonii hermaphroditi glumâ exteriore et flosculi sterilis rudimento infra apicem aristatis: aristâ longâ. CHLORIS *gracilis Durande Chlor. p.* 10 *et* 21. An ACTINOCHLOA *tenuis?*

Rad. fibrosa. Culmi adscendentes, pedales et ultra, glaberrimi, ad lentem striati, geniculis primis radicantibus. Folia inferiora opposita, patentia, linearia, 1/2 ped., carinata, glabra, infra margine ciliata, ceterum margine retrorsum scabra, carinâ aequabili. Vaginae compressae, glabrae, margine obsolete ciliatae. Ligulae erectae, semilunares, bifidae, crenatae. Flores in spicis horizontalibus 10-20 in quolibet pedunculo, alterni secundi, duplici serie conferti. Cal. glumis 2 lineari-lanceolatis, acuminatis, membranaceis: exteriore duplo majore purpurascente. ☿ sessilis, glumis 2 subaequalibus, exteriore ovato-lanceolatâ, membranaceâ, nervis 3 viridibus, apice truncatâ, emarginatâ, infra apicem aristâ longissimâ, purpureâ, hirsutâ, subtortili; interiore paulo minore, acutâ, muticâ. Rudimentum flosculi neutrius gluma parva, longe pedicellata, glumae interiori ☿i adpressa, aristâ fere ut in ☿o. Semen hilo fuscescente. *Durande.* Habitat? Nomen mutandum erat, cum jam sit CHL. *gracilis.*

Quid CHLORIS *emarginata Beauv.* apud *Steudel?*
— *longibarba Mich.* ibidem?

n. 311. EUSTACHYS.

g. 613. n. 1. EUSTACHYS *petraea*. Addatur synonymon: CHLORIS *petraea Mühlenb. Descr. ub. p.* 613.

Culmus 3-pedalis. Cal. mucronatus emarginatus *Mühlenb.* Planta americana diversa fors a *capensi?*

n. 312. STREPTOGYNA.

g. 614. n. 1. STREPTOGYNA *crinita*. Addatur synonymon: *Poir. Enc. meth. illustr. gen. Suppl.* p. 545. *t.* 912.

Mém. Acad. Petersb. 1812. *p.* 515. sub AIRA *macrantha.* AIRA *macrantha S. V ed. nostr. p.* 685. *n.* 16.

Culmi cespitosi 1 1/2 palm., florentes, ultra medium aphylli. Folia vix unciam longa, lanceolata, plana. Rhachis scabra; rami brevissimi 3-4-flori. Spiculae ovatae biflorae. Glumae omnes acuminatae compressae, carinâ serrulato-scabrae. Differt a *cristata* foliis omnibus latioribus glabris, ligulâ elongatâ; a *glauca* flosculis calycem excedentibus; ab utraque caule humiliori floribus humilioribus. *Ledeb.* In *jugo montium Jablannoi-Chrebet.* ♃. Communicavit *Tilesius.*

n. 4. KOELERIA *pensylvanica.* Addatur synonymon: AIRA *truncata Willd. Enum. Suppl.* 7. (fide *Link Enum.* p. 78, et)

Culmus fragilis. Folia glabra, striata, scaberrima. *Link l. c.* Confer AIROPSIN *obtusatam.* Glo *Steudel* nempe huc spectare videtur EATONIA *purpurascens Rafinesque* et HOLCUS *striatus Barton.*

n. 4 a. KOELERIA *nitida Nutt.*; spicâ elongatâ, lobatâ: lobis appressis, approximatis; spiculis oblongo-ovatis, glabris, muticis: inferioribus bi-, superioribus trifloris, utrique rudimento setaceo; pedicellis brevissimis; foliis vaginisque subpubescentibus; ligulâ pilosâ. *Nutt. gen. p.* 74.

Culmus circiter spithamaeus, glaber, striatus. Folia brevia; vaginae longae. Spica 2 circiter poll.; spiculae virentes, scariosae, nitidae, compressae. Cal. inaequalis, carinatus, acutus; valvula major linearis, oblonga, glabra, carinâ sub lente ciliatâ. Cor. calyci similis. Affinis *cristatae*, structurâ floris DACTYLIDI. *Nutt.* In planitie ad Missouri. ⊙?

Pag. 622. n. 6. KOELERIAE *valesiacae* adde synonymon: KOEL. *valesiana*; racemo spicato, densifloro: spiculis bifloris, glumis ovato-lanceolatis, acuminatis, inaequalibus; flosculis calyce sublongioribus; foliis lineari-angustissimis, glabris. *Bertolon. in litt.* (cum synonymia nostra praeter *Gaud., P. de Beauv.* et *Fl. fr.*; *Allion.* vero fide specim.)

Folia vaginaeque glabrae; culmus hic quoque sub racemo levissime puberulus, externe glaber. Racemus cylindraceus, minime interruptus. Spiculae 3 lin. longae, magnitudine ideo intermediae *parviflorum* inter et *grandifloram.* Glumae quoque formae intermediae. Reliqua omnino ut in his *Bertol.*

n. 7. KOELERIA *setacea.* Addatur synonymon: *Moretti* in *Giorn. di Fisica Dec.* II. *T.* V. 5. *Bim.* p. 323. et, hoc teste: KOEL. *splendens*; paniculâ spiciformi glaberrimâ; locustis bifloris, acuminatis, muticis: paleae inferioris carinâ scabrâ; foliis inferioribus planis, linearibus

Schrad. In *Brasilia*. *Princeps Serenis. Maximil. Neowidens.* ♃.

n. 4. PAPPOPHORUM *cenchroides etc.*

n. 317. ECHINARIA.

n. 1. ECHINARIA *capitata*. Addatur synonymon: KOELERIA *echinata* *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 67.]

n. 319. RHABDOCHLOA.

g. 618. n. 2. RHABDOCHLOA *mucronata*. Addatur synonymon:

ELEUSINE *mucronata* *Mühlenb. Descr. ub. p.* 134.

Div. *Mühlenberg* huc, praeter DACTYLOCT. *mucronatum Willd.* et CHLOR. *mucronatum* etiam CYNOSURUM *aegyptium* L. laudat, et sic cli *Poiret* observationem confirmat. „Culmus oliquus, nodosus, 1 1/2 ped., procumbens basi, nodis glabris. Folia lanceolata, elongata, alterna et opposita, margine ciliis radicatis. Ligula barbiformis. Vaginae striatae, glabrae, ore, inferiores etiam dorso, pilosae. Spicae 4-5 digitatae, horizontales, basi pilosae. Flosculi secundi. Semen rugosum, fuscum." *Mühlenb.*

n. 3. RHABDOCHLOA *virgata*. Addatur synonymon:

CHLORIS *virgata* *Roth nov. plantt. spec. p.* 618.

Obs. „Specimen ex India orientali, a dir. *Heyne* nomine ANDROPOGONIS *mucronati* communicatum, recedit ab occidentalibus: culmo ramoso, foliis longioribus, linearibus, vaginis laxis." *Roth* l. c.

g. 619. n. 4. RHABDOCHLOA *domingensis*. Addatur synonymon:

LEPTOCHLOA *domingensis*; foliis glabris; vaginis hirsutis; paniculae laxae basi barbatâ; spiculis subsessilibus subquinquefloris; valvulâ corollinâ inferiori apice bifidâ longius setigera; caule perenni. *Nees ab Es. Sylloge in bot. Zeit.* 1823. *Link Enum. p.* 105. *Trin. Fund. Agr. p.* 133. POA *domingensis* *Pers.* sec. *Beauv.* LEPTOSTACHYS *domingensis*. *Meyer Essequ. p.* 74. *n.* 3.

Character aristir innixus fallax. Differt à LEPTOCHLOA *virgata* primo adspectu spiculis approximatis, nec praesertim basin versus, magis dissitis. *Link.*

n. 320. KOELERIA.

g. 619. n. 1. KOELERIA *cristata*. Addatur synonymon: *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 60. *van Hall Spec. bot. p.* 83. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 8. FESTUCA *dactyloides* *Roth nov. plantt. spec. p.* 78. —

vφ δ addenda, fide *Steudel*; POA *cristata Krock.* et *aristata Leers.*

Obs. I. KOELERIA *cristata* a clo *Bertoloni* sic reformatur: KOELERIA *parviflora Bertol.*; racemo interrupto; ramis inferioribus elongatis; spiculis bifloris; glumis lanceolatis, acuminatis, inaequalibus; flosculis calyce longioribus. AIRA *cristata Linn. Spec.* p. 94. *Smith brit.* 1. p. 83. *Engl. Bot.* t. 648. *Sibth.* et *Smith prodr. Fl. graec.* I. p. 49. *Huds.* p. 33. *Schreb. germ.* I. p. 766. n. 1. *Allion. Pedem.* 2. p. 242. n. 2111 (fide specim.) POA *cristata With.* p. 145. *Relh.* p. 38. *Sibth.* p. 42. *Krock. Siles.* 1. p. 130. n. 132. t. 16. *Host. Gram. Austr.* 3. p. 54. t. 75. POA *pyramidalis Poir. Enc. meth.* V. p. 76. n. 17. Gramen pumilum hirsutum spicâ purpureâ argenteâ molli. *Raji syn.* 396. Gr. spicâ cristatâ subhirsutum. *Moris. Ox.* S. VIII. t. 4. f. 7.

Rad. caespitosa, tomentosa. Culmi erecti a spithama ad 1 1/2 ped., nunc, superne nudi, nunc toti glaberrimi, nunc sub racemo tenuissime puberuli. Folia linearia, angusta, nunc glabra, nunc pubescentia, nunc ciliata, caulina superiora brevissima. Vaginae striatae longae et ipsae glabrae vel pubescentes more foliorum. Ligula brevissima, truncata, erosa. Racemus ramis inferioribus prae summis elongatis, in anthesi laxus, pyramidalis, extra anthesin strictissimus. Rhachis tenuissime puberula. Pedicelli calycibus longe breviores. Spiculae ovato-lanceolatae, 2 lin. Cal. passim biflorus. Glumae carinatae, utrinque nervosae, dorso virides, glabrae vel plus minus pubescentes, margine scariosae argenteo-nitidae, subinde purpurascentes, mucrone in aristulam brevem terminato. *Bertol.* In om. *Europa.* ♃. Confer KOELERIAM *grandifloram*.

Obs. II. Cl. *Panzer Denkschr. bot. Gesellsch.* II. p. 179 monet genus KOELERIAE nonnisi hac *cristata* et *glauca* rite consistere; KOELERIAM *valesiacam Allion.* et *hirsutam Schrad.* convenire spicastachyo diphyllo bi- s. trifloro, flosculos plus minus superante: foliolis lanceolatis, acutis, subaequalibus; calyce monophyllo, lanceolato, acuto, aristato muticove; corollâ monopetalâ, lineari, argenteo-scariosâ, apice fissâ, laciniis acutis, aequalibus; atque hinc excludendas species haud rite huc ductas, videlicet: KOEL. *albescentem Dec.*: FEST. *phleoidem Vill.*; PHALAR. *pubescentem Poir.*; POAM *pavonianam* et PHALAR. *phleoidem Willd.* — KOELERIA *cristata* δ. *gracilis Pers.* clo *Trinio Fund. Agr.* p. 144 species propria videtur. AIRA *gracilis?* Si cls. *Trinius* l. c. cum tot aliis nomen primum, AIRAM restituendum censet „praesertim cum *Koeleri* nomen jam aliud plantarum genus insignitum fuerit" fallitur; KOELERIA nam *Willd.* antiquissima RUMEA *Poiteau* est: et nomina antiqua, post Linnaeum indita plantis, pie servanda, etiamsi *Schreber* et *Willdenow* arbitrarie saepius eadem mutassent. AIRAE praeterea genus cum KOELERIIS jungi nequit.

Pag. 620. n. 1 a. KOELERIA *intermedia Fries.*; culmo apice pubescente; foliis radicalibus subsetaceo-linearibus, glabris; glumis acutiusculis; ligulâ brevissimâ. *Fries. Novit. Fl. suec.* P. II. *Ahlquist Fl. Runsten.* p. 7.

Nova species, vel distincta, vel e *cristata* et *glauca* composita. *Ahlqu.* *In arenosis templum Runsten inter et Moeckleby.*

n. 1b. Koeleria *paniculata* *Nutt.*; paniculâ oblongâ, glabrâ; spiculis bi- trifloris, nitentibus; glumis muticis; valvulis calycinis maxime inaequalibus: majore truncatâ, obtusâ. *Nutt. gen.* II. *Addend.*

Affinis Airae *cristatae* *Smith*, sed multo major. Folia et vaginae longa. *Nutt.* *In Florida orientali. Say.*

n. 1c. Koeleria *grandiflora* *Bertol.*; racemo spicato, inferne subinterrupto, ramisque abbreviatis; spiculis bifloris; glumis ovatis, acuminatis, inaequalibus; flosculis calyce sublongioribus. *Bertolon. in litt.* Poa *nitida* *Poiret Enc. meth.* V: *p.* 76. *n.* 16. Poa *cristata* *Savi Fl. Pis.* I. *p.* 103. (fide speciminis et descriptionis bonae.) Koeleria *cristata* δ. *Syst. Veg. ed. nostr.* II. *p.* 620.

Grandior, robustior, magis pubescens Koel. *parviflorâ*, cum pubescit; est enim et glabra. Racemus contractus, ramis inferioribus abbreviatis, non tamen densifloris; ubi longior, inferne interruptus. Licet spiculae inflorescentiae tempore paululum laxentur, racemus pyramidem *parviflorae* non praefert. Spiculae ovatae 4 saltem linear. Reliqua omnino ut in *parviflora*. *Bertolon.* *In Liguriae et Hetruriae petrosis.* ♃.

pag. 620. n. 2. Koeleria *lobata*. Deleatur, utpote eadem planta cum *glauca*.

Obs. Exc. M. a *Bieb. Suppl. Fl. t. c. p.* 620 sequentem Koeleriae *lobatae* definitionem dedit sub nomine Dactylidis *lobatae*: „paniculâ spicatâ, oblongâ; spiculis subtrifloris, nitidis; glumis acutis; foliis glabris;“ monens se olim habuisse plantam valde macilentam; serius tulisse magis vegetam“ totoque habitu cum *cristata* convenientem, culmi quoque apice et paniculae rhachi leviter pubescentibus, et glumarum nervo dorsali apicem vix supereminente, ita quidem, „eddit“ ut praeter glabritiem foliorum nullam, quae valeat, distinctionis notam inter utramque videam. Planta nostra vegetior non differt ab Aira *glauca*. *Gmelin Sibir.* sub Aira *n.* 24 hanc cum *cristata* conjungit.“

pag. 621. n. 3. Koeleria *glauca*. Addatur synonymon: *Fl. Dan.* 1566. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 8. Dactylis *lobata* *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 71. (qui etiam Airam *cristatam* *Smith brit.* I. *p.* 83. ob folia glabra huc ducit.) Festuca *glaucescens* *Roth nov. plantt. spec. p.* 78.

n. 3a. Koeleria *macrantha*; paniculâ oblongâ, subspicatâ, interruptâ, muticâ; glumis acuminatis; flosculis calycem excedentibus; foliis brevissimis, glabris; ligulâ elongatâ, (ultra medium) bifidâ, margine lacerâ. *Ledebour*

ex apice. Cor. pilis longis sparsis. *Link* l. c. Culmus 4-5 poll., erectus vel adscendens. Folia mollia, striata, circiter lin. lata. Vaginae striatae, villosae glabraeve. Stipula brevis, truncata, lacera. Panicula densa, stricta. Glumae calycinae glabrae; floralis exterior 5-nervis, margine membranacea, pilis albidis longiusculis setosa, parum infra apicem scariosum gerens aristam scabram. Gluma interior aeque longa, sed angustior, apice bidentata, circa oram ciliata." *Bertolon.*

Pag. 625. n. 12. Koeleria *brachystachya.* Addatur synonymon:
Link Enum. p. 85. (cui vix nisi spicâ magis interruptâ differre videtur a K. *phleoide*). Dactylis *pungens* Hortul. Bromus *cristatus Spreng.* (fid. specim.)

n. 14. Koeleria *tunicata Presl.*; paniculâ spicatâ, elongatâ; rhachi pilosâ; locustis 4-floris, glabris; paleâ exteriore apice triaristatâ; culmis basi nodosis, reticulato-tunicatis. *Presl Cyperac.* et *gram. sicul.* p. 34.

n. 15. Koeleria? *triaristata*; paniculâ spiciformi, oblongâ; glumis calycinis sulcatis, villosis; valvâ corollae exteriore triaristatâ; vaginis foliorum ventricosis, amplissimis. Aira *triaristata Clarke Reis.* IV. p. 197.

Quid Koeleria *airoides Nutt.* apud *Steudel*?

n. 321. DACTYLIS.

Pag. 625. n. 1. Dactylis *glomerata.* Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub.* p. 136. *Mauri Cent.* XIII. pl. rom. p. 8. *Wahlenb. Fl. ups.* p. 45. *van Hall Spec. bot.* p. 84. *Flor. Bat.* II. p. 102. Addatur quoque: γ. *scaberrima*, spicis hirsutis. *Lapeyr. Supplem.* p. 14. δ. *multiflora Panz.*

γ 4-ped. et ultra, culmo 4-gono. β nostrum etiam in Italia occurrit, et *glomerata Linn.* apud *Viviani* est. α etiam in *America boreali*. γ in *Pyrenaeis*, *Port de la Glera*. δ nonnisi spiculis multifloris diversa.

Pag. 626. n. 2. Dactylis *glaucescens.* Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 84.

„Constans quidem permansit; nimis tamen affinis *glomeratae* *Link.* Clo *Bertoloni* in *litt.* omnino jungenda videtur cum *glomerata*, aeque ac sequens *hispanica*.

n. 3. Dactylis *hispanica.* Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 84. Dact. *glomerata Seb.* et *Mauri*.

„Spiculae breviores quam in *glaucescente*, hirsutae; ad illam vero valde accedit." *Link* l. c.

Obs. Utrum D. *cylindracea*, panicula ovato-oblonga, coarctatâ, subtereti; spiculis quadrifloris; valvula corollae externa ad carinam pilosa; arista flosculo paulo longiore *Broter. Fl. lusit.* p. 99. re vera huc pertineat, videant Autoptae; ait etiam: „Haec cum sequente (DACTYLI *caudata*) BROMIS affines nimis, attamen ob spiculas complanatas, nimis coarctatas, et subsessiles, obque valvulas valde scariosas ab ipsis removi. Huic speciei potiùs quam subsequenti (DACT. *caudatae*) FESTUCA *cristata* et BROMUS *rigens Linn.* et *Vandelli* referri debent." Nos ad KOELERIAM *cristatam*, aliorum sequentes auctoritatem, duximus DACTYL. *caudatam Brotero*, quae ergo ibidem II. p. 610. *lin.* 12 aeque delenda, ac BROMUS *rigens Vandelli* sub BROMO *maximo Desfont.* II. p. 662. n. 49. Descriptio DACT. *cylindricae* sequens apud *Brotero l. c.* „Rad. fibrosa, radiculis densis villosisque. Culmi ex eadem radice plures paucioresve pro solo, 2 poll. — pedales et ultra, glabri, bi- et trinodes, erecti, inferne incurvi foliis toti vaginati si breves, seu us pedunculis (culmis?) terminalibus longe nudis. Folia utrinque pubescentia, vaginis maxime ad oras pilosis, ligulâ lacero-ciliatâ. Panicula 1 1/2 - 3 poll. Spiculae subsessiles complanatae, erectae ante et post florescentiam, patulae in anthesi, et tunc panicula latiuscula, saepius quadri-, raro 3-5-rarissimo 6-florae, aliquae flosculo extremo sterili. Valvulae calycinae saepissime glabrae, inaequales, acutae; alia angusta brevior paulo, altera latior lateribus membranaceis, valvulae corollae subaequales, bifidae, externa altior, latior, carinâ saepius pilosâ, interdum glabra, vix ad lentem scabra, lateribus scariosis, apice leviter bifido, ex emarginatura aristato, aristâ brevi, ad 1/2, 1 lineam ut plurimum, extra lacinias protensa; valvula interna membranacea bifida, subplana, paulo minor, mutica. In glareosis maris circa Conimbricam etc. ⊙. Nobis interea ad KOEL. *phleoidem* S. V. II. p. 613. n. 10 spectare videtur ex descriptione. Hinc

DACT. *caudata*, paniculâ ovato-oblongâ, subspicatâ, lobatâ; spiculis subquadrifloris; valvulis corollae glabris, bifidis; aristâ flosculo dimidio et ultra longiore *Brot. Fl. lusit.* p. 100.

Nobis nil aliud videtur quam prioris varietas, circa quam l. c. *Obs.* 2. mentionem fecimus, ut patebit ex descriptione a *Brotero* data: „Rad. fibrosa annua, radiculis pilosis. Culmi plures ex eadem radice semipedales, pedales, aut paulo ultra, adscendentes, glabri, simplices, aut inferne ramosi et tunc multinodes; rami una cum culmo eâdem vaginâ folii vaginati, culmo paulo breviores. Folia utrinque pubescentia, uti et vaginae margo; ligula lacero-ciliata. Panicula 2-4 poll., ante et post florescentiam coarctata in formam ovato-lanceolatam, lateribus lobatam, in anthesi laxâ, ramis primariis patentibus. Spiculae obovatae, approximatae, subsessiles, complanatae, erectae, saepius quadriflorae, raro triflorae, flosculis laxis. Calycis valvulae glabrae, carinâ (sub lente) scabrae, marginibus scariosae, acutae, alia valde aliâ longior latiorque. Corollae valvulae semper glabrae, bifidae, subaequales; externa latior, carinata, lateribus membranaceis, ex emarginatura aristata, arista extra lacinias ad 1 1/2 lin. protensa, interna omnino membranacea, subplana, bifida, mutica. Cum praecedente. ⊙.

g. 627. n. 5. DACTYLIS *maritima*. Adde synonymon:
OA *pungens M. a Bieb. l. c. Suppl.* p. 68., et, hoc teste:

tibus; capitulis globosis; calycibus 6-8-floris, corollisque pilosis; antheris caeruleis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 342.

Culmi late repentes, 4-8 poll. cum ramis suis floriferis, erecti, firmi, lignosi, teretes, glabri, quâ parte erecti vaginis tecti. Folia numerosa, parva, approximata, acuta. Capitulum s. spica terminalis, breviter pedicellata, globosa, spiculis multis confertissimis, sessilibus, teretiusculis. Cal. glumae aequales, corollâ breviores, obtusae, pilosae. Cor. valvula exterior striata, pilosa, obtusa, interior membranacea, stamina et pistillum involvens. *Roxb.* l. c. *In arenosis salsis maritimis.* Confer *repentem.*

Obs. Haud ita bene Dactylidibus adnumerari, recte monuit div. *Roxburgh.* Cl. *Roth* l. c., quae prius monuerat, confirmat, et descriptio ejus potius cum *lagopodioide Roxb.*; sub cujus nomine etiam a divo *Heyne* tulit, convenit quam cum *brevifolia.* „Culmus nempe apud illum „filiformis, flexuosus, e quovis geniculo ramis spicâ terminatis, totis vaginis tectis; folia linearia, plana, subulata, subulaiuscula, erecto-patula: junibra convoluta, striata. Vaginae foliorum adultiorum margine et ad oras nudae, juniorum ibidem pilosae: ligulae loco barba brevissima. Pedunculus sulcato-angulosus, pubescens, brevis. Spica ex ovato-subglobosa, magnitudine fere fabae equinae, densissime compacta, pilosa, subsecunda. Calycis glumae cum valvula corollae exteriore dorso secundum nervos elevatos pilis flexibilibus, acuminatae, muticae: major altera latere paulo latior: hinc vera Dactylis! Corollae valvula exterior obtusa, arista brevi, interior fere longitudine exterioris, membranacea, obtusissima, mutica."

Pag. 631. n. 17. Dactylis *spicata.* Addatur synonymon: Echinalysium *strictum Trin. Fund. Agr. p.* 142. In re verâ Elytrophorus *articulatus β. de Beauv.?*

n. 18. Dactylis *cynosuroides.* Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec. p.* 74.

„Folia vix ultra 1/2 poll., plana, striata, margine subundulata, ligulâ brevi, membranaceâ, truncatâ. Corymbus subrotundus, nudus, magnitudine pisi vel nucis Avellanae minoris, fuscus: racemi 2-3 lin., dense compacti, subdivisi, secundi, rhachibus inferne pilosis. Spiculae ovato-acuminatae, lineam longitudine, sessiles, dense imbricatae. Cal. subaequalis glumae ovato-lanceolatae, carinatae, compressae, glabrae, margine membranaceae, mucrone aristiformi terminatae: exterior basi spiculam maximam partem amplectens, paulo major, altero latere latiore trinervi, altero paulo angustiore nervis 2 approximatis; interior vix paulo minor, dorso versus mucronem aspera, trinervis. Cor. inaequalis: valvula exterior figurâ et magnitudine glumarum calycis, tricostata, extus setis adpressis fuscescentibus."

n. 323. CHASCOLYTRUM.

g. 633. n. 2. CHASCOLYTRUM *subaristatum*. Addatur synonymon:
CALOTHECA *elegans* *P. de Beauv.*

n. 324. TRICHAETA.

g. 633. n. 1 TRICHAETA *ovata*. Addatur synonymon:
AVENA *ovata* *Gmel. H. Carlsr.*

n. 325. BROMUS.

g. 633. n. 1. BROMUS *secalinus*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 168. *Wahlenb. Fl. ups.* . 40. *Flor. Dan. t.* 1445. *van Hall Spec. bot. p.* 5. *Wallroth Sched. crit. p.* 37. α. spiculis glabris. β. BROMUS *arvensis* *Fl. Dan. t.* 204. (fide *Wahlenberg*). γ. spiculis pubescentibus. *Wallr.* l. c. β. t, hoc teste: BROMUS *grossus* *Desfont.* *Decand.* . BROM. (*hordeaceus*) paniculâ erectâ, coarctatâ. *De Gorter* apud *van Hall l. c.*

Vaginae glabriusculae. *Wahlenb.* Variare in America boreali etiam nodis glabris, atris, paniculae ramis teruis, hispidis, nec quinis pubescentibus *Mühlenb. l. c.*

Obs. Cl. *Steudel* huc ducit BROMUM *squarrosum* *Lam.*, et hujus loci facit BROMUM *multiflorum* *Smith* instar β cum dive *Lapeyrouse*, quod nobis haud sic se habere videtur.

. 634. n. 2. BROMUS *elongatus* *Gaud.* deleatur, est enim, monente *Panzer* *Denkschr. bot. Gesellsch.* II. p. 196, BROMUS *racemosus* *Schrad.* et *Auct.*

n. 3. BROMO *commutato* addatur synonymon:
Link Enum. p. 93. *Wallroth Sched. crit. p.* 36. BROMUS *simplex* *Gaud. Agr. helv.* I. *p.* 296, (fide *Panzer Denkschr. bot. Gesellsch.* II. *p.* 196.) BROMUS *Gaudini* S. V. ed. nostr. p. 635. n. 5. *Buxb.* C. V. *p.* 32. 57. *f.* 1. (fide *M. a Bieb. Suppl. p.* 78.)

Spiculae sine aristis 14 lin; aristae 3 lin. *Link.* Cl. *Steudel* huc adhuc ducit BROMUM *racemosum* *Gaud.*, et, cum? licet, *pendulinum* *Desfont.*, quod nobis haud ita videtur.

n. 4. BROMUS *velutinus*. Addatur synonymon:
BROMUS *commutatus* β. spiculis pubescentibus. *Wallr. Sched. crit. p.* 37. Et exclude BR. *secalinum* β. *Linn.* *l. c.* 2. 96. var. 2, qui, monente *Wahlenberg*, ad *racemosum*, et BR. *grossum* spectat. Quid sit BROM. *multiflorum* *Gaud.* a *Steudel* huc ductus nescimus.

Obs. Bromum *grossum Desfont.* esse, fide epistolae a clo Ste ad eum. *Desfontaines* datae, certissime Bromum secal *Linn.*, et huic jungendum esse Br. *velutinum Schrad.*, Po *Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 580. — Jam quid vero tunc erit Br *calinus Schrad.*?

Pag. 635. n. 5. Bromus *Gaudini* delendus, et hujus loco seratur:

n. 5. Bromus *Trinianus*; paniculâ erectâ; spiculis ceolatis, subcompressis, glabris; aristis glumâ breviori culmo foliisque strictis, mollissime tomentosis. Bromus *mentosus Trinius* in *Mém.* de *l'Acad.* de *Petersb.* —14. *tab.* 9.

Rad. repens. Culmi 1-1 1/2 ped., adscendentes, teretes, st tomento albo, inferne geniculis aliquot. Folia in culmis nioribus approximata, alterna, linearia, patentia, crassa, pungentia, striata, lanugine mollissimâ. Vaginae te striatae, aeque lanuginosae. Ligula brevis, lacinulata. bra. Panicula palmaris contracta, pauciflora. Rhachis ramos inferiores tomentosa, superius scabra, teretius striata, parum flexuosa; rami simplices flexuosi, erecti. bri. Spiculae flavescentes, 6-9-florae, flosculis imbric Glumae calycinae lanceolatae, compressae, glabrae, ins les: majori acutiusculâ tri-, minori acutâ uninervi. Gl corollina exterior elliptico-lanceolata, glabra, superne gine membranacea, nervis 5 hispidulis, sub apice bifido stâ rectâ glumâ triplo breviore: gluma interior exteri aequans; paulo angustior, apice bifida, ad flexurae an ciliata. Axis scaber, truncatus. Germen hirsutum. *T l. c.* *In Gilan.* ♃. Nomen mutandum erat ob Br *mentosum Rhode* antiquiorem.

Pag. 636. n. 7. Bromus *mollis.* Addatur synonymon: *Sebast.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 56. *Bertol Amoen. p.* 117. *van Hall Spec. bot. p.* 86. *Wa lenb. Fl. ups. p.* 41. *Svensk Bot. t.* 456. *Dan. t.* 1324. *Ehrh. Beytr.* V. *p.* 9. Br. *secal β. Linn. suec. n.* 96. *ed.* I. *n.* 84. *Spec. ed.* I. *p.* Br. *secalinus γ. Lam.* τῷ *β*: *nanus*: locustis pa subpedunculatis, erectis, compressis, deltoideo-ovatis; vulis subimbricatis, subpubescentibus, apice acutis; ar capillaribus, brevioribus, rectis. *van Hall l. c.* (cludatur Bromus *hordeaceus Linn.* fide *Wahlenb. racemosum* spectans.) Bromus *compactus* et *multifl Hortulan.* a clo *Steudel* huc trahitur.

n. 8. Bromus *confertus.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 93. Bromus *ovatus Gaertn.* No *Comm. Petrop.* 14. *p.* 537. *t.* 19. *f.* 1. (fide *M. a Bie Fl. t. c. Suppl. p.* 78.)

Spica verticillata, spiculis gracilioribus quam in *molli*, utiq

hirsutis. *Link.* „Spiculae pube variant; mox pubescenti-scabrae, mox hirsutae, maturantibus seminibus divaricatis aristae squarrosae fiunt.“ *M. a Bieb.*

n. 9. BROMUS *racemosus.* Addatur synonymon: *ebast.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 55. *van Hall* *rec. bot. p.* 87. *Wallroth Sched. crit. p.* 36. BR. *ultiflorus Schleich. exsicc.* 3. *n.* 17. fide *Poiret Enc.* *eth. Suppl.* V. *p.* 581. BROM. *hordeaceus Wahlenb.* *l. ups. p.* 40, et, hoc teste, BROM. *hordeaceus Linn.* *ec. ed.* I. *p.* 77. *suec. ed.* I. *n.* 87. *Herbat. ups.* in *moen. Acad.* III. *p.* 440. BROM. *secalinus* β. 2. *Linn.* *ec. n.* 96. BR. *secalinus minor Ehrh. Beytr.* V. *p.* 9.

Paniculae rami subsimplices. *van Hall.* Vaginae pubescentes. Spiculae glaberrimae. Panicula contracta, ut facies *Hordei.*“ *Wahlenb.* qui etiam ⊙.

. 637. n. 10. BROMUS *erectus.* Addatur synonymon: *b.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 56. *Bertolon.* *noen. ital. p.* 118. FESTUCA *montana Savi Fl. pisan.* I. 118. et *Syst. Veg. ed. nostr. p.* 735. *n.* 61. FESTUCA *ecta Wallroth Sched. crit. p.* 35.

BROMUM *erectum* FESTUCAM esse, valva exterior in aristam desinens, glumae interiores nudae, nec pectinato-ciliatae, radix perennis totusque habitus demonstrant.“ *Wallr.* l. c. SCHEDONORUS ergo *erectus* cum rev. *Gaudin* dicendus.

638. n. 11. BROMUS *Biebersteinii.* Addatur synonymon: OMUS *albidus M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 79.

tatura et radix perennis ramosa BROMI *angustifolii*, totus glaber, glauco-viridis. Folia circiter lineam lata: ligulâ brevissimâ. Panicula oblonga: pedicellis spiculâ brevioribus, infimis geminis, plerisque solitariis. Spiculae magnitudine BR. *angustifolii* subsexflorae, glabrae, pallidae. Calycis glumae inaequales: altera ovato-lanceolata, altera minor, multoties angustior subulata. Corollae valvula exterior apiculo membranaceo bifido brevissimo, infra quam arista recta 1-1 1/2 lineam longâ. Valvula interior longitudine exterioris, tota scariosa: margine tantum incrassato, viridi, scabro nec ciliato.“ *M. a B.*

. 11. a. BROMUS *variegatus M. a Bieb.*; paniculâ contâ, subracemosâ; spiculis lanceolatis, nervosis, nudius; aristis rectis glumâ brevioribus; culmo vaginisque is; foliis subpilosis. *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 79.

mi circiter dodrantales, simplices, glabri. Folia culmea 1-1/2 poll., lineam lata, hinc inde pilo, praesertim ad marginem baseos, caeterum nudiuscula: vaginis longis, glabris, striatis, margine apicem versus purpurascentibus; ligula obsoleta. Racemus simplex, 1-1 1/2 poll., spiculis 6-12 alternis, erectis, subcompressis, sub-5-floris, magnitudine spi-

cularum Br. *mollis*, viridi-purpureoque eleganter variegati; pedicellis tenuibus purpurascentibus, infimis vix longitudine spiculae. Calycinae glumae lanceolatae, acutae, flosculis minores, dorso pallide virentes, margine apiceque purpureis, pilis adpressis, parvis, glaucis adspersae, oculo nudo glabrae. Flosculorum valvula exterior lanceolata, nervosa, striata, uti calyx pilis minutis glaucis, pallide virens, apicem versus margine purpureo, tenui, sordide albicante, in denticulos 2 acutos minutos abeunte, quos inter arista recta purpurascens, valvulâ brevior; interior longitudine exterioris, hyalina, nervo marginali ad lentem pubescente. Antherae 3 aurantiacae. Folia radicalia? Radix? videtur. *M. a B.*

n. 12. Bromus *canadensis*. Addatur:

Obs. Clo *Nuttall* fere vix diversus videtur ab *altissimo*. *Mühlenberg* dubitat anne *ciliatus*.

Pag. 639. n. 16. Bromo *lanceolato* addatur synonymon:

Obs. Clo *Link Enum. p.* 93 nimis affinis *squarroso*, et nonnisi glumis longioribus, angustioribus differre videtur. Br. *pentastachyos* plerisque huc refertur, sed differt diagnosis, quam confer. Clo *Steudel* hujus synonymon esse jubet Bromum *lanuginosum β Poir.*

n. 17. Bromo *lanuginoso*; lanceolato nimis affini, tum quam synonymum, fide speciminis, jungendus: Bromus tomentosus *Rohde* n. 57. Procul dubio etiam hujus loci Brom. *turgidus Pers.*, a *wolgensi* paniculâ strictâ diversissimus. *Schrad. in litt.*

Pag. 640. n. 18. Bromus *squarrosus*. Addatur synonymon *Sebast.* et *Maur. prodr. Flor. rom. p.* 54. *Link Enum. p.* 93., qui Bromum *wolgensem Spreng.* vix diversum esse ait.

Obs. Cli *Sebastiani* et *Mauri* varietatem notant *β* minorem, glumis angustissimis, coloratis, de qua dubitant, an eadem cum 7 ... stro; *Barrel. ic.* 8. sine dubio huc trahunt.

n. 18 a. Bromus *vestitus Schrad.*; culmo glabro; foliis vaginisque villosis; paniculâ subsimplici, secundâ, nutante; spiculis 9-11 floris; pubescenti-hirtis; valvulâ corollae exteriori apice bifido-dentatâ; aristâ patulâ, corollam excedente. *Schrad. Annal. ad Flor. Cap. Sect.* II. *Gött. Gel. Anz.* 1821. *n.* 208. *p.* 2074.

Br. squarrosi variet. *pubescenti Flor. Germ.* proximus, a quo praeter characteres datos, distinguitur: habitu minori; pauciori florum numero; valvulâ corollae exteriori angustiore, apice in lacinias acuminatas fissâ, septemnervi, nec, ut in *squarroso*, latiori, obtusiori, apice emarginatâ et nervis distinctâ. Variat altitudine et indumento breviori. *Schrad.* *In Promontor. bon. Sp. Hesse.*

g. 640. n. 19. Bromus *wolgensis*. Addatur synonymon: Bromus *hirsutus* *Schrank* *Mém. Soc. bot. ratisb.* 1818. p. 161. *n.* 22. fide *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 79. Excludatur *β*. Br. *turgidus* *Pers.*, qui potius ad *lanuginosum*. An huc Bromus *squarrosus ruthenicus* *Ledeb.*?

g. 641. n. 20. Bromus *laxus*. Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 93.

Folia et vaginae pilis sparsis brevibus. Spiculae 12 lin., pubescentes; aristis 2-3 lin. *Link.*

g. 642. n. 24. Bromus *purgans*. Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 94. *Nutt. gen.* I. *p.* 73. *Mühlenb. Descr. ub p.* 170.

Similis *laxo*; spiculae aristaeque eâdem fere longitudine. *Link.* Folia alterna adeo approximata, ut fere disticha. *Nutt.* Culmus 4-6-ped., erectus, teres, nodis basi retrorsum pubescentibus. Folia lanceolata, nervosa, carinata, utrinque glabra, amplexicaulia, auriculis acutis, glaucis. Ligula pilosa. Vagina retrorsum hirsuta. Rami paniculae basi nodosi, pubescentes, alterni, ramulis scabris, crispis. Spiculae oblongae, cylindricae. Cal. valvula corollâ minor, trinervis, 6-8-florus: valvula altera subaristata, pubescens. Cor. 3-nervis, villosa: valvula altera infra apicem aristata. Antherae 3 luteae. Sem. oblongum. Rad. fibrosa, non repens, 2̶. Br. *purgans H. L.* ex auctoritate *Smith. Mühlenb.*

n. 25. Bromus *pubescens*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 169.

„Culmus erectus, infra pilosus, nodis atris. Folia lanceolata, subtus glabra, supra pubescentia, viridia. Ligula brevissima. Vaginae infimae retrorsum pubescentes, superiores glabrae. Rhachis pubescens. Rami paniculae 2-5, divisi, ramulis scabris, spiculis pedicellatis teretibus. Cal. inaequalis, 8-12-florus, acutus, muticus et subaristatus, glaber et pubescens, trinervis. Valvulae corollinae undique pubescentes, altera infra apicem aristata 5-nervis. Antherae luteae. Sem. oblongum. *Mühl.* Non adesse in *H. L.* monuit ill. *Smith* ap. *Mühlenb.*

g. 643. n. 27. Bromus *asper*. Addatur synonymon: *Sebast.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 56. Br. *sylvaticus* *Vogler* sec. *Steudel.*

Obs. Bromum *Hall. hist.* n. 103. potius ad *commutatum* vel affinem spectare; nec *versicolorem* *Pollich* hujus esse loci ob spiculas glabras, aristam infra obtusum bifidamque apicem. Bromus *versicolor* *Pollich* a cl. *Gmelin* hic *arvensi* denegatus, et ad *versicolorem* ductus, denuo a cls. *Koch* et *Ziz* ad *arvensem* vocatur, qui Arvensem *Pollich* iterum cum cl. *Schrader*, contra *Gmelin*, ad *erectum* *Huds.* ducunt, et *montanum* *Poll.* esse *asperum* *Linn.* affirmant.

Pag. 644. n. 28. Bromus *pendulinus*. Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 93.

Totus glaber. Spiculae pollicares; aristae 4 lin. Cl. *Bess*. Ceratochloa videtur.

n. 29. Bromus *glaucus*. Addatur synonymon:

La Peyr. Abr. d. Pyrén. p. 16. (qui minime cum *erecto* confundendum esse.)

n. 30. Bromus *altissimus*. Addatur:

Obs. Fors non distinctus a *canadensi*. *Nutt. gen. p.* 73.

n. 31. Bromo *giganteo* addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. ups. p.* 42. *Fl. Dan. t.* 1630. *Hall Spec. bot. p.* 87. *Fl. Bat.* II. 141. Festuca *gigantea Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 47. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 9.

Obs. Ill. *Smith* in *Trans. Linn. Soc.* VIII. p. 276 monet: Div. *Linn.* suâ manu *Fl. Dan.* t. 440 citasse ad Bromum *triflorum*; panicula patente, floribus subtrifloris *Spec.* I. p. 115. n. 16 (ad quem a *Linnaeo* ducitur Gr. bromoides paniculâ sparsâ, locustis minoribus aristatis, *Scheuchz. gr.* 511. quam iconem cl. *Schrader* ad Br. suum *giganteum* ducit, atque se idem gramen invenisse in *Herb. Devall.* cum allegato n. 1551 ex *Hall. hist.* 1511, quod a *Gaudin* ducitur ad Festucam *elatiorem*. Cl. quoque *Wahlenberg* l. c. ad Br. *giganteum* ducit Bromum *triflorum Fl. Dan.* et Festucam *trifloram Smith brit. Comp.* 1816. *p.* 18. *Engl. Bot. t.* 1918. Interea nova tamen dubia movet *van Hall* dicens: „Bromus *triflorus Fl. Dan.* 440 ad Br. *giganteum* pertinere non videtur, licet a pluribus scriptoribus huc sit relatus. Refert potius hujus graminis varietatem locustis trifloris, ut recte etiam monuit *Vrtepohl. Conf. Roth bot. Bem. p.* 72."

Pag. 645. n. 33. Bromus *longiflorus*. Post hunc inseratur: n. 33 a. Bromus *stenophyllus Link*; paniculâ nutante, arctâ; valvulis corollinis laevissimis, glaberrimis, angustis; foliis vaginisque glabris, striatis; ligulâ brevissimâ; aristis rectis. Bromus *angustifolius Hornem. Suppl.* 13. Fe. *stenophyllus Link Enum. p.* 94.

Culmus 3-4 ped., laevis. Folia 1 1/2 lin. lata. Panicula pedalis. Spiculae 1 1/2-2 poll. valvulae corollinae 7-8 lin., aristae 5 lin. *Link.* *Habitat? sub Dio.* ♃. Br. *angustifolius Marsch.* alia est species.

Pag. 646. n. 36. Bromus *ciliatus*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 169.

Culmus erectus, 3-ped., glaber, nodis pubescentibus. Folia lanceolata, utrinque piloso-pubescentia, nervosa, carinata, margine scabra, ciliataque, superiora vix pubescentia, pallide viridia, nec glauca. Ligula obtusa, nec pilosa, abbreviata. Vagina striata, retrorsum pubescens, ore pilosa. Panicula secunda, basi bibracteata, spiculis oblongis, teretibus

acuminatis. Rami paniculae 2-4 aggregati, basi pubescentes, ramulique s. pedicelli scabri, compressi, sub calyce incrassati. Cal. 5-13-florus, valvulis trinervibus, muticis, ciliatis. Cor. lanceolata, valvulis undique hirsutis, aristâ brevi infra apicem recta. Antherae 3 albae et lutescentes. *Mühlenb.* quo teste omnino B. *ciliatus Hb. Linn.* ex auctoritate ill. *Smith.* An *canadensis Mich.* quaerit.

n. 37. Bromus *arvensis.* Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. ups. p.* 41. *van Hall Spec. bot. p.* 89. *Knapp brit. t.* 82.

Vaginae tomentosae. Aristae rectae glumâ longiores. Spiculae vix 2 lin. latae, superne semper fusco-violaceae. *Wahlenb.* Bromus *secalinus Leers* a *P. d. Beauv.* et Br. *hordaceus Linn.* a clo *Steudel* huc ductus minime hujus loci. Bromus *longissimus Spreng.* fide speciminis a clo *Panzer* communicati nullo nodo ab *arvensi* diversus.

pg. 647. n. 40. Bromus *sterilis.* Addatur synonymon: *Sebast.* et *Maur. prodr. Flor. rom. p.* 57. *van Hall Spec. bot. p.* 90. *Fl. Bat.* I. *p.* 41. *Fl. Dan. t.* 1325. *Scheuchz. Agrost. p.* 258. *t.* 5. *f.* 14. et Gr. bromoides locustis maximis, lanuginosum italicum. *Scheuchz.* l. c. p. 261. (Utrumque fide *Seb.* et *Maur.*)

Varietas elatior, aetate tota spadiceo-purpurea, in umbrosis *Tauriae circa fontes Falger. M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 81.

g. 648. n. 41. Bromus *tectorum.* Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. ups. p.* 42. *van Hall Spec. bot. p.* 90. (qui paniculam *secundam*, non *diffusam*, notat.)

n. 42. Bromus *matritensis.* Addatur synonymon: *Bivon. Bernard. Sic. C.* II. *p.* 15. *Sebast. rom. plant. Fasc.* 2. *p.* 31. *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 57. et, his testt., *Barrel. ic. t.* 76. *n.* 1.

Obs. „Praecipua hujus a *sterili* diagnosis ex brevitate ramorum paniculae, unde confertior, erectior; porro pubes foliorum parcior. Culmus superne et paniculae rami in utroque nudi, nec molliter pubescentes, ut in affini *rigido* s. *rubente multor.*" *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 81.

n. 43. Bromus *ligusticus.* Addatur synonymon: *Sebast. pl. rom. fasc.* 2. *p.* 31. *Sebast.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 57. Festuca *ligustica Bertol. Amoen. ital. p.* 8. *Opuscol. Scientif. Bologn.* I. *p.* 64. (monente ipso auctore, qui omnino Festucam esse a *stipoidi* nec genere nec facie sejungendam.) Festuca *stipoides Lois. Notic. p.* 21. (excl. syn.)

„Differt a Bromo *geniculato Linn. Mant.* (*stipoide Decand.*) culmo graciliore, paniculâ nutante, calycis valvulâ alterâ

elongatâ, 3-4 lin., plus minus aristatâ, alterâ minimâ, sub-nullâ, cum in *geniculato* calycis glumae parum inaequales, muticae, et harum major saltem tertiâ vice brevior glumâ calycinâ majore F. *ligusticae*." *Bertolon.*

Pag. 651. n. 46. Bromus *rigidus*. Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 93. et, hoc teste, Br. *rubens Willd. Enum.* sec Herb., Br. *matritensis* variet. L. B. *de Uechtritz Bot. Zeit.* 1822. *p.* 430. Br. paniculâ ovatâ, coarctatâ; spiculis brevissime pedunculatis, erectis, glabris, nitidis, sub-9-floris; floribus diandris; aristis rectis, elongatis, foliis hirsutis. *Clarke Reis.* III. *p.* 325. fide *Spreng. N Entd.* III. *p.* 159.

Obs. Bromus *varius*, paniculâ laxiusculâ, demum coarctatâ, nutante; spicis oblongis, demum cuneiformibus, multifloris, longe aristatis, scabris; pedunculis brevibus, simplicibus ramulosisque *Brotero Fl. lusit. p.* 118. omnino huc spectare videtur, monente auctore: „Br. *rigidus Roth, dilatatus Lam., tectorum Linn.* huic ita nimis affines, ut vix limites et notae ad illos a nostro satis bene distinguendos inveniantur."

n. 48. Bromus *jubatus Tenore.* Addatur:

Obs. Nisi fors idem cum Br. *jubato Villars, S. V. ed. nostr.* p. 654. n. 61., nomen mutandum erit, et *Tenorianus* dicendus.

Pag. 652. n. 49. Bromus *maximus*. Dele Synonymon Bromi *rigentis Vandelli*, qui ad Koeleriam *phleoidem* monente *Brotero Fl. lusit. p.* 99., et Bromi quoque *sterilis Brotero Fl. lusit. p.* 99., qui ad Br. *matritensem p.* 648. *n.* 42, et hujus loco subscribatur, tanquam synonymon, Bromus *matritensis Brotero Fl. lusit. p.* 113.

n. 50. Bromus *geniculatus*. Addatur synonymon: Mygalurus *geniculatus Link Enum. p.* 92. (quo teste, et etiam *Bertolone in litt.*, cui delendus videtur, praeter Festucam *geniculatam*.) Bromus *stipoides Linn.* et Festuca *stipoides* S. V. *p.* 729. *n.* 41.

Obs. Etiam a *Brotero Fl. lusit.* p. 118 sub Festuca *geniculata* paniculâ erectâ; flosculis distantibus; pedicellis incrassatis; culmo ad infimum nodum refracto, praeter Bromum *geniculatum Linn.*, *Vandell.* et *Schreb.* huc quoque ducitur Bromus *stipoides Linn.* et *Br. incrassatus Lam.* addendo: „omnes hujus speciei varietates minores aut majores solo, climate; aut aliâ causâ provenientes esse videntur." Descriptio e speciebus hisce composita in *Brotero l. c.* Cls. *Steudel* huc adhuc trahit Brom. *ligusticum All.* nobis ignotum, nisi sit *ligusticus*.

Pag. 653. n. 51. Bromus *rigens*. Addatur synonymon: *van Hall Spec. bot. p.* 91.

Pag. 653. n. 53. Bromus *scoparius* sic corrigendus videtur cl. *Bertoloni* in litteris:

Br. *scoparius* paniculâ fasciculatâ; spiculis subsessilibus;

glumis corollinis ovato-oblongis, obtusis; aristis divaricatis flosculo subaequalibus. *Bertol. Linn.* et *Smith* uti nos. l. c. *Mauri Rom. pl. Cent.* 13. *p.* 9 (fide speciminis). Bromus *rubens Cavan. ic. et descr.* I. *p.* 34. *n.* 51. *t.* 45. *f.* 2. *Savi Bot. Etr.* I. p. 76 (fide specim. in Herb *Sebast.*)

„Error Cavanillesii, Br. *rubentem* cum *scopario* L. commutantis, in errorem duxit Botanicos, ut verum Br. *scoparium* L. nomine *rubentis* false salutaverint et vicissim. In hisce stirpibus de certitudine magis quam numero synonymorum sollicitos nos esse oportet. *Rubente* minor, herba glabra, foliis tamen interdum basi vaginisque margine ciliatis. Panicula fasciculata ut in *rubente*, sed obtusior. Spiculae ovato-oblongae, turgidiores. Calycis glumae inaequales, major ovata, acuta, mutica, 7-nervis, minor trinervis. Gluma floralis exterior bidentata, 7-nervis, margine et apice albo-membranacea, infra dentes emittens aristam arefactione divaricatam, longitudine glumae aut breviorem, sub lente scabram; interior minor bidentata, binervis, nervis ciliatis, viridibus, margine inflexo. *In Hispania et Romae.* Bromus *humilis Cav.* vix ergo *Bertol.* bujus loci, ut videtur clo *Steudel*, sed species propria.

n. 53 a. Bromus *humilis Cav.*; paniculâ fasciculatâ spiculis subsessilibus, glabris; foliis paginâ superiore pilosis. *Cavan. Descripcion p.* 309. *Icones* VI. *p.* 65. *t.* 589. *f.* 2.

Rad. fibrosa. Culmi e radice singulâ 3-8, adscendentes, 3-12 poll. Folia linearia, acuta, pollice parum longiora, basi subaequalia. Panicula contracta, subcylindrica, 1 1 1/2 poll., spiculis plurimis, subcompressis. Calycis 8-9-flori valvulae acutae, inaequales; valvulae corollae externae aristâ demum divaricata (valvulâ longior.) *Cav.* *Copiose circa Matritum.*

Obs. Specimina a clo *Dufour* nobiscum communicata speciem omnino genuinam hanc Br. *humilem* esse designant, longe alienam a Fest. *rubente*, quam nomine Bromi *humilis* tulit div. *Römer.* Aristae non, ut in *rubente*, glumis multoties longiores sed earundem fere longitudine; glumae inferiores non, ut in *rubente*, acuminatae, bifidae, sed obtusiusculae emarginatae.

n. 55. Bromus *poaeformis* deleatur; est Diplachne.

g. 654. n. 57. Bromus *tomentosus* deleatur; est Bromus *unnginosus*.

n. 59. Bromus *dactyloides*. Addatur synonymon: *Roth nov. plantt. spec. p.* 60. Rostraria *pubescens Trin. Fund. Agr. p.* 156.

Rad. fibrosa. Culmi fere pedales. Nodi glabri. Folia linearia, supra scabriuscula. Vaginae internodiis breviores. Ligula membranacea, brevis, truncata, incisa. Panicula compacta,

Cal. flosculos in spiculam disticham, patulam colligens, glumis oblongis, acuminatis, muticis, alterâ duplo minore. Cor. valvula exterior longitudine calycis, duplo latior, obtusa, dorso aspera, aristâ rectâ, brevi; interior duplo brevior, membranacea, emarginata, bidentata, dente altero duplo longiore, subaristato. *Roth.*

Bromis addantur:

n. 65. Br. *tenuis* *Tineo*; humilis; culmis gracilibus, adscendentibus; foliis lineari-acuminatis, laevibus; paniculâ simplici: spiculis 6-8 distichis, oblongis; pedicellis incrassatis; glumis calycinis inaequalibus; corollinis sub apice aristâ longitudine glumae: interiore bifidâ muticâ. *Tineo pl. rar. Sicil. n.* 1.

Culmi basi geniculati. Vaginae striatae rubentes. Spiculae alternae. Flosculi lineares, remotiusculi, post anthesin rubentes, angulati. Glumae calycinae nervosae, carinâ et margine scabrae. Aristae apice flexuosae. *Tineo.* *Prope Agrigentum.* ⊙. An Festuca *rubens*?

n. 66. Br. *pentastachyos* *Tineo*; humilis; culmis basi geniculatis, dein erectis; foliis lineari-lanceolatis, pilosis; paniculâ simplici; spiculis sessilibus, 4-5, distichis, alternis, lanceolatis, 8-10-floris; glumis calycinis inaequalibus, mucronatis; corollinâ exteriore aristâ scabrâ, rectâ, terminali. *Tineo pl. rar. sicul. n.* 2.

Radices fibrosae. Vaginae striatae. Glumae calycinae carinatae, nervosae: interiori trinervi, exteriori 5-nervi; corollinâ interiore aculeato-ciliatâ, muticâ. *Tineo.* *Cum tenui.* ⊙

n. 67. Bromus *paradoxus* *Presl.*; paniculâ pauciflorâ, simplici; rhachi elongatâ, flexuosâ; flosculis remotissimis, summis muticis; glumis latis, multinervibus. *Presl. Cyperac et gram. sicul.*

Quid Bromus *lasiflorus* *Spreng.* apud *Zeyh.*?
— *parviflorus* *Desfont.* apud *Steudel*?
— *pauciflorus* *Schumach.* ibid.?
— *pilosus* *Spreng.* ibid.? (alio nomine salutandus, nisi idem cum *piloso* *Dietr.*)
— *purpurascens* *Delile* ibid.?
— *spicatus* *Mart.* ibid.?
— *tortilis* *Presl.* ibid.?
— *triticeus* *Raeusch.* ibid.?

n. 326. HOLCUS.

Pag. 655. n. 1. Holcus *mollis*. Addatur synonymon: van *Hall Spec. bot. p.* 92., et, hoc teste: β. Gramen

caninum longius radicatum minus. *Bauh*, *Pin.* 1. *Comm. Holl.* 46.

„Equidem apud nos in H. *molli* flosculum utrumque saepe hermaphroditum, in *lanato* vero flosculum superiorem semper masculum observavi.“ *van Hall.* *Etiam in America bor.*

n. 2. Holcus *lanatus.* Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 274. *Wahlenb. Fl. ups. p.* 52. *Fl. Dan. p.* 1181. *Ehrh. Beytr.* V. *p.* 29. VI. p. 81. *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 38. *Bertol. Amoen. ital. p.* 212. *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl.* p. 638. *van Hall Spec. bot. p.* 93.

„Color paniculae valde diversus pro diverso solo et statione plantae,“ *van Hall.* *Etiam in America bor.*

p. 656. n. 4. Holcus *striatus.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* I. *p.* 64? Conferatur cum Airopsi *obtusata.*

n. 5. Holcus *Dochna* deleatur; est enim, monente *Delile*, Sorghum *saccharatum.*

n. 6, nunc n. 5, Holcus *racemosus.* Addatur synonymon:

Andropogon *racemosus Poir.* (fid. *Steudel.*)

n. 6. Holcus *nervosus Roxb.*; erectus; pilosus; paniculâ oblongâ; glumis 3-5-nervibus, cuspidatis, bifloris; flore utroque sessili: altero hermaphrodito aristato, altero mutico masculo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 320.

Culmi ramosi, e geniculis inferioribus fibrae radicales longae, filiformes. Folia vaginaeque papilloso-pilosae. Panicula glabra, ramis alternis, simplicibus. Calyces biflori, nervis 3-5, glabri, recti, cuspidati, floribus longiores. Cor. in utroque flore bivalvis: exterior masculus, magnus; interior parvus, hermaphroditus. *Roxb. l. c.* *In Coromandel.*

n. 7. Holcus *ciliatus Roxb.*; erectus, pilosus; paniculâ lineari, hirsutâ; glumis papillosis, ciliatis, bifloris; flore utroque sessili: altero hermaphrodito aristato, altero masculo mutico. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 321.

Tota planta pedalis; culmi geniculis barbati. Folia quidquam longiora, papilloso-hirsuta, ut vaginae. Cal. bivalvis, biflorus, valvulis subaequalibus, flores satis excedentibus, dorso papillosis, pilo sat longo e papilla singula, apice cuspidatis, recurvatis. Cor. bivalvis: flosculus exterior, quidquam major, masculus, vel masculo-hermaphroditus; interior ☿. Styli 2 in ☿, in masculo rudimenta 2 styli, sed germen 0. *Roxb. l. c.* *In Coromandel.*

n. 326 a. URALEPIS.

n. 1. URALEPIS *purpurea Nutt.*; paniculâ sparsâ, purpureâ; floribus aristatis; glumarum alterâ bifidâ, nervo aristatâ, alterâ integrâ, plumosâ, concavâ; foliis subulatis; culmo erecto. *Pursh Fl. bor. Amer.* 1. *p.* 76. (sub AIRA *purpurea*) et, hoc teste et suadente *Nuttall*: *Walt. Fl. Carol. p.* 78. *Ellipt Bot. of S. Carol.* et *Georg p.* 152. (fide *Nuttall*). *Mühlenb. Cat. p.* 11. *Descr. gram. p.* 86. URALEPIS *purpurea Nutt. gen. pl.* I. *p.* 62. *Poir. Enc. meth. ill. genr. Suppl. p.* 546.

Culmus teres, sub apice subpilosus, supra semicylindricus. Racemi internodiis breviores, rariflori, floribus subsessilibus. Folia plana, angusta, fere filiformia. Cal. 1-2-florus, valvulis subaequalibus, acutiusculis, raro laceris, singulâ uninervi. Cor. acute stipitata; valvula exterior plus quam duplo longior calyce, maturo semine profunde tripartita, trinervis, reflexa, dentibus acuminatis, centrali in aristam longitudine valvulae desinente, nervis pubescentibus; interior longitudine fere calycis, binervis, nervis supra fasciculis villorum interruptis, marginatis. Semen subteres, apice inflexum. In flosculo supremo pedicellus sterilis, vel flosculus imperfectus, aristatus, ad basin valvulae interioris. *Nutt. Elliott.* Gramen hocce salsum esse notat. Culmus purpureus, nodis pubescentibus. Folia longe vaginata, setacea, pungentia. Vaginae ore pilosae. Flores in racemis clandestinis, vaginatis et paniculâ terminali, rhachi flexuosâ, ramis paniculae geminis et solitariis purpureis, subtrifloris. *Mühlenb. In Carolina.*

n. 2. URALEPIS *aristulata*; valvulis calycis inaequalibus, obtusis, laceris, subtrifloris; dentibus lateralibus valvulae corollinae externae obtusis; aristâ brevissimâ. *Nutt. gen.* I. *p.* 63. *Addend. T.* II. *s. p. Spreng. N. Entd.* I. *p.* 245, et, hoc teste, AIRA *purpurea Mühlenb. Cat. p.* 11. *Descr. gram. ub. p.* 86. (excl. syn. *Walth.* et *Elliott.*)

Culmus erectus, plerumque simplex, geniculis numerosis ligulisque pilosis. Folia subulata, scabra, superiora vaginis breviora. Ramuli florum laterales clandestini, terminales partim exserti, spiculis 2-3-floris, teretibus, rudimento abortivo terminali. Calycis gluma purpurascens, corollâ multo brevior, apice partim lacera. Cor. stipite parvo: valvula exterior margine ciliata, apice truncata trifida, aristâ intermediâ lateralibus vix longiore, minimâ; valvula interior minor, incurvata, fasciculis 2 villorum cristatis. Fors mera *purpureae* varietas. Charactere artificiali proxima TRISETO, differt habitu, vix AVENA inserenda. *Nutt.* Rad. fibrosa, alba. Culmi cubitales, graciles, nodosi, vaginis foliisque tecti. Internodia hinc canaliculata, illinc convexa, inferiora pilosa. Vaginae foliis multo latiores, laxae, striatae, sca-

brae, basi barbatae, superiores omnes floriferae. Folia linearia tenuia, subconvoluta: inferiora rariter pilosa, ciliata; summa brevissima, nuda. Paniculae vaginis inclusae, vix exsertae, pauciflorae. Rami glabri, capillares. Flores albi, sericei. Gluma calycina apice lacera, biflora cum rudimento flosculi tertii. Corollae valvula externa nervis 3 ciliatis, apice dilatata, tricuspidata, aristulà medià paulo longiore; interna concava. Semen oblongum, subfusinum, olivaceum. Proxima AGROSTIS *clandestina Mühlenb Cat. p.* 10. *Nutt. p.* 44. *Bart. comp. p.* 43. AGR. *aspera Mich. Pursh:* sed haec multo major, robustior, omnino glabra; calyces uniflori, flosculi multo majores mutici, glabri. *Spreng. Ad Wilmington, Delaware, in Nov. Caesarea.*)

n. 327. TRISETUM.

Pag. 657. n. 1. TRISETUM *tenue.* Addatur synonymon: AVENA *tenuis M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 84. AVENA *strigosa Vogler* ap. *Steudel.*

„Pilorum candidorum brevissimorum fasciculus ad denticulos rhacheos spiculae, flosculorum basin cingens." *M. a B.*

Pag. 658. n. 4. TRISETUM *pensylvanicum.* Addatur synonymon:

AVENA *pensylvanica Mühlenb. Descr. ub. p.* 186.

Culmus erectus, glaber. Folia lineari-lanceolata. Rami alterni breves, pedicellis scabris. Valvulae inaequales muticae, flosculo altero mutico, altero aristato. Cor. calyce paulo major, basi barbata, aristà ad basin valvulae exterioris geniculata, corollà duplo longiore. *Mühlenb.*

n. 5. TRISETUM *Forskåli.* Addatur, cum? tamen, AVENA *pumila Desfont.* (S. V. ed. nostr. p. 675. n. 25.)

Obs. Cl. *Sieber Fl. aegypt.* hoc cum DESCHAMPSIA *arundinacea* junxit; sed in TR. *Forskåli* arista torta, calyce longior; in hac capillaris, recta, vix longitudine valvulae.

n. 6. TRISETUM *Trisetaria.* Addatur, cum?, TRISETUM *arenarium Labillard.* (S. V. ed. nostr. p. 667. n. 29.)

Pag. 659. n. 9. TRISETUM *parviflorum.* Addatur synonymon: FESTUCA *segetum Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 48. KOELERIA *parviflora Link Enum. p.* 85.

Ab AVENIS vel TRISETIS differre aristà non exacte dorsali, nec contortà aut geniculatà, et glumae apice haud biseto. Cum KOELERIIS rectius conjungi quoad floris formam; sed obstat panicula effusa. *Seb* et *Maur. l. c.*

Pag. 660. n. 11. TRISETUM *neglectum.* Addatur synonymon: AVENA *neglecta Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 44. *Link Enum. p.* 82, et deleatur synonymon *Sprengeli,*

monente *Savi* in *Oper. sopra divers. piant. p.* 13; *Bertolon. in litt.*

n. 11 a. TRISETUM *condensatum Presl;* caule erectiusculo; foliis hirtis; paniculâ subcontractâ; spiculis bifloris, glabris; valvulâ corollinâ exteriore bicuspidatâ. *Link Enum. p.* 82 sub AVENA *condensata.*

Affinis *neglectae;* at panicula minus contracta. Spiculae semper biflorae, quae in *neglecta* triflorae. Valvulae corollinae exteriores in *neglecta* longius aristatae. *Link. In Sicilia.* ⊙. D. *Presl.*

Pag. 661. n. 13. TRISETUM *paniceum.* Addatur synonymon: ROSTRARIA *laevis Trin. Fund. Agrost. p.* 150.

Pag. 662. n. 16. TRISETUM *pilosum.* Addatur synonymon: AVENA *pilosa;* paniculata; spiculis trifloris; rhachi pilosâ; calycibus inaequalibus; flosculorum valvulâ exteriore nudâ, dorso aristatâ, apice biaristatâ; foliis pubescentibus. *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 84.

Habitus AVENAE *strigosae.* Rad. fibrosa. Culmi pedales, bipedes, erecti. Folia plana, 1/2 - 2 lin. lata, 2 - 4 poll. longa, cum vaginis striata, pilisque rigidis obsita: ligula ovata, denticulata. Panicula contracta, subsecunda, brevis: pedicellis alternis, tenuibus, tortis, spiculâ brevioribus. Spiculae AVENA *fatuâ* nonnihil minores, triflorae. Cal. glaber, valde inaequalis: glumâ alterâ 7-nervi, flosculos aequante; alterâ 5-nervi duplo breviore. Rhachis spiculae pilosa: pilis candidis, brevibus, flosculorum basin cingentibus. Corollae valvula exterior ultra medium bipartita: segmentis subulatis, aristatis, trinervibus, scabris, aristâ ex fissurâ valvuli multo longiore tortâ; valvula interior multo minor, lanceolata, membranacea, binervis. Flosculus intermedius sterilis. A. *strigosa* differt a *pilosa* glabritie, calycibus bifloris, subaequalibus et spicularum rhachi nudâ. In utraque, sicut in *hirsuta* et *tenui* TRISETI character perevidens, non ita in *flavescente* aliisque, ubi valvula corollae exterior apice tantum denticulis 2 minutis, capillaribus." *M. a B.*

n. 17. TRISETUM *pubescens.* Addatur synonymon: *van Hall Spec. bot. p.* 94. AVENA *pubescens M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 87. *Wahlenb. Fl. ups. p.* 41. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 7. A. *pratensis β. Linn. Spec. p.* 119. *Svensk Bot. t.* 263.

„Flosculorum valvula exterior apicem versus late albo-membranacea, obtusiuscula: denticulis apicis minutis 2 - 4 in hac, et in *pratensi.*" *M. a B.* Variat locustis 2 - 4 - floris. *van Hall.*

n. 18. TRISETUM *rigidum.* Addatur synonymon: AVENA *rigida;* paniculâ aequali; spiculis subbifloris: flosculis dorso aristatis, calycem subaequantibus; receptaculis pi-

losis; foliis distichis; vaginis subvillosis, ore glabris; ligulâ exsertâ amplexicauli; radice repente. *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 86. *β.* elatior, longifolia, paniculâ ex argenteo viridique variâ.

„Vaginae, praesertim inferiores, plerumque pube tenui molli. Panicula oblonga, ramosa, contracta. Spiculae *flavescente* nonnihil majores, viridi argenteo et spadiceo variae. Calycis gluma altera major, trinervis. Flosculorum valvula exterior nervo utrinque laterali oblitterato, apice subtilissime bicuspidata; interior angustior et paulo brevior. Receptaculum valde pilosum, pilis flosculum subaequantibus.“ *M. a Bieb.*

Obs. „Differt a proxima A. *distichophylla Willd.* foliis rigidioribus, exquisite acuminatis, saepe convolutis atque pungentibus; vaginis minus villosis; ligulâ breviore; paniculâ magis compositâ; receptaculi pilis longioribus. Ab A. *argentea Willd. Enum.* habitu firmiore; foliis latioribus brevioribusque; vaginis pubescentibus ore nudis; ligulâ exsertâ; spiculis nonnihil majoribus et valvulis flosculorum subaequalibus. Mihi verisimile videtur, *Linnaeum* sub sua A. *sesquitertia* vel A. *distichophyllam* vel aliam, quam *pubescentem*, intellexisse.“ *M. a B.*

n. 18 a. Trisetum *Wilhelmsii Ledeb. in litt.*; paniculâ strictâ; patulâ; calycibus acutis, bifloris; aristâ dorsali retrofracto-divaricatâ, corollâ longiori; pilis corollam aequantibus. Arundo *Wilhelmsii Ledeb. Act. Petropol.* p. 593. c. icone.

Culmus 1 1/2 ped., simplex, erectus, glaber, ad paniculam fere usque foliosus. Folia sparsa, superiora cauli adpressa, lanceolato-linearia, acuminata, 7-nervia, margine et in pagina superiore scabriuscula, subtus glabra, 1-2 1/2 poll. longa; vaginae strictae, glaberrimae, foliis multo longiores. Ligula exserta, truncata, lacera, culmo arcte adpressa, lateribus decurrens. Panicula erecta, 4-6 poll.; rhachis flexuosa, teres, glabra, striata; rami erecti, tenues, flexuosi; inferiores plerumque terni, unico unifloro, duobus 3-5-floris; superiores gemini: altero uni- altero 3-5-floro. Pedicelli variae longitudinis, apice incrassati, violacei, uti glumae calycinae nitidae: exterior lanceolata, acuminata, valde carinata, margine membranaceo-pellucida, integerrima, undique glabra; interior duplo major, acuta, margine membranâ latâ pellucidâ, paulo lacerâ, carinâ magnâ, vix hispidulâ. Flosculi calyce paulo minores: inferiori sessili nudo vel pilis rarissimis, brevissimis; superiori pedicellato, pilis sericeis. Gluma corollina exterior violacea, apice bifida, laciniis vario modo flexis, margine diaphana, versus apicem serrulata, carinâ scabra; interior minor, albida, integra, apice serrulata. Arista paulo supra medium, subflexuosa, hispida, apice tantum glabra. *Ledeb.* qui maxime affine *rigido*, a quo vaginis semper glabris, ligulâ magis exsertâ, floribusque majoribus quam in *rigidi β* differre *in litt.* *Circa Tiflim.* ♃.

perne remote ciliatis. ♃. In valle Benasque et monte d'Esquie Confer S. V. ed. nostr. p. 672. n. 13.

Quorsum spectet AVENA *pratensis Suppl.* III. *Catal. Crem.* auctori, clo *Besser*, qui A. *sempervirentem Host* eum? adde dubium in *Enum pl. Volhyn. p.* 6. Addit descriptionem sequent „Rad. fibrosa, perennis. Folia radicalia culmum saepe supera denso caespite, linearia, complicato-setacea, carinata, ad lentem m gine scabra, pungentia apice; culmea inferiora radicalibus confor vaginis 1/6 foliorum aequantibus, striatis, compressis, margine m branaceo in denticulos 2 albicantes stipuliformes producto; super brevia, marcescentia, convoluta, obtusiora, vaginis persistentibus l gissimis, strictis, laxis; ligulâ brevissimâ lacerâ. Culmi peda striati, scabriusculi. Panicula subaequalis, pauciflora. Spiculae 3-, 4-florae, 6 circiter lin. Glumae calycinae carinatae, ac glabriusculae, flosculis breviores; corollinae exteriores 5-nerves, s briusculae, virides, apice membranaceo lacero, albo, aristâ longi glumae, scabrâ, fuscâ, medio flexâ; interiores albae, membranac ceterum breviores, apice subbifidae. Rhachis ad basin floscul villosa. Flosculi extimi neutri, aut masculi aristati. In pascu lium Kulikow Krzemieniec, et in collibus apricis Podoliae. ♃.

Pag. 672. n. 15. AVENA *pallens*. Addatur synonymon: A. *setifolia;* paniculâ laxâ; glumis calycinis subtriflori flosculo hermaphrodito mutico, pedicellato, longiori: he maphrodito alio aristato, sessili; foliis convoluto-set ce *Brotero Fl. lusit. p.* 108.

Rad. perennis, fibrosa. Culmus 2 ped. et altior, erectus, raro-trinodis, laevis, omnino, etiam ad genicula, glab Folia radicalia 3 et plura utrinque, 1 1/2 ped. et ultra. i ferne glabra, marginibus laevibus, vix ad lentem subpub centibus, uti pagina superior, ad lineam lata, planiuscu citius ad formam setaceam convoluta, laete viridia, va nis equitantibus latioribus, glabris, nervosis, submemb naceis, 2-3 poll. longis; ligula minima, truncata, fiss lanugine superne vix conspicuâ; folia culmea 2, raro plu infimum 4 poll., superiora breviora, paulo latiora, eti convoluto-setacea, subtus glabra, laevia, vaginis long simis, glabris, marginibus membranaceis, ligulâ ut in r dicalibus. Panicula 4 poll. aut paulo ultra, parum ramos spiculae subtriflorae, duobus flosculis hermaphroditis: u sessili aristato, altero mutico 1/2 lin. altiore, pedicella pedicello villoso, lineae et ultra; tertio neutro, minimo, m tico, pedicellato. Calycis valvulae inaequales, acuminat trinerves, longitudine fere flosculorum, corollae valvulae e ternae in hermaphroditis acutae, septinerves, infra medi villosae: una dorso aristâ tortili refractâ, calycinis valvu duplo et ultra longiore. Nectarium diphyllum foliolis acu natis, lineari-lanceolatis, germine villoso-longioribus. H bitus ARRHENATHERI *avenacei*, sed folia diversa. *In co bus de Arrabida.* ♃. Communicavit cl. Prof. *Link*.

n. 15 a. A. *montana Brot.;* paniculâ laxâ; spiculis sub quadrifloris; corollis acutis integerrimis. *Fl. lusit. p.* 10

Rad. perennis, fibrosa. Culmus erectus, 4 ped., trinodis (nodo infimo prope basim) glaber, ad genicula villosus. Folia plana, 1 1/2 lin. lata, stricta, laevia, supra subvillosa; ligula brevis, truncata; vaginae strictae, longissimae, subvillosae, inferiores pilosae. Panicula semipedalis et major, laxa, subramosa, pedunculis glabris, scabris. Cal. bivalvis, triflorus cum rudimento quarti flosculi; valvulae glabrae, muticae, ex viridi-purpureae, acuminatae, inaequales, interna flosculis aequalis aut paululum altior. Flosculi tres, altitudine aequales, omnium valvula externa acuta, inferne pilosa; duo inferiores hermaphroditi: alius sessilis, dorso aristâ tortili, refractâ, calycis valvulis duplo longiori; alius subsessilis, muticus; tertius saepe hermaphroditus, raro masculus, pedicellatus, pedicello glabro, muticus, minor; demum adest rudimentum quarti flosculi pedicellàti. Nectaria lineari-lanceolata, acuminata, germine villoso, longiora. Antherae purpureae. Habitus ARRHENATHERI *avenacei.* Folia latiora quam in AVENA (TRISETO) *pubescente,* corolla non apice multifida etc.

ag. 673. n. 17. AVENAE *setaceae.* Addatur synonymon: DANTHONIA *setacea P. de Beauv.*

n. 17a. AVENA *flexuosa Schrank;* paniculâ coarctatâ: ramis cauleque intermedio undulatis; peristachyo bifloro, flosculos aristatos aequante; foliis setaceis. *Schrank Denkschr. bot. Gesellsch.* II. *p.* 7.

Multum similis AVENAE *setaceae*, et hujus fors varietas. Culmus pedalis, filiformis. Panicula gracilis, ramis ramulisque omnibus erectis, appressis, rhachique flexuosis, omnibus atropurpureis. Valvulae calycinae et corollinae basi atropurpureae, apice pallescentes; arista atra, apice pallida, calyce longior. *Schrank l. c. In Labrador.*

n. 18. AVENA *palustris.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* I. *p.* 75. *Mühlenb. Descr. ub. p.* 186.

Culmus 1 1/2 ped., nodi, vagina, foliaque lineari-lanceolata, nervosa, glabra. Ligula parva, barbata. Panicula ramis inaequalibus, 4-6, uni-plurifloris, glabris. Cal. acutus, marginatus, biflorus, flore altero sessili, altero pedicellato, pedicello sub apice incrassato, pubescente. Cor. floris sessilis acuminata, pedicellati arista sub apice obliqua, valvula minor emarginata. Variat floribus 3. *Mühlenb.*

n. 19. AVENAE *hispidae* subjungantur:

n. 19a. A. *capensis Linn. Suppl. p.* 112. (diagnosi a nobis in *Obs.* ad *hispidam* data.)

n. 19b. AVENA *muricata Spreng.*; paniculâ contractâ, ernuâ; calycibus bifloris; corollâ triaristatâ, villosâ; foliis margine vaginisque calloso-muricatis; vaginis ore pilosis. *Spreng. N. Entd.* I. *p.* 246. et, hoc quaerente: AVENA *capensis Linn. Suppl. p.* 112?

Culmus subbrachialis, simplex, teres, crassitie fili emporetici foliis vaginisque denso stipatus. Vaginae clausae, asperae callis muriculatis, ore pilosae, barbatae. Folia 2 poll., flexuosa, 2 lin. lata, nervosa, margine callis cotyloideis, caeterum glabra. Panicula terminalis, pollicaris, glabra, stra- minea, contracta, oblonga. Rami capillares glabri, erecti Cal. biflorus, scariosus. Valvae acuminatae, uninerves nervo submuriculato. Corollae binae villosae, valvâ exteriori biaristatâ, aristâ tertiâ dorsali longissimâ contortâ. Synonymon *Linn. Suppl.* dubius maxime huc traho, namque is signem characterem foliorum margine calloso-muriculatorum haud habet. „Folia margine scabra" forte idem significat. Cetera magis vel minus congruunt. *Spreng.* *In Prom. b. Spei.*

n. 19 c. Avena *hirta Schrad.*; culmo glabro; foliis vaginisque pubescenti-hirtis; paniculâ contractâ; spiculis trifloris: floribus calycem excedentibus, basi barbatis; corollinâ valvulâ exteriori triaristatâ: aristâ dorsali corollâ triplo longiori. *Schrad. Annal. ad Flor. Cap. Sect.* II. *Gött. Gel. Anz.* l. c.

Radix fibrosa. Culmi spithamaei l. pedales, ad apicem fere vaginati. Folia linearia, plana. Ligula truncata. Panicula 1-2 poll., rhachi ramisque glabris. Spiculae semipollicares, pallide virides. *Schrad.* *In Promontorio bon. Spei Hesse.*

n. 20. Avena *pratensis.* Addatur synonymon: *M. a Bieb. Fl. t. c. Suppl. p.* 87. *Wahlenb. Fl. ups.* p. 44. *Link Enum. alt. p.* 81.

„Vaginae inferiores glabrae. *Link.* Statura Trisetì pubescentis, sed gracilior, angustifolia, glabriuscula; panicula angustior, spiculis formâ similibus, receptaculo autem pilis brevibus, nec elongatis obsito. Ligula exserta, lanceolata. Longe diversa Av. *pratensis Gorter Flor. ingr. p.* 15, quam Botanicis in loco natali investigandam commendo." *M. a Bieb.*

n. 20 a. Avena *cantabrica Lagasca*; floribus paniculatis; spiculis subtrifloris; foliis sempervirentibus. *Ex descriptione Lagascae in Herrera Agricultura ed.* 1818. *p.* 141.

Affinis Avenae *pratensi* et *pubescenti*: ab illa floribus paniculatis, ab hac iisdem foliisque laevibus distincta. Cespes fibrosus, foliis inferioribus pedalibus, 6 1/2 lin. latis, etiam hyeme viridibus. Culmus 3 ped. et ultra. Arrhenathero avenaceo praecocior. *Lag.* Habitat? ♃.

Pag. 675. n. 21. Avena *bromoides.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 81.

„Valvulae corollinae exteriores integrae. Nimis affinis *pratensi*. Tulimus nomine *sedanensis*." *Link* l. c.

n. 22. Avena *caryophyllea*. Addatur:

Obs. Cl. *Steudel* dicit, Avenam *bromoidem Linn.* „secundum *Smith*" huc spectare; in *Flora graeca Sibth.* tamen ill. *Smith* Avenam *bromoidem* L. ad Avenam *pratensem*, nec ad *caryophylleam* citat.

g. 676. n. 26. Avenae *molli* subjungatur:

n. 26 a. Avena *squarrosa Schrank*; paniculâ spicatâ, confertâ; peristachyo bifloro: flosculis aristatis: aristis undulatis, patentibus; foliis planis, vaginis, caule, ramisque paniculae pubescentibus. *Schrank Denkschr. bot. Gesellsch.* II. *p.* 7.

Gramen vix pedale; panicula vix 3/4 poll., 1/2 poll. lata; aristis atris, divaricatis, incrassatis; ramis in ramulos plurimos divisis, brevibus. Flores glabri. *Schrank* l. c. *In Labrador.*

g. 677. n. 30. Avenae *Cavanillesii* addatur:
Brotero Fl. lusit. p. 85. *Phyt. lusit. select. p.* 18. *t.* 7. 8. *Lagasca* in *Herrera Agricultura ed.* 1818. *p.* 142.

Obs. Panicula diametro saepius 2 ped. et ultra. Folia inferiora 2-3 ped., 8 lin. lata, ab initio plana, demum convoluta. *Lagasc. l. c.*

g. 677. n. 31. Avenae *hirtulae* addatur synonymon:
Lagasc. in *Herrera Agricultura ed.* 1818. *p.* 124. 138.

Obs. Differre ab Avena *strigosa* tantum calycibus hirsutis, foliisque inferioribus pulchris, staturâ minore omnium partium, 1-3 ped., *Lagasca.* Videtur ergo cum *strigosa* ad Deyeuxiam amandanda.

g. 678. Avenis addatur:
n. 35. Avena *deyeuxioides Humb.* et *Bonpl.*; foliis scabris; paniculâ verticillatâ, patulâ; spiculis trifloris; flore superiore sterili, plumoso; glumis spiculâ paulo brevioribus, paleis inaequalibus: inferiore duplo longiore, apice bidentatâ. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 147. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 565. Trisetariam *deyeuxioides Poir. ib. p.* 366.

Rad. fibrosa. Culmi cespitosi, erecti, 1 1/2 ped., glaberrimi, nitidi. Nodi glabri. Folia plana, linearia, acuminata, striata. Vaginae striatae, scabrae, internodiis longiores. Ligula exserta, glabra. Panicula ramosa, saepius nutans, ramis inferioribus patulis, superioribus adpressis rhachique scabris. Glumae aequales, lineares, acutae, glabrae, dorso scabrae, carinatae. Paleae lineares, glabrae, basi pilosae, inferior trinervis, superior binervis. Arista dorsalis geniculata paleâ duplo longior. Stigmata alba. Flos sterilis aristaeformis rhachisque spiculae albo plumosus. Est Deyeuxia *triflora*; nam Deyeuxia est Avena *biflora*. *Kunth l. c. In uliginosis temperatis ad ripam lacus texcucensis.* ♃.

n. 36. Avena *viridis Humb.* et *Bonpl.*; foliis interne

pilosiusculis, margine scabris; paniculâ subverticillatâ, pa tulâ, subsecundâ; glumis spiculam trifloram subaequantibus paleis inaequalibus, inferiore majore, quadrifido - dentatâ dentibus subulatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red* *Kunth* III. *p.* 148. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. p 565. Trisetarium *viride. Poir. ib. p.* 366.

Culmus erectus, simplex, 3 ped., glaber. Folia plana, striat externe glabra. Vaginae striatae, superiores scabriuscula Ligula elongata, glabra. Panicula ramosa, 9 - 10 poll., apic subnutans, ramis rhachique scabris. Spiculae floribus omn bus fertilibus. Rhachis spiculae albo-pilosa. Glumae suba quales, lineares, subulatae, carinatae, virides, glabrae, dors scabrae. Palea inferior lanceolata, concava, virescens, apic sub-5-nervis, dorso scabra et aristata; superior brevio hyalina, binervis, apice bidentata, dentibus subulatis, ma gine scabriuscula. Arista tortilis paleâ longior. *Kunth* *In alta planitie Mexicana inter Salamanca et Queri taro.* ☉.

n. 37. Avena *tolucensis Humb.* et *Bonpl.*; culmo su perne pubescente; foliis scabris; paniculâ coarctatâ, cylin draceâ; glumis spiculam bifloram subaequantibus; paleis in aequalibus, inferiore majore bifido - dentatâ, dentibus sub aristatis; aristâ dorsali, reflexâ. *Humb.* et *Bonpl. no* *gen. red. Kunth* III. *p.* 148. *Poiret Enc. meth. Supp* V. *p.* 565. Trisetarium *toluscense Poir. ib.* V. *p.* 366

Rad. fibrosa. Culmi caespitosi, erecti, simplices, 1 1/2 ped., striat interdum glaberrimi. Nodi glabri. Folia plana, striata, mar gine scabra. Vaginae striatae, glabriusculae. Ligula la niata, glabra. Panicula ramosa, 3 poll., ramis abbreviatis alternis, adpressis, rhachique pubescenti-pilosis. Spicula oblongae, floribus 2 hermaphroditis. Glumae oblongae, acu minato-subulatae, subaristatae, carinatae, obscure 3 - aut 5 nerves, subaequales, longitudine fere spiculae, glabrae, dors scabrae, virescentes, apice purpurascentes. Paleae oblong lanceolatae, apice bifido-dentatae, dentibus subulatis, flave centes, glabrae, dorso scabrae, inferior latior, pauloque lo gior, 5-nervis; superior bicarinata, hyalina, bidentata, dors scabra. Arista scabra, paleâ longior. *Kunth.* *In api cis, frigidis prope Toluca.* ♃.

n. 38. Avena *elongata Humb.* et *Bonpl.*; culmo gla berrimo; foliis margine scabris; paniculâ coarctatâ, cylin draceâ; glumis spiculâ biflorâ brevioribus; paleis inaequa libus bifido-dentatis, dentibus subaristatis; aristâ dorsali rectâ. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 148. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. p. 566. Triseta rium *elongatum Poir. ibid. V. p.* 366.

Valde affinis *tolucensi* sed diversa, praeter characteres datos glumis viridibus. An ejusdem varietas? Culmus pedalis un dique glabri. Folia utrinque glabra, uti vaginae et ligula

Panicula 3 fere poll. Flos alter interdum abortivus. Glumae acutae, apice aristâ brevissimâ, obscure 5-nerves. Reliqua ut in *tolacensi*. *Kunth.* *In scopulis montis Chapoltepec prope Mexico.* ♃.

Quid Avena *benghalensis Schwaegr. H. Breit.?*
— *capillacea P. de Beauv.?* apud *Steudel.*
— *heteromalla Hall.* et *Maench?* An *orientalis?*
— *magellanica P. de Beauv.?*
— *polonica Schwaegr. H. Breit.?*
— *pulchella P. d. Beauv.?*

n. 329. AIRA.

Pag. 678. n. 1. Aira *flexuosa*. Addatur synonymon: *Mühlenb. Descr. ub. p.* 86. *Bertolone Amoen. ital. p.* 328. *Wahlenb. Fl. ups. p.* 29. *van Hall Spec. bot. p.* 100. (qui notat *β*, in *Fl. belg.* III. 211 depictum, in Belgio frequentius occurrere). Avena *montana Web. holsat.*

Pag. 679. n. 3. Aira *montana*. Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 79. Deschampsia *bothnica Trin. Fund. Agrost. p.* 158. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 8, et inseratur Deschampsiae.

Vaginae laevissimae.

Obs. In specimine nostro in Hargård lecto, et ab Ill. *Thunb.* nomine Airae *bothnicae* (potius Deschampsiae) communicato radix deest; culmus bipedalis videtur. Folia radicalia, caulinaque ut vaginae, laevissima, glaberrima, nonnisi margine parum scabra, profunde striata, radicalia rigidiora. Ligula exserta, acuta. Panicula ramosa, ramis verticillatis, altero reliquis in verticillo singulo plerumque duplo triploque longiore, omnibus hispidis, rhachi teretiusculâ subasperâ. Pedunculi incrassati. Spiculae in nostro flavicant, sed videntur olim fuisse purpurâ variegatae. Flosculi ut plurimum 2, basi pilosi. Calycis gluma major trinervis, corollae major apice dentibus 3-5 distinctis. Arista supra basin recta. ♃.

Pag. 681. n. 6. Aira *ambigua*. Addatur synonymon: Deschampsia *ambigua P. de Beauv.*

n. 7. Aira *caryophyllea*. Addatur synonymon: *Sebast.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 37. *van Hall Spec. bot. p.* 102. *Svensk Bot. p.* 508. *f.* 1. Avena *caryophyllea Trin. Fund. Agr. p.* 157. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 7. (Excludendam esse varietatem γ, utpote eandem cum Aira *elegante Bertol. in litt.*)

Obs. Aira *caryophyllea Brotero Fl. lusit. p.* 93 sub definitione Linnaeana videtur omnino nostra A. *caryophyllea β*; addit enim: „Nimis affinis *praecoci*, sed differt inflorescentiâ multo majore divaricatâque, vaginis longioribus nec angulatis; corollis subaequalibus, subdivarica-

tis. Culmus 3-6 poll., panicula ramosa, divaricata, ante et post florescentiam contracta, pedunculis saepius binis ex eodem nodo, de tripartitis, scabriusculis. Calycis valvulae corolla longiores, subae quales, ventricosae, acuminatae, supra medium dorso et marginibus scabriusculae. Flosculi 2 sessiles, subaequales, basi vix villosi. Corollae valvula externa acuminatissima, supra medium carinâ et marginibus scaberrima, infra medium aristâ geniculatâ, incurvâ, extra calycem ad lineam unam protensâ. *In arenosis macris circa Centimbram.* ⊙)

Pag. 682. n. 8. AIRAE *eleganti* addantur, monente *Bertoloni in litt.*

AIRA *capillaris Bertol. Amoen. ital. p.* 328. *Mauri Rom. pl.* C. XIII. p. 6. Gramen tenue avenaceum versicolori panicula. *Bonami Pamph. t.* 145. Gr. paniculatum purpureo-argenteis locustis delicatissimis. *Scheuchz. Agr.* 223. *t.* 4. *f.* 23. β. utroque flosculo aristato. *Bertolon. Amoen. ital. p.* 328.

In omni Italia.

Obs. „Huic valde proxima A. *caryophyllea*, quae distinguitur habitu non adeo elato, paniculâ minus ramosâ et floriferâ; calycibus flosculo duplo majoribus, acuminatis, calyce parum flosculis longiore; glumâ florali externâ profundius bifidâ.“ *Bertol. l. c.*

Pag. 682. n. 9. AIRA *pulchella*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 79.

Gluma calycina flosculis subaequalis aut brevior, quae in *caryophyllea* longior, cui nimis tamen affinis. *Link.*

Pag. 683. n. 15. AIRAE *pallenti* addatur:

AIRA *pallens Mühlenb. Descr. ub. p.* 84. (excl. syn. AIRAE *pennsylvanicae Spreng.* fide *Spreng.*)

Culmus 3-ped., erectus, nodosus. Folia lineari-lanceolata, glabra, uti nodi. Ligula retusa, ciliata. Vagina substriata. Panicula contracta, nutans. Rami paniculae 5-2 nique scabri, ramulis alternis. Cal. corollâ minor, nervosus, scaber, valvulâ alterâ latiori, alterâ lineari, utrâque acuminatâ, muticâ, 2-3-florus, flosculo altero pedicellato, omnibus hermaphroditis. Cor. valvulae puncticulatae: flosculi sessilis muticae, pedicellati aristatae, aristâ paulo infra apicem sive dorsali contortâ, pedicello flosculi laevi, nec pubescente. Est et varietas mutica. Semen glabrum. Habitus TRISETI *pubescentis*. Conferatur AVENA *palustris*.“ *Mühlenb.*

Pag. 683. n. 16. AIRA *macrantha* deleatur, et inseratur KOELERIIS n. 3 a.

Pag. 684. n. 17. AIRA *arundinacea* Addatur:

Obs. Cl. *Link* videtur descripsisse varietatem calycibus trifloris, cum aperte notet: „cal. gluma triflora.“ Panicula expansa.

Pag. 684. n. 18. AIRA *humilis*. Addatur synonymon: CATABROSA *humilis Trin. Fund. Agr. p.* 136.

n. 20 a. Aira *distichophylla* *Spreng.*; paniculae ramis erectis spiculisque muticis glabris, foliis distichis, angustissimis, nervosis, subreflexis. *Spreng. nov. prov. p.* 46.

Culmi pedales, teneri, stoloniferi, glabri, stricti, subramosi. Vaginae glabrae. Ligula subnulla. Folia unciam longa, glabra, patentissima, subreflexa. Panicula terminalis nuda, ramis subflexuosis. Spiculae ovatae, glabrae, virides, biflorae. Flosculus alter abortire videtur. *Spreng.* *In Brasilia. Otto.*

Pag. 685. n. 22. Airae *nitidae* addatur synonymon: Aira *mollis* *Mühlenb. Descr. uberior. gram. p.* 82. (fide *Spreng. N. Entd.* II. *p.* 78.) quae etiam cum *pennsylvanica* quadrat. An Aira *truncata* *Willd.*? An Holcus *striatus* L.? Confer Airopsin *obtusatam.*

Div. *Mühlenberg* Airam *obtusatam* *Mich.* secundum *Schrader*, et Airam *pennsylvanicam* *Spreng.* secundum *Swartz* ad suam *mollem* ducit; *pennsylvanicam* tamen iterum sine dubio ad *pallentem* trahit. Airae *mollis* „culmus teres, 2-ped., erectus, nodis glabris, nigrescentibus. Folia radicalia et inferiora pubescentia, mollia. Ligula brevissima, retusa, multifida. Vagina pubescens. Panicula patens, subsimplex: ramis ternis ramulisque perpaucis, glabris. Cal. biflorus, muticus, valvulâ unâ latiori, trinervi, alterâ lanceolatâ, acutâ. Cor. puncticulata, glabra, corollâ una sessili, secundâ, pedicellatâ, utrâque hermaphroditâ cum rudimento tertiae pedicellatae. Antherae et stigmata purpurascentia." *Mühlenb.* 2. Nobis affinis videtur Airopsis *brevifolia* *Pursh.*

n. 23. Aira *festucoides.* Addatur synonymon: Trichodium *rupestre* *Willd.*?

n. 25. Airis addatur:

n. 26. Aira *filiformis* *König MS.*; glabra, erecta, pedalis; foliis ensiformibus; paniculis oblongis, compositis; racemis secundis, linearibus, simplicibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 328.

Culmi plerumque nudi, teretes. Folia parva, glabra; ligulâ membranaceâ, lacerâ. Panicula erecta, rara, racemis alternis, simplicibus, filiformibus, expansis. Flores serie duplici. Cal. biflorus, magnus. *Roxb.* l. c. *In pascuis.*

p. 330. DESCHAMPSIA.

Pag. 685. n. 1. Deschampsia *cespitosa.* Addatur synonymon: *van Hall Spec. bot. p.* 102. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 8. Aira *cespitosa Fl. bat.* I. *p.* 61. Et τῳ β: Aira *cespitosa.* *Wahlenb. Fl. ups. p.* 29., quo teste, *Fl. Dan. t.* 240 minus bona.

Etiam in America sept., sed, ut ex *Mühlenberg Descr.* p. 85. videtur, varietas tantum β, foliis setaceis, nervosis, scabris.

tis. Culmus 3-6 poll., panicula ramosa, divaricata, ante et po florescentiam contracta, pedunculis saepius binis ex eodem nodo, tri tripartitis, scabriusculis. Calycis valvulae corolla longiores, subae quales, ventricosae, acuminatae, supra medium dorso et marginib scabriusculae. Flosculi 2 sessiles, subaequales, basi vix villosi. Co rollae valvula externa acuminatissima, supra medium carinâ et margi nibus scaberrima, infra medium aristâ geniculatâ, incurvâ, extra ca lycem ad lineam unam protensâ. *In arenosis macris circa Co nimbram.* ⊙)

Pag. 682. n. 8. Airae *eleganti* addantur, monente *Berto loni in litt.*

Aira *capillaris Bertol. Amoen. ital. p. 328. Mauri Rom. pl. C. XIII. p. 6.* Gramen tenue avenaceum vers colori panicula. *Bonami Pamph. t. 145.* Gr. panicu latum purpureo-argenteis locustis delicatissimis. *Scheuch. Agr. 223. t. 4. f. 23.* β. utroque flosculo aristato *Bertolon. Amoen. ital. p. 328.*

In omni Italia.

Obs. „Huic valde proxima A. *caryophyllea*, quae distinguitur habitu n adeo elato, paniculâ minus ramosâ et floriferâ; calycibus flosculo plo majoribus, acuminatis, calyce parum flosculis longiore; glu florali externâ profundius bifidâ." *Bertol. l. c.*

Pag. 682. n. 9. Aira *pulchella.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p. 79.*

Gluma calycina flosculis subaequalis aut brevior, quae in ca *ryophyllea* longior, cui nimis tamen affinis. *Link.*

Pag. 683. n. 15. Airae *pallenti* addatur:

Aira *pallens Mühlenb. Descr. ub. p. 84.* (excl. syn Airae *pennsylvanicae Spreng.* fide *Spreng.*)

Culmus 3-ped., erectus, nodosus. Folia lineari-lanceolata, gla bra, uti nodi. Ligula retusa, ciliata. Vagina substriata. Pa nicula contracta, nutans. Rami paniculae 5-2nique scabri ramulis alternis. Cal. corollâ minor, nervosus, scaber, val vulâ alterâ latiori, alterâ lineari, utrâque acuminatâ, mutic 2-3-florus, flosculo altero pedicellato, omnibus hermaphro ditis. Cor. valvulae puncticulatae: flosculi sessilis muticae pedicellati aristatae, aristâ paulo infra apicem sive dorso contortâ, pedicello flosculi laevi, nec pubescente. Est et varietas mutica. Semen glabrum. Habitus Triseti *pubescen tis.* Conferatur Avena *palustris.*" *Mühlenb.*

Pag. 683. n. 16. Aira *macrantha* deleatur, et inseratur Koeleriis n. 3 a.

Pag. 684. n. 17. Aira *arundinacea* Addatur:

Obs. Cl. *Link* videtur descripsisse varietatem calycibus trifloris, cu aperte notet: „cal. gluma triflora." Panicula expansa.

Pag. 684. n. 18. Aira *humilis.* Addatur synonymon: Catabrosa *humilis Trin. Fund. Agr. p. 136.*

n. 20 a. AIRA *distichophylla Spreng.*; paniculae ramis erectis spiculisque muticis glabris, foliis distichis, angustissimis, nervosis, subreflexis. *Spreng. nov. prov. p.* 46.

Culmi pedales, teneri, stoloniferi, glabri, stricti, subramosi. Vaginae glabrae. Ligula subnulla. Folia unciam longa, glabra, patentissima, subreflexa. Panicula terminalis nuda, ramis subflexuosis. Spiculae ovatae, glabrae, virides, biflorae. Flosculus alter abortire videtur. *Spreng. In Brasilia. Otto.*

pag. 685. n. 22. AIRAE *nitidae* addatur synonymon: AIRA *mollis Mühlenb. Descr. uberior. gram. p.* 82. (fide *Spreng. N. Entd.* II. *p.* 78.) quae etiam cum *pennsylvanica* quadrat. An AIRA *truncata Willd.*? An HOLCUS *striatus* L.? Confer AIROPSIN *obtusatam.*

Div. *Mühlenberg* AIRAM *obtusatam Mich.* secundum *Schrader*, et AIRAM *pennsylvanicam Spreng.* secundum *Swartz* ad suam *mollem* ducit; *pennsylvanicam* tamen iterum sine dubio ad *pallentem* trahit. AIRAE *mollis* „culmus teres, 2-ped., erectus, nodis glabris, nigrescentibus. Folia radicalia et inferiora pubescentia, mollia. Ligula brevissima, retusa, multifida. Vagina pubescens. Panicula patens, subsimplex: ramis ternis ramulisque perpaucis, glabris. Cal. biflorus, muticus, valvulâ unâ latiori, trinervi, alterâ lanceolatâ, acutâ. Cor. puncticulata, glabra, corollâ una sessili, secundâ, pedicellatâ, utrâque hermaphroditâ cum rudimento tertiae pedicellatae. Antherae et stigmata purpurascentia.“ *Mühlenb.* 2. Nobis affinis videtur AIROPSIS *brevifolia Pursh.*

n. 23. AIRA *festucoides.* Addatur synonymon: TRICHODIUM *rupestre Willd.*?

n. 25. AIRIS addatur:

n. 26. AIRA *filiformis König MS.*; glabra, erecta, pedalis; foliis ensiformibus; paniculis oblongis, compositis; racemis secundis, linearibus, simplicibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 328.

Culmi plerumque nudi, teretes. Folia parva, glabra; ligulâ membranaceâ, lacerâ. Panicula erecta, rara, racemis alternis, simplicibus, filiformibus, expansis. Flores serie duplici. Cal. biflorus, magnus. *Roxb.* l. c. *In pascuis.*

p. 330. DESCHAMPSIA.

g. 685. n. 1. DESCHAMPSIA *cespitosa.* Addatur synonymon: *van Hall Spec. bot. p.* 102. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 8. AIRA *cespitosa Fl. bat.* I. *p.* 61. Et τῳ β: AIRA *cespitosa. Wahlenb. Fl. ups. p.* 29., que teste, *Fl. Dan. t.* 240 minus bona.

Etiam in America sept., sed, ut ex *Mühlenberg Descr.* p. 85. videtur, varietas tantum β, foliis setaceis, nervosis, scabris.

Obs. „Occurrere circa Nartsanam et Petropolim varietatem spiculis ad Airam *flexuosam* accedentem." *M. a Bieb. Suppl.*

n. 1 a. Deschampsia *Biebersteiniana*; foliis planis, brevibus; paniculâ patente; ramis primariis longissimis; valvulis corollinis basi pilosis, aristam dorsalem subaequantibus. *M. a Bieb. t. c. Suppl. p.* 63. sub Aira *brevifolia.*

„Facies et statura Airae (*Deschampsiae*) *cespitosae.* Folia radicalia 2-3 poll. tantum longa, lineam circiter lata, canaliculata, acutiuscula, rigidula, glauca, supra striata, parum aspera, culmea minora, breviora: vaginis longis; ligula oblonga, exserta. Culmi circiter 1 1/2 ped., erecti, graciles, ad 1/3 geniculo purpureo intercepti, foliis duobus ad 2/3 vaginati. Paniculae glabrae radii violacei, longe nudi: inferiores saepe terni: ramulis parum flexuosis. Spiculae magnitudine et structurâ A. *cespitosae:* valvulis basi purpureis, apicem versus sensim dilutioribus, atque sordide albicantibus, nec ut in *cespitosa* basi viridibus, medio purpureis, apice argenteis. Ad Airam *flexuosam* paniculae et spicularum colore accedit: sed habitu et formâ foliorum magis ab ea adhuc quam a *cespitosa* aliena." *M. a. B. In herbidis circa Nartsana.* 2. Nomen mutandum erat ob Airam *brevifoliam Presl.*

Pag. 686. n. 2. Deschampsia *discolor.* Deleatur: est media.

n. 3. Deschampsia *alpina.* Addatur synonyma: *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 8. Aira *alpina Fl. Dan. p.* 1626. (citata in prioribus S. V. editionibus *Fl. Dan. t.* 961 est *atropurpurea Wahlenb.*, quae omnino Aira.) Avena *alpina Trin. Fund. Agr. p.* 157.

Pag. 687. n. 4 a. Deschampsia *laevis*; foliis planis, paniculâ laxâ, ramosâ; pedunculis laevibus; calyce valvis corollinis paulo breviore; flosculis basi vix pubescentibus, sub apice breviter aristatis. Aira *laevis Brotero Fl. lusit. p.* 90.

Rad. fibrosa annua; culmi solitarii aut saepius plures ex una radice, 4-7 poll., erecti glabri ut fere tota planta, striati binodes. Folia supra et marginibus scabriuscula, subtus laevia, subcarinata; vaginae inferiores folio breviores, superiores illo nimium longiores, striatae; ligula membranacea, longa, fissa. Panicula 2 poll., ovata, divaricata; pedunculi omnes laevissimi, vix flexuosi, 2-3-4 ex singulo rhachis nodulo; pedicelli immediati spiculis 2-4 linear. Receptaculum singulae spiculae tuberculato-turbinatum. Spiculae glaberrimae, obtusae, sublanceolatae, lineam, vix ultra, longae. Calycis valvulae subaequales, lanceolatae, obtusiusculae, vix marginatae, dorso virides laevesque, ad apicem marginibus membranaceis sordide albidis, corollis paulo breviores. Flosculi subaequales, laxiusculi; inferior subsessilis, tuberculo subglabro insidens; superior pedicello minimo, leviter ad lentem villoso. Corollae valvula exterior glabra, ad lentem inferne vix pubescens, apice obtuso, denticulato, membra

naceo, carinâ ad lentem superne scabriusculâ, paulo infra apicem aristâ scabrâ ipsâ valvulâ dimidio breviore, erecta, vix 1/2 lineam supra ipsam protensa, demum obliquâ, nec tortili nec geniculatâ; valvula internâ vix minor, membranaceâ, glabra, apice denticulata. Antherae atropurpureae. *In montibus aridis frigidis circa Conimbricam et alibi in Beira.* ⊙.

Obs. Brotero nullam affinitatem adjecit, posuit ante AIRAM (DESCHAMPS.) *cespitosam.* Proxima videtur *laevigatae.*

Pag. 687. *n. 7.* DESCHAMPSIA *media.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 79. (quo teste huc etiam referenda DESCHAMPSIA *discolor S. V. ed. n. p.* 686. *n.* 2.) SCHISMUS *Gouani Trin. Fund. Agr. p.* 148.

Vaginae asperrimae. *Link.* Cls *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. p. 596 *discolorem* nunc iterum jungit cum *media.*

Pag. 688. n. 9. DESCHAMPSIA *arundinacea Spreng.;* paniculâ erectâ; valvis calycinis nervosis flosculos excedentibus; corollis basi (et apice) pilosis; aristâ rectâ calycem aequante; culmo villoso; ore vaginarum piloso. *Spreng. nov. provent. p.* 16. AVENA *arundinacea Delille t.* 12. *f.* 1. AVENA *Forskali Sieb. Herb. aegypt.*

Rad. subtuberculosa. Culmi plures, basi ramosi, pedales, teretes, toti vaginis tecti, ad basin ventricosis. Folia plana, 1-3 poll., rigida, patentia, acuta. Panicula cylindrica, spiculis subsessilibus, patentibus, 2-3 poll. longa. Valvulae calycinae subaequales, ovato-lanceolatae, ad nervos hispidulae, mucronatae. Flosculi 2-3 in singulo calyce, tertio neutro. Valvulae corollinae inaequales, ovato-lanceolatae, undique pilosae: major apice aristâ vix longitudine valvulae. Ad iconem a clo *Delille* data. Nobis potius TRISETUM videtur, et quidem TR. *Forskali* proximum, quod cum hoc confundebat cls *Sieber.* Confer figuram TR. *Forskâli* apud *Delille Descr. de l'Egypte* t. 12. f. 2. *In Aegypto.*

n. 331. CORYNEPHORUS.

Pag. 688. n. 1. CORYNEPHORUS *canescens.* Addatur synonymon:
van Hall Spec. bot. p. 104. AIRA *canescens Fl. Bat.* III. *p.* 171. *Bivon. Bernard.* C. II. *p.* 1. *Seb.* et *Maur. Prodr. Fl. rom. p.* 37. *Hartm. gram. suec. recogn. p.* 8. *β. variegata.* Gramen sparteum variegatum. *Bauh. pin.* 5. *Theatr.* 72. *Comm. Holl.* 49, fide *van Hall* et eodem auctore: γ. paniculâ glaucâ, antheris sulphureis.

Pag. 689. CORYNEPHORO *articulato* addendum synonymon, monente clo *Bertolon. in litt.:*
AIRA *canescens Savi Pis.* I. *p.* 88.

n. 332. DANTHONIA.

Pag. 689. n. 1. DANTHONIAE *provinciali* subjungatur: DANTHONIA *alpina Vest;* foliis omnibus planis, basi nodi culis; spiculis subquadrifloris, racemoso-paniculatis; caly bus flosculos bisetos et aristatos superantibus. *De Vest Bot. Zeit.* 1821. n. 10.

n. 16 c. DICLIPTERA *speciosa Nees* et *Mart.* (a nobis p. 248 c allata) describitur in *N. Act. Acad. N. C.* XI. p. 61.

Caulis fruticosus 6-7 ped., teretiusculus, flexuosus, ad geniculа tumidus, purpurascens, glaber, lineis 2 oppositis hirsutis. Folia remota, patentia, ovato-oblonga, acuminata, in petiolum decurrentia, margine repando-subcrenata, venosa, glabra, costâ subtus scabra, et omni superficie lineolis minutis elevatis asperiuscula. Pedunculi axillares, petiolo

longiores, alterni, subpubescentes. Bracteae 4, quarum 2 exteriores maximae, ovatae, mucronatae, integerrimae, venosae, ciliatae; interiores lanceolato-acuminatae, calyce longiores. Calyx sessilis 5-partitus, laciniis lanceolatis, acutis, margine villosis aequalibus. Corolla calyce 4-plo longior ringens, coccinea, pubescens, tubo sursum ampliato; galeâ lanceolatâ apice bifidâ, labio magno trilobo: lobis subaequalibus, ovatis rotundatis, margine subundulatis. Stamina galeâ paulo longiora; antherae loculis distantibus, inferiori majori basi mucronato, superiori obliquo. *Nees* et *Mart.*

n. 82. ERANTHEMUM.

g. 154. (88.) n. 19. Eranthemum *modestum* (a nobis p. 248c allata) describitur in *N. Act. N. C.* XI. p. 64.

n. 20. Eranthemum? *detruncatum ibidem* p. 65. Addatur:

Obs. „Haec ejusdem generis est, cujus typum *Brownius* (*Prodr. Fl. N. Holl.*) agnoscit, Ruelliam *infusam* aliasque loculis dispermis insignes complectentem; sed differt ab his quoque floribus reverâ diandris, neque corollâ inferâ laciniâ impressâ; tum etiam habitu et patriâ, quibus notis Ruelliae *macrophyllae* propius accedit. *Nees* et *Mart.*

n. 21. Eranthemum *verbenaceum Nees* et *Mart.* describitur ibidem p. 65.

Er. *detruncato* simile. Glabrum totum. Caulis 1-2 ped., inferne teres, superne alternatim compressus et furcatim divisus, geniculis parum inflatis. Folia opposita, oblonga, acuminata, in petiolum longum decurrentia, basi annulo membranaceo juncta, integerrima, glaberrima, lineolis elevatis utrinque inspersa, subtus pallida, arcuatim venosa. Spica terminalis semipedalis, erecta, simplex; rhachi alternatim compressa, glabra. Flores oppositi, remoti, rhachi appressi, omnino sessiles. Bracteae 3 calyce dimidio breviores, ovato-subulatae, appressae; infera major. Calyx tubulosus, 5-fidus, laciniis subulatis. Corolla hypocrateriformis, alba; tubo calyce duplo longiore, incurvo; limbo 5-fido; laciniis oblongis, obtusis. Stamina 2 inclusa, adjectis singulo singulis sterilibus. Antherae oblongae, muticae. Capsula basi longe attenuata, mucronata, compressa, glabra, fusca, loculis dispermis. *Nees* et *Mart.*

n. 86. CALCEOLARIA.

V. T. I. *p.* 181. *n.* 11. Calceolariae *corymbosae* adde synonymon:

Sims Bot. Mag. 2418. *Bot. Reg.* 723.

ag. 163. (97.) n. 46. Calceolariae *scabiosaefolia* addatur:

Obs. D. *Sims* in *Bot. Mag.* t. 2405. *Calc. scabiosaefoliam* Syst.

reg., quam hae tabulâ hoc nomine depinxit, esse *pinnatam Fl. peruv.*; non vero *pinnatam Hort. Kew.* asserit.

S. V. T. I. p. 188. n. 49. Calceolariae *rugosae* adde synonym:

Calceolaria *integrifolia Bot. Reg. t.* 744.

n. 87. PINGUICULA.

Pag. 168. (102.) Pinguiculis addatur:

n. 19. Pinguicula *edentula Hook.*; nectario subulato recurvo, corollâ campanulatâ breviore, 5-lobo: lobis emarginatis, integerrimis; palato prominente; scapo pubescente. *Hook. Enot. Flor. t.* 16.

Differt a P. *lutea Walt.*, cui corollae colore similis, lobis corollae emarginatis, nec 4-dentatis. *In Savannal Am. bor.*

n. 88. UTRICULARIA.

Pag. 169. (103!) n. 6b. Utricularia *diantha.* Addatur:

Obs. Accedere ad Utr. *capillaceam Spreng. N. Entd.* III. p. 88.

n. 89. STACHYTARPHETA.

Pag. 176. (110.) n. 15. Stachytarpheta *quadrangula Nees et Mart.* (a nobis p. 248 d allata) describitur in *N. Act. Acad. N. C.* XI. p. 69.

n. 16. Stachytarpheta *hispida.* Addatur ex N. Act. Acad. N. C. XI. p. 69. descriptio:

Frutex 3-4-ped., ramis irregulariter dichotomis, totus setis rigidis, nitidis, patentibus dense obsitus. Folia circiter 11/2 poll.; e basi longa cuneata integerrima, ovata, acuta, utrinque dentibus 6-8 aequalibus obtuse cuspidatis, setosa, venis simplicibus. Spica longitudinis 1/2 spitham., satis crassa, sessilis, densa. Calyces modice immersi Bracteae lanceolatae, laxae, valde setosae. Corolla pulchre caerulea, pro generis indole magna, fauce villosa. Nuculae fuscae, calyce ventricoso unilateraliter sese findente, 4-dentato. Differt a proxima St. *dichotoma R. et Pav.* hirsutie parciori; foliis arctius serratis et spicis laxioribus. *Nees* et *Mart.*

n. 17. Stachytarpheta *trispicata Nees* et *Mart.* Addatur ex *N. Act. Acad. N. C.* descriptio:

Frutex 6-ped., cortice pallido, glabro, inferne teres; ramulis alternatim compressis. Folia pollic. et 2 poll., in petiolum longum attenuata, acuta, basi apiceque integerrima, medio autem ambitu crenato-serrata, rigidiuscula, subtus ad venas primarias marginesque scabra. Spicae terminales, ternatae, 1-2 pollic., brevissime pedunculatae, subcylindricae, densae. Bracteae lanceolato-subulatae, carinatae, margine se-

dio pectinato-ciliatae, calyce breviores. Calyx prismaticus, glaber, ad medium 4-fidus; laciniis lanceolatis, obtusis. Corolla calyce duplo longior, glabra, caerulea, tubo curvo sursum ampliato, limbo obtuse 5-lobo. Utriculi 2 lanceolati, pallidi. Differt a simili St. *crassifolia* *Schrad.* foliorum formâ et spicis ternis. *Nees* et *Mart.*

n. 90. LYCOPUS.

n. 176. (110.) n. 8. Lycopus *diandrus*. Addatur synonymon:

...nila *Buchanani Spreng. N. Entd.* III. *p.* 88.

Obs. „Cum stamina 4 adsint, quorum 2 abortiunt, 2 autem antheras geminas gerunt, ad Cunilae genus potius pertinet quam ad Lycopum." *Spreng. l. c.*

...g. 177. (111.) Lycopis addatur:

n. 10. Lycopus *rubellus Mönch*; flore minimo albo; ...liis purpureis acuminatis, serratis; odore remisso. *Gron. Fl. virg. p.* 5. *Mönch Suppl. p.* 146. *Wenderoth Sylloge* in *Bot. Zeit.* 1822. p. 89.

...audex descendens fibrosus, stolonifer, adscendens, 1-2 ped., tetragonus, brachiato-ramosus et ramosissimus, superne inprimis pubescenti-scabriusculus. Folia oblongo- et ovalilanceolata, basi cuneata, integerrima, apice producta, medio tantum et fere aequaliter serrata, utrinque pilis adpressis, subtus glaucescentia, violaceo-rubella, sub lente punctata; superiora et summa magis rubra. Flores subverticillati, in axillis foliorum congesti. Cal. minimus, 5-dentatus. Cor. calyce duplo major, alba, serius rubella, laciniâ infimâ rubro-punctatâ. Clo *Schrader* varietas *europaei* videbatur; sed differre ab hoc staturâ humiliore, ramosiore, foliis basi cuneiformibus, attenuatis, apice elongatis, integerrimis; dentibus minoribus et magis aequalibus; superficie laevi nec rugosâ, colore, tempore florendi seriore. *Wenderoth.*

Obs. Confer quae ibidem p. 90. 91. cl. *Wenderoth* de Lycopodis *europaei*: calycis dentibus erectis; *exaltati*: calycis dentibus reflexis; *virginici*: calycis laciniis cuspidatis, ciliatis etc. differentiis monet.

n. 91. AMETHYSTEA.

V. T. I. p. 207. n. 1. Amethystea *caerulea*. Addatur synonymon:

...ycopus *amethystinus*; pedunculis axillaribus et terminalibus subtrifidis; foliis tripartitis: laciniis lanceolatis sinuatoserratis. *Steven Mem. de la Soc. d. Natural. d. Moscou.* T. V. XII.

n. 94. MONARDA.

...g. 181 (115) n. 12. Monarda *ciliata*. Addatur:

Obs. Character genericus Blephiliae, ad quam Monardae omnes bilabiatae forsitan trahendae, cl. *Rafinesque* in *Prodr. nov. gen. Journ. de Phys.* T. 89. p. 98: „*Cal* tubulosus, 10-striatus, bilabiatus: labio superiore tridentato, dentibus subulatis, ciliatis; inferiore bifido, brevissimo, glabro. *Cor.* bilabiata, labium superius erectum, lineare, canaliculatum, bidentatum; inferius trilobum, lobis aequalibus, rotundatis, integerrimis. *Stam.* 2, longitudine labii superioris."

n. 96. SALVIA.

Pag. 185. (119.) p. 248 e. n. 26 e. Salviae *splendenti* addatur synonymon:

S. *splendens*; foliis petiolatis, ovatis, lanceolato-acuminatis, serratis, basi subcuneatis, integerrimis, subtus glabris, corollae tubo elongato, subtilissime-lanuginoso; labii inferioris laciniis lateralibus reflexis; stigmatibus insertis, stiloque glaberrimis *Bot. Reg. t.* 687. *Nees* et *Martius N. Act. Acad. N. C.* XI. *p.* 77.

Flores longi et calyces Kermesini.

Pag. 204. (138.) n. 97. Salvia *verticillata.* Addatur varietas: β. Foliis subtus hirsutis, supra subincanis. *Bess. Enum. plant. Volhyn. p.* 40.

Ad Tyram prope Raszkow. Andrz.

Obs. Cl. *Dumont d'Urville* in *Enum. pl. orient. p.* 4. Salviam *verticillata Marsch. a Bieb.* ad *napifoliam* potius spectare videtur, ad quam etiam laudat *Horminum sylvestre latifolium verticillatum* C. B. *Tourn. Herb.*, et quam ubique ad littora Euxini, Colchidis, Tauriae occurrere affirmat.

Pag. 205. (139.) n. 107. Salvia *pratensis.* Addatur synonymon:

S. foliis cordato-oblongis, crenato-incisis; bracteis verticillis 6-floris brevioribus; calycis labio superiori subintegro, 1-3 aristato; corollae galeâ labello longiore; tubo dentes calycis superante; stylo incluso. *Andrzeiowski* apud *Besser Enum. plant. Volhyn. p.* 3.

n. 107 a. Salvia *dumetorum Andrz.*; foliis cordato-oblongis, acutis, sinuato-dentatis, crenatis, rugosis; bracteis verticillos 6-9-floros aequantibus; calycis labio superiore bifido aristato; corollae galeâ rectiusculâ, bifidâ, labello aequali; tubo corollae calyce breviori; stylo exserto galeâ duplo longiori. *Andrzeiowski* apud *Besser Enum. plant. Vollhyn. p.* 3. et 40. S. *pratensis* var. flor. minore. *Catal. Krzemien.* 1811. *n.* 288. α. flore roseo. β albo. An S. *pratensis* γ nostrum.

Rami pauci, remoti. Folia utrinque pilis firmis, raris, asp-

riora subauriculata, amplexicaulia. Internodia 1-2 poll. Bracteae similes *pratensi*, in verticillo florente calyces longitudine aequantes. Flores parvi, caerulei; galea compressa, non viscosa, piloso-glandulosa; faux dentes calycis non superat. Cal. florifer cylindricus, e virente violaceus, fructifer viridis, amplus, campanulatus, bracteis longior. *In pratis elatis Volhyniae et Podoliae. Andrz.* Haec jungere S. *campestrem M. B.* cum *pratensi* videtur olo *Besser;* est enim et *pratensis* in Tauria et Caucaso monente ill. *Steven.*

ag. 206. (140.) n. 114. SALVIA *nutans*. Adde synonymon: *Bot. Mag. t.* 2436.

n. 114 a. SALVIA *cremecensis Bess.*; foliis cordato-oblongis, acutis, bicrenatis, subtus pubescentibus; caule simplicissimo, acutangulo; racemis florentibus cernuis. *Besser Enum. plant. Volhyn. p.* 40.

Affinis *nutanti*, sed characteribus datis sufficienter distincta. *Bess. l. c.*

n. 116. SALVIA *pendula*. Addatur varietas:
SALVIA *betonicifolia β*; foliis caulinis sessilibus, radicalibus cordato-oblongis, basi aequali, inaequali et cuneatâ inter nervos medios. *Besser Enum. plant. Volhyn. p.* 40.

Varietas haec in *Podolia australi* et in *Gub. Chersonensi;* a *nemorosa* constanter staturâ et spicis nutantibus diversa.

ig. 208. (142.) n. 127. SALVIA *campestris*. Addatur synonymon:
SALVIA *hypanica Andrz.*; foliis radicalibus oblongis; caulinis inferioribus subcordato-ovatis, omnibus subhirsutis, obtusiusculis, duplicato-crenatis; bracteis verticillos subaequantibus; calycis labio superiori integro, mutico; corollae galeâ subarcuatâ, integrâ, labellum aequante; tubo corollae calyci aequali; stylo (tertiâ parte) exserto. *Andrzeiowski* apud *Besser Enum. plant. Volhyn.. p.* 4. 40. Sclarea pratensis, foliis serratis, flore minore caeruleo. *Tournef. Herb.* teste *Sieber* in *Iside* 1823. p. 459.

Caulis adscendens, basi prostratus. Folia radicalia petiolata, ovata, inferiora petiolata, superiora sessilia, simpliciter crenata. Rami paniculati. Verticilli 6-9 flori. Bracteae S. *dumetorum*, muticae. Calyx S. *dumetorum;* sed constanter charactere dato. Cor. caerulea, fauce dentes calycis superante. *Andrz.* qui ad *Hypanim et in Ucraniae nemorosis.*

n. 129. SALVIA *sylvestris*. Addatur:

Obs. SALVIAM *sylvestrem Jacq.* esse omnino *nemorosam Vahl* et *Hort. Kew.*, *Besser Enum. plant. Volhyn. p.* 8.

g. 209. (143.) n. 134. post SALVIAM *Sclaream* inseratur:

134 a. S. *Simsiana* bracteis concavis, aristatis, flore longioribus, coloratis: summis sterilibus; galeâ falcatâ, emarginatâ; foliis ovatis, rugosis, repando-crenatis. S. *bracteata* *Bot. Mag.* 2320.

Caulis erectus, rigidus, tetragonus, angulis rotundatis, ramosus, pilis pellucidis. Folia acuminata, crenato-sinuata, summa integerrima (sessilia, opposita, pilosa, 1/2 ped., basi 4-5 poll. lata). Flores in verticillis distantibus subsexfloris; verticillus singulus bracteis duabus ovato-acuminatis, concavis, striatis, flore longioribus, basi virescentibus, apicem versus in aristam filiformem terminatis, roseis, suffultus. Calyx bilabiatus (breviter pedicellatus), 5-dentatus: dentes aristati, non pungentes, dens medius labii superioris semper obsoletus. Corolla ringens (pollicaris): labium superius concavum, laete violaceum, pilosum, punctis pellucidis; labium inferius trilobum: lobus medius, orbicularis, emarginatus, albus, mox fuscescens; laterales pallide violacei. Stamina inclusa. Filamenta inferne clavata, tunc ad apicem usque in spiram semicircularem attenuata: antherâ violaceâ, polline albo, juxta extremitatem latam pedicello brevi erecto articulo mobili affixâ. Stylus exsertus: stigmatis lacinia inferior superiore dimidio longior. Planta bracteis amplis roseis floribusque coeruleis et albis elegantissima. Differt a S. *Sclareâ*, cui affinis, bracteis et dentibus calycinis magis elongatis; corollae labio superiore angustiore, longiore, et violaceo nec rubro; filamentis magis curvatis, nec apice solum inflexis. *Hab. in Russia.* ♃. (Nomen mutandum erat, cum jam antiquior sit S. *bracteata Russel.*)

Pag. 211. (145.) n. 145. SALVIA *Sibthorpii.* Synonymis adde: S. foliis cordatis, sinuatis, rugosis; caule subaphyllo, ramoso; verticillis numerosissimis, 6-floris; calycibus glandulosis; floribus parvis, dilute violaceis. *Dumont d'Urville Enum. pl. Orient.* p. 3.

Ubique in insulâ Scyro occurrit; in sylvis Bulgariae prope Sisopolim et *Ineada. Dum. l. c.*

Ibid. n. 146. SALVIA *triloba.* Addatur:

Obs. Forsan cum S. *bacciferâ* jungenda: differre tamen videtur ramis sparsis, virgatis; floribus majoribus et albidis; tandem calyce nec minus viscoso. Frequens in collibus aridis *insularum Archipelagi.* *Dum. d'Urv. Enum. pl. Orient.* p. 3.

S. *V. T. I.* p. 259. n. 161. SALVIA *napifolia.* Addatur:

Obs. In arvis Coi varietas insignis foliis longioribus, nunquam lyratis, magisque rugosis; floribus duplo majoribus; calycibus saturate violaceis. *Dum d'Urv. Enum. pl. orient.* p. 4. Confer *Obs.* ad *verticillatam* supra in *Additam.*

n. 99 a. MILLINGTONIA.

a g. 217. (151.) n. 1. Millingtonia *simplicifolia*. Addatur synonymon:
Roxb. Coromand. III. *t.* 254.

a g. 219. (n. 153.) post n. 101. Acaenam inseratur:

n. 101 a. RAVIA.

1. Ravia *resinosa Nees* et *Mart.*; foliis simplicibus oblongis utrinque attenuatis; floribus capitatis, capitulis cymosis. *Nees* et *Mart. N. Act. Acad. N. C.* XI. p. 169. T. XXIII.

Frutex glaber, 6-8 ped., ramosus, inordinate di- trichotomus: ramis terétibus, cinereis; ramulis angulosis. Folia alterna, 5-uncialia, petiolo 1/2 poll. et 1 poll., semicylindrico, glandulis prominentibus exasperato, ope articuli inserta, deflexa, integerrima; glabra, pellucido punctata, venosa, submembranacea, laete viridia, nitida; stipulae nullae. Pedunculi terminales, glabri, ut plurimum terni, fasciculati, rarius pedunculo communi accidente elati, apice trifidi, ramis brevissimis, bracteis aliquot lanceolatis, involucratis, nudisve. Flores in ramulis sessiles, conferti, capitulum compositum constituentes, albi, mediocres. Calyx parvus, acute quinquangulus, dentibus obtusiusculis, glandulis exasperatus et nigricans. Petala glandulis pellucidis duplici serie percursa. Fructus Ricino cocco similis, virescens, glandulis pellucidis, immersis. *Nees* et *Mart.* *Ad viam Felisbertiam. Princ. Neowid.*

n. 2. Ravia *racemosa Nees* et *Mart.*; foliis simplicibus, oblongo-lanceolatis; floribus spicatis. *Nees* et *Mart. Nov. Act. Acad. N. C.* XI. p. 169. T. XXIV.

Frutex 6-8 ped., cortice griseo, glabro. Folia versus ramorum apices per intervalla approximata, spithamaea, oblongo-lanceolata, utrinque acuta, integerrima, glabra, pulchre venosa, pellucido-punctata, coriacea; petiolo pollicari cylindrico, nodo oblongo inserta. Spica infra gemmam terminalis, 5-6 poll.; rhachi subtrigonâ, glabrâ, crassiuscula. Flores quam in R. *resinosa* minores, glomerati, 3-6 sessiles, glomerulis distinctis. Calyx brevis, subcampanulatus, pubescens, nigricans, pellucido-punctatus; laciniis ovato-lanceolatis, acutis, ciliatis. Petala alba, calyce vix triplo longiora, apice reflexa, tomentosa. Stamina ut in *resinosa*. Germen pentacoccum. Stylus et stigma 5 angularia. *Nees* et *Mart.* *Cum* R. *resinosa*.

n. 10 b. DIGLOTTIS.

n. 1. Diglottis *obovata Nees* et *Mart.*; foliis obova-

tis floribus subspicatis. *Nees* et *Mart. Nov. Act. Acad. N. C.* XI. p 170. *t.* XXV.

Frutex humanâ altitudine et altior, comâ densâ. Rami ramulique teretes, patuli, cortice cinereo, verrucoso. Folia alternatim sparsa, versus apicem ramulorum congesta, 4-6 poll. 2 1/2 lata, obovato-oblonga, apice rotundata, basi acuta, integerrima, glabra, pellucido-punctata, venis reticulatis, primariis e costa ad angulum fere rectum prodeuntibus, coriacea, nitida, viridia. Petioli semipollicares, inserti, subtus convexi, supra canaliculati, apice tumidi, glabri. Panicula terminalis, conferta. subsessilis, 2 poll. longa, ramis brevissimis; rhachi communi angulatâ, subtomentosâ. Flores subsessiles bracteâ lanceolatâ, acuminatâ, calyce parum breviore, pubescente. Calyx pubescens, dentibus acuminatis. Corolla e minoribus. Petala oblongo-lanceolata, acuminata, carinata, alba, dorso subtomentosa. Staminum fertilium appendiculi facie interiore pubescentes, uti filamenta infra antheras; sterilium appendiculi interne glabri, externe margine pubescentes. Fructus non visus. *Nees* et *Martius*. *In sylvis ad fluvium Xipotó Provinciae Minas geraes.*

n. 107. FRAXINUS.

Pag. 226. (160.) n. 16. FRAXINUS *excelsior*. Addatur varietas: α. Fraxinus foliis subtus magis villosis. *M. a Bieb. Fl. taur. cauc.* II. p. 450 et β. cortice ramulorum fusco, petiolorum basi purpurascente *Besser Enum. plant. Volhyn. Podol. p.* 2.

n. 112. CLADIUM.

Pag. 228. (162.) n. 2. CL. *occidentale*. Addatur:

Obs. Specimen nostrum in *Herb. maurit. Sieber n.* 27. minus perfectum, quam ut securi esse possimus hanc speciem etiam in *Ins. Mauritii* occurrere.

ORDO II.

DIGYNIA.

---

n. 113. GUNNERA.

S. V. T. I. p. 285. n. 2. GUNNERAE *perpensae* addantur synonyma: *Bot. Mag.* 2376. *Hort. Kew. ed. alt.* I. p. 223. G. scapis fructiferis foliis altioribus; racemo laxiusculo. *Lam. Encycl.* III. p. 61. Petasites africanus, Calthae palustris folio. *Herm. Lugdb.* 488.

n. 116. REIMARIA.

V. T. I. p. 289. n. 1. REIMARIA *acuta*. Addatur synonymon:

Poir. Enc. meth. ill. gen. Suppl. p. 540. *t.* 909.

n. 2. REIMARIA *diffusa Spreng.*; foliis planis, glaberrimis; ligulâ pilosâ; paniculâ ramosissimâ, nutante; calycibus glabris. *Spreng. N. Entd.* III. p. 14.

Gramen, ut videtur, cubitale s. brachiale, culmo glabro, tereti, vaginato. Folia pedalia, scabriuscula, acutissima, basi internâ pilis. Panicula ex folio ultimo, 1 1/2 ped., ramosissima, nutans, pedicellis angulatis, asperis. Flosculi erecti, brunei. Cal. 1-valvis, nervosus, glaber, corollam longiorem involvens. Cor. bivalvis, convoluta, acuta. Stamina non numeranda et alienus graminis habitus in R. *acuta Flügg.*; attamen ad idem genus pertinere autumat cls *Sprengel*. *In Martinica.* Hortul. D. *Sieber.*

n. 115. ANTHOXANTHUM.

Pag. 230. (164.) n. 1. ANTHOXANTHO *odorato* adde varietates: 2. *Opizii*; spicâ simplici; calycibus glabris; foliis pubescentibus. *Hesperus* 1815. n. 41. 3. *alpinum*; culmo graciliori; paniculâ pauciflorâ; aristis parvis; foliis rigidis, sublinearibus. *Von Uechtritz Reise. Naturforsch. p.* 233-34. *Bot. Zeit.* 1822. *p.* 426.

n. 117. DIARRHENA.

Pag. 231. (165.) n. 1. DIARRHENA *americana*. Addantur synonyma:

DIARINA *sylvatica Rafin. prodr. nov. in gen. Journ. d. Phys.* T. 89. p. 104. FESTUCA *diandra Nutt. gen.* I. p. 72.

Stam. 3 basi petalorum inserta, iisdemque opposita. *Stylus* 1. *Stigma* capitatum. *Caps.* 3-valvis, 2-sperma. *Aug. de St. Hilaire Mém. Mus.* IX. p. 365. (*Famil.* PRIMULAC.

SPECIES.

n. 119. VALERIANA.

Pag. 254. (6.) n. 2. VALERIANA *dioica*. Addatur:

Obs. In Volhynia semper esse floribus polygamis; flores masculos germine fertili et stylo parvo, stigmate simplici esse instructos; specimen femineum pluribus jam annis cultum evolvere stamina in tubo corollae haerentia, corollam tamen minorem et corymbum demum conservare *Besser Enum. plant. Volhyn.* p. 4.

Pag. 257. (9.) n. 12. VALERIANA *officinalis*, Addatur varietas: ε. Foliis ramisque ternis. *Bess. Enum. plant. Volhyn.* p. 4.

Obs. ε. *In Volhynia* VALERIANA *exaltata Mik.*, *altissima Schott H. V.* ele *Besser l. c.* species videtur.

n. 16. *Valeriana sisymbrifolia*. Addatur synonymis: V. armenia Sisymbrii Matthioli folio. *Tournef. Herb.* teste *Sieber in Iside* 1823. *p.* 459.

S. V. T. I. p. 356. n. 29. VALERIANA *asarifolia*. Addatur syn. V. cretica Filipendulae radice *Tournef. Herb.* teste *Sieb. in Iside* 1823. p. 459.

n. 120. FEDIA.

Pag. 268. (20.) n. 20. FEDIAE *uncinatae* subscribe synonymon: VAL. floribus triandris; caule dichotomo; foliis pinnatifidis; fructu lineari, 6-dentato: dentibus uncinatis. *Dum. d'Urv. Enum. pl. Orient. p.* 5.

Pag. 271. (23.) post SONERILAM inseratur:

n. 121 b. CERVICINA.

1. CERVICINA *campanuloides Del. Descr. de l'Eg.* t. 5. f. 2.

Planta tenella, prostrata, ramis simplicibus, hirsutis, 2 poll. Folia inferiora opposita, superiora alterna, ovato-lanceolata, acuta, acute dentata, ciliata, sessilia. Flores axillares solitarii in pedunculo folio breviore. Cal. corollâ quidquam longior, demum acutus, laciniis s. foliolis similibus foliis, patentibus. Cor. laciniae obtusae, parum profundae. Stam. inclusa. Filamenta longitudine antherarum. Stylus inclusus. Stigmatis lobi patentes. Capsula globosa, depressa, hirsuta. *Ad iconem* l. c. *In Aegypto.*

n. 122. TRIPTERELLA.

Pag. 271. (n. 23.) n. 1. TRIPTERELLA *capitata*. Addatur syn. BURMANNIA *capitata* n. 5. *Mart.* et *Zuccarin. n. g. sp.* p. 12.

n. 2. TRIPTERELLA *caerulea*. Addatur synonymon: BURMANNIA *biflora Mart.* et *Zucc.* l. c. n. 7. (etiam in Brasilia.)

Obs. Cl. de *Martius* et *Zuccarini* TRIPTERELLAM *Mich.* et *Mühlenb.* omnino ejusdem generis dicunt cum BURMANNIA *distieha*, quae tamen, monente *Linnaeo*, *Burmann* et *Roxburgh* hexandra. Huc quoque trahunt MABURNIAM *Aub.* *du Pet. Thouars Gen. nov. madagascar.*, quae pariter hexandra. *Hexandras* hasce Classi VI. inseremus cum B. *juncea Brown*; BURMANNIAS vero novas DD. *de Martius* et *Zuccarini*, utpote *triandras*, et quibus: „*perianthium* tubo trialato vel tricarinato, limbo sexfido, laciniis alternis minimis; *stam.* 3 brevissima, medio affixa, utrinque loculamento antherae divjuncto transversim dehiscente; *stigmat.* 3; *caps.* 3-locularis, polysperma, TRIPTERELLAS esse jubemus.

n. 3. TRIPTERELLA *bicolor*; caule bi-quadri rarius multifloro; alis perianthii semiobovatis, tubi diametro duplo latioribus. BURMANNIA *bicolor Mart.* et *Zuccar. nov. gen. et spec.* p. 10. t. 5. f. 1.

Rad. tenuissima, fibris albis. Scapus herbaceus e medio foliorum radicalium, spithamaeus, rectus, gracilis, tenuis, plerumque simplex, foliis 3-4 remotissimis, minutis, glaber uti tota planta. Folia radicalia in rosulam expansa, 3-6, 5-6 lin., lanceolata, acuta, integerrima, trinervia, laete viridia; caulina adpressa. Flores in apice caulis ramulorumque aggregati, plerumque 2-3, rarius 6-10 in spicam bifidam dispositi, subsessiles, singuli bracteâ lanceolatâ, acutâ, integerrimâ, flore 3-4-plo breviori, americanorum maximi. Perianthii alae longitudinales, integerrimae, violaceae, uti tubus; limbus alas superans, erecto-patens, flavus, laciniis integerrimis, tribus majoribus concaviusculis, minoribus introrsum flexis. Filamenta 3 brevissima, dorso adnata, cuneiformia, apice subbiloba. Antherae distantés, singulo loculamento lateri filamenti adnato, emarginato, flavae. Germen tubo duplo brevius, eidem adnatum. Stylus longitudine perianthii, virescens: stigmata viridi-flava. Caps. perianthio persistente cincta, oblonga, subtrigona. Semina minuta, utrinque acuta, flavo fusca. *M. et Z.* *In Brasiliae uliginosis altis arenosis prope villam do Principe alibique in Prov. Minas geraes.* ☉.

n. 4. TRIPTERELLA *flava*; caule bi-trifloro; alis perianthii dimidiato-lanceolatis, tubi diametrum vix aequantibus. BURMANNIA *flava Mart.* et *Zuccarin. nov. gen.* et *spec.* t. 5. f. 2.

Rad. ut in *bicolore*. Caulis simplex vel ramis 2-3 adpressis, 3-6 pollicaris. Folia radicalia 6-8 lin., lanceolata, longe acuminata, integerrima, glabra, obsolete 3-nervia; caulina remota, amplexicaulia, bracteiformia. Flores terminales 2-4, subsessiles, bracteis lanceolatis, acutis. Perianthium alaeque flavae, laciniis 3 majoribus erectis, ovatis, acutis concaviusculis. Germen turbinatum. Stylus longitudine staminum. Caps. turbinata. M. et Z. *In campis adamantum, locis humidiusculis, Minas geraes.* ☉.

n. 5. TRIPTERELLA *dasyantha*; scapo multifloro; floribus

plurimis in spica bifida bi-triseriatis, secundis, dense coarctatis; alis perianthii linearibus, tubo angustioribus. Burmannia *dasyantha Mart.* et *Zuccarin nov. gen.* et *spec.* t. 5. f. 3.

Rad. fibrosa, albida. Folia radicalia approximata, graminea, linearia, acuta, 1-1 1/2 poll., 3-5-nervia, glabra; scapi radicalibus similia, breviora, amplexicaulia. Scapus erectus, teretiusculus, glaber, pedalis vel parum altior, simplicissimus. Flores plurimi in spica bifida dense coarctati, 2-3-seriati, secundi, singuli bracteâ lineari, acutâ, glabrâ. Alae pallide caeruleae. Caps. M. et Z. *In Brasiliae provincia fluminis nigri, ad catarractas Japura, in campestribus montis Arara Coara.* ☉.

n. 6. Tripterella *alba*; scapo multifloro; spicâ bifidâ, distichâ; perianthii alis subnullis. Burmannia *alba Mart.* et *Zuccarin. nov. gen.* et *spec.* p. 12.

n. 123. CROCUS.

Pag. 277. (29.) Crocis addatur:

n. 14. Crocus *candidus Clarke*; foliis lanceolato-linearibus, flore brevioribus; stigmatibus antheras subaequantibus, profundissime multipartitis; corollae laciniis ellipticis; radicum tunicâ fibroso-costatâ. *Clarke iter* III. p. 185. *Spreng. N. Entd.* III. p. 157.

Affinis C. *montanus* III. *Clus. hist.* I. *p.* 209., at floret Octobri et folia scapo longiora. *C. byzant. argent. Parkins. parad.* 169. f. 3. non planta *Clusii*; sed magis cum planta *Clarkii* convenit, cum folia breviora scapo et flos niveus. *Spreng.*

n. 125. IXIA.

S. V. T. I. p. 372. n. 1. Ixia *minuta*. Addatur synonymon: *De Schrank Comment. in Irides capenses* (in *Abh. k. Regensb. bot. Gesellsch.* III.) et separate p. 15.

Obs. Cum plurima in hoc *Commentatione* Ill. de *Schrank* dubia sint et vaga, omnesque recentiorum Botanicorum, praecipue gallicorum et britannicorum, curae et observationes in Irideas prorsus neglectae, id tantum mente synonyma rev. ill. de *Schrank* hic adducimus, ut quid neglexisse non vero ut laudare eadem et confirmare videamur.

Pag. 277. (29.) n. 4. Ixia *Bulbocodium*. Addatur synonymon:
De Schrank Comment. Irid. cap. p. 25.

Pag. 279. (31.) n. 5. Ixia radians. Addatur synonymon:
De Schrank Comment. Irid. cap. p. 26.

n. 5a. Ixia *geminiflora Schrank*; foliis ensiformibus, nervosis, caule (multo) brevioribus; florum geminatorum

paribus (alternis) remotis; perigonii laciniis hyalinis, medio nervo obscuriore, superne ramoso percursis. *Schrank Irid. cap. p.* 26.

Folia radicalia plura. Caulis 1 1/2 ped., subangulatus. Florum alter semper praecocior. Spatha extima s. potius florum-florale perfecte amplexicaule, lanceolatum, elongate acutum, fere longitudine totius floris, apice saepe bifidum: interiores lanceolatae, acutae, breviores. Perigonii tubus filiformis, laciniae lanceolatae, basi quasi in unguem alatum attenuatae. Stamina laciniis breviora. Antherae lateri filamentorum insertae. *Schrank. In Promont. b. Spei.* ♃.

S. V. T. I. p. 377. n. 14. Ixia *fragrans.* Addatur synonymon cum?

Gladiolus *euosmus;* foliis linearibus, nervosis; caule paucifloro; floribus sessilibus; spathis membranaceis, dentatis, tubo perigoniali minoribus; limbi laciniis subaequalibus, oblongis, obtusis. Gladiolus *odorus Schrank Irid. cap.* p. 44.

Rev. *de Schrank* citat ad suum *odorum* (cujus nomen mutandum est, quia jam sit *odorus*) sine dubio I. *fragrantem Jacq.* et *Vahl.* „cum differentiae ejusmodi non sunt" ait „quae me movere possint, *ut credam*, specimen meum ferum diversam esse plantam ab illa, quam *Jacquinius* cultam descripsit." Addit vero ad finem: „nomen *ob dubium, quo teneor*, mutavi." Credere et dubio simul teneri miserum est. In planta rev. *Schrank*," Bulbus nucis avellanae majoris magnitudine. Caulis ultrapedalis, 3-4-folius (praeter folia 2 brevia prope basin); folia apicem versus attenuata, imum caulem superans. Spica conferta e floribus 5 flavis, diametro pollicari, nutantibus. Spathae tubo dimidio breviores, latae, vix 3 lin longae, apice argute dentatae, nervo medio rubello. Tubus perigonii lacinias fere aequans, formâ fili tenuissimi. Laciniae subaequales, oblongae, obtusae, flavae, 3 alternae extus rubore suffusae, praesertim taenia longitudinali."

Pag. 281. (33.) n. 18. Ixia *pilosa.* Addatur synonymon: *De Schrank Comment. Irid. cap.* p. 17.

n. 18 a. Ixia *Schrankiana;* caule filiformi, unifloro, bifolio; foliis caulinis duobus lineari-capillaribus, radicalibus linearibus, vaginis aphyllis intermixtis. Ixia *minima de Schrank Com. Irid. cap.* 17.

Myosuro minimo non major. Bulbus oculum Cyprini majoris non excedit, reticulatus. Caules plerumque 2, 1 1/2-3 poll., basi conjunctim obtecti foliis angustissime linearibus vaginisque haec folia obtegentibus, submembranaceis, lanceolatis, concavis, argute acuminatis. Caules ipsi aphylli nisi quod folia 2 gerant valde parva, capillaria, plana tamen, fere membranacea, prope opposita, jam circa mediam caulis longitudinem adsidentia, jam infra illum. Perigonii laciniae ob-

longae obtusaeve videntur albae fuisse. *De Schrank In Promont. b. Spei.* (Nomen mutandum, cum jam sit *minima.*)

S. V. T. I. p. 378. n. 19. Ixia *hirta.* Addatur synonymon: *De Schrank Comment. Irid. cap.* p. 18.

Pag. 281. (33.) n. 23. Ixia *crispa.* Addatur synonymon; *De Schrank Comm. Irid. cap.* p. 18.

S. V. T. I. p. 380. n. 24. Ixia *cinnamomea.* Addatur synonymon:
De Schrank Comm. Irid. cap. p. 19.

Pag. 281. (33.) n. 25. Ixia *corymbosa.* Addatur synonymon: *De Schrank Comm. Irid. cap.* p. 19.

S. V. T. I. p. 381. n. 26. Ixia *heterophylla.* Addatur synonymon:
De Schrank Comm. Irid. cap. p. 16.

Pag. 282. (34.) n. 27. Ixia *anemonaeflora.* Addatur synonymon:
De Schrank Comm. Irid. cap. p. 20.

Pag. 282. (34.) n. 36. Ixia *scillaris.* Addatur:

Obs. Cl. de *Schrank* sub Ixia *polystachya*, foliis ensiformibus nervosis; caule polystachyo; spathis membranaceis: exteriore tridentatâ, tubum perigonialem subaequante, interiore bidentatâ, *Com. Irid. cap.* p. 21 jungit: I. *polystachyam Linn. Spec.* n. 6. *Jacq.* ic. rar. t. 276. *Thunb. cap.* p. 240., et I. *erectam Berg. cap* p. 5. *Thunb. cap.* p. 239, et I. *pentandram Thunb. Fl. cap.* p. 14?. *Vahl Enum.* II. n. 89., additque varietatem aliam: „cui praeter spicam terminalem unica lateralis est, et flores paulo majores sunt" et tertiam „quae prorsus monostachya" et subjungitur ab illo alia species, quam tamen „forte proprii generis" dicit:

n. 36 a. Ixia *hexandra Schrank*; caule (parce) ramoso; floribus racemosis, terminalibus, hexandris; antherâ sextâ majori cassâ; foliis ensiformibus, glabris. *Schrank Comment. Irid. cap.* p. 23.

Caulis 1/2-1-ped., foliis suis altior; rami ad angulum 45° s. erectiusculi, plerumque unifolii; racemus terminalis e ramis magis abbreviatis. Folia basi nonnihil attenuata; folium rameum parvum. Ramuli ultimi uniflori. Perigonium videtur roseum fuisse, diametro vix pollicari: laciniae ovato-oblongae, latitudine nonnihil inaequales, striatae, tres apice mucrone cartilagineo. Stamina 6, e receptaculo floris, fere labia 2 constituentia: 5 superiora flava, arcuatim posita, nutantia: filamenta brevia, antheris obtuse trigonis, unilocularibus, apice hiantibus dentatisque; infimum rectum, subdeclinatum, filamento brevi, antherâ multo majori, luride pallidâ, quasi e tribus foliolis oblongis convoluto-connatis, apice tantillum hiantibus. Stylus staminibus multo longior,

valde gracilis, declinatus, deinde ascendens. *Schrank.* *In Promont. b. Spei.* ♃.

n. 36 b. Ixia *discolor;* polystachya, glabra; foliis lanceolatis, basi vaginantibus, multistriatis, margine longe minutissime serrulatis; floribus alternis: spathis tubo perigoniali brevioribus, obtusiusculis: interiore bifidâ; laciniis perigonii subaequalibus, oblongis, obtusis, subemarginatis. Gladiolus *discolor Schrank Irid. cap. p.* 45.

„Nescio annon varietas sit Ixiae *polystachyae Jacq.*" *Schrank. Ad Prom. b. Spei.* ♃.

ag. 283. (35.) n. 48. Ixia *maculata.* Addatur synonymon: *De Schrank Comment. Irid. cap.* p. 20.

Obs. „Varietates duae possideo: unam floribus rubris, alteram caeruleis s. potius violaceis, utrisque basi immaculatis, caeterum cum *bimaculata* convenientes: solae spathae differunt, quae minus tenerae et magis ad naturam folii accedentes; nec lineolis, sed solum ad marginem teneriorem quasi pulvere picto fusco adspersae." *De Schrank.*

n. 48 a. Ixia *bimaculata Schrank;* caule polystachyo; foliis (lanceolato-) ensiformibus; floribus alternis majusculis; tubo perigoniali spathis membranaceis fissis breviore; limbi laciniis ex cuneata, bimaculata basi ovatis. *De Schrank Comment. Irid. cap. p.* 21.

Caulis sesquispithamaeus, non procul a basi in ramos 3-4 divisus fere aequales, inde a bulbo primum foliis radicalibus 3-5 basi longe denseque vaginantibus tectus, quae excipit folium cuivis horum ramorum proprium; haec omnia caulem aequantia aut superantia, stricta, spathis membranaceo-marginatis, margine undulato; in processu ramus quivis foliis 2 pluribusve, ramo plerumque altero ex axilla supremi: rami praesertim inter flores flexuosi. Spathae lineolis punctisve oblongis fuscis, creberrimis pictae, lanceolatae, apice fissae, tubo perigonii multo longiores. Perigonium amplum, I. *crocatae* cultae non minus; tubus vix 1 1/2 lin.; laciniae purpureae, sulphureo-bimaculatae, maculae oblongae, utrinque conspicuae. Styl. 3-fidus. *Schrank.* *In Promont. b. Spei.* ♃.

. V. T. I. p. 389. n. 50. Ixia *viridiflora.* Addatur synonymon:

Ixia *viridis Thunb. cap.* I. p. 242. *Schrank Comment. Irid. cap.* 24.

. V. T. I. p. 391. n. 53. Ixia *coccinea.* Addatur cum? synonymon:

Gladiolus *coccineus;* foliis anguste ensiformibus, caule (multo) brevioribus, glabris; floribus alternis; spathis 3 tubo perigoniali longioribus, membranaceis, apice subtruncatis, dentatis; perigonii laciniis obovatis: tribus inferioribus emarginatis. *De Schrank Irid. cap. p.* 35.

Ipsi auctori maxime dubium synonymon. „Folia" addit „4-5 fere radicalia, disticha, basi vaginantia, vix ultra 3 lin. lata. Caulis pede brevior, teres, apice spicis 4 5 floris. Spathae 3 fere IXIAE *incarnatae*, membranaceae, apice subtruncatae, roseae, dentibus 3 argutis" in infima, in reliquis lateralibus dentibus oblitteratis. Perigonium campanulatum colore et magnitudine GL. *purpurei*, tubo brevissimo: laciniis 3 superioribus rotundatis, inferioribus emarginatis, lobo altero acuto, altero obtuso. *Schrank.* *In Prom. b. Spei.* ♃.

S. V. T. I. p. 395. n. 68. IXIA *aristata*. Addatur synonymon:

Schrank Irid. cap. p. 24.

Pag. 285. (37.) n. 73. IXIA *bulbifera*. Addatur synonymon: *Schrank Irid. cap.* p. 25.

Pag. 286. (38.) Adde in *obs.* 2. ad *Tritoniam flavam* synonymon:

Bot. Reg. t. 747. *Ann.* of. Bot. I. 219.

S. V. T. I. p. 403. n. 84. IXIA *spicata*. Addatur synonymon: GLADIOLUS *Burmanni*; foliis obverse lanceolatis, acutis, glabris, subtrinervibus, caule subsimplicissimo, monostachyo brevioribus; floribus secundis; spathis membranaceis, nervosis, dentatis, tubo perigoniali dimidio brevioribus. *Schrank Irid. cap. p.* 42.

Bulbus anni praeteriti Nuce Avellanâ major. Caulis foliis 4-6 quinquenervibus, nervis 3 magis prominulis. Flores 7-24, vix *Polygalae vulgaris* duplo majores, sessiles, violacei. Bracteae pallidius violaceae, nervis 5-6 in dentes plures excurrentibus. Tubus filiformis, limbus campanulatus, laciniis superioribus paulo brevioribus, 3 interioribus pallidioribus, omnibus rotundatis. Stam. flava, stylo longiora. Antherae magnae, arcuatae. Stylus flavus, usque ad perigonii tubum bipartitus: laciniae 2 stigmatophorae arcuatae, tertia subfoliacea, cassa. *Schrank.* *In Promont. b. Spei.* ♃.

n. 128. GLADIOLUS.

S. V. T. I. p. 405. n. 1. GLADIOLUS *montanus*. Addatur synonymon:

De Schrank Comment. in Irid. cap. p. 27.

Pag. 289. (41.) n. 4. GLADIOLO *imbricato* addatur synonymon: G. floribus spicatis, confertis, secundis, subnutantibus; perigonii laciniis undulatis, acutis, unguiculatis, basi hiantibus, labio inferiore 5-partito; tubo spathâ acutâ breviore; foliis ensatis; bulbo deplanato. *Tausch Hort. Canalius Dec. I. f.* 1. (cum synonymis nostris in Mantissa l.)

Radix biennis. Bulbus difformis, fibroso-tunicatus, badius, testis 2-3 suborbicularibus albis, carnosis, coadunatis, testaceis, basi radicatus, vertice sobolifer; sobolibus 1-3 impe-

sitis. Caulis centralis, basi sobolem fovens, simplex, erectus, gracilis, striatus, glaucus, foliosus, versus apicem flexuosus, nudus, basi vaginis 1-2 fuscescentibus. Folia caulina 4-5 disticha, basi vaginata, stricta, nervosa, vix glaucescentia. Spica florum terminalis. Flores sessiles, alterni. Spatha uniflora, bivalvis: valvis herbaceis, acutis, tubo perigonii subaequalibus. Perigonium (calyx *Juss.* corolla *Linn.*) superum, basi tubulosum, tubo incurvo, limbo profunde 6 partito, ringente: labio superiore simplici, inferiore 5-partito: laciniis omnibus spathulatis, acutis, undulatis, basi unguiculatis, biantibus. Color floris ex purpureo in violaceum vergens, laciniis labii inferioris maculâ lanceolatâ, albidâ, purpureo-limbatâ. Stamina orificio tubi inserta, sub labio superiore adscendentia. Filamenta filiformia, glabra, antheris longiora. Antherae erectae, lineares, sagittatae, biloculares. Germen trigonum. Stylus filiformis. Stigmata incrassata, revoluto-patentia. Capsula parva, coriacea, 3-loc., 3-valvis, valvis medio septiferis, polysperma. Semina alato-tunicata, fusca, tenuissime punctata. Planta spontanea non nisi magnitudine a cultâ recedit. Spontaneae bulbus magnitudine nucis Avellanae, sobolis magnitudine pisi majoris; caulis brevior, gracilior, minus foliosus, foliis angustioribus; flores minores, vix ultra 6, fere imbricati. Differt a G. *communi* bulbo deplanato, difformi; caule graciliore, (in cultâ saltem) quidquam altiore; foliis angustioribus; floribus minoribus, confertis; labio et laciniis perigonii colore in violaceum vergente, spathâ breviore; capsulâ duplo minore; denique fructificatione spatio 14 dierum serius peragente. *Hab. in Bohemiâ in prato sylvatico ad Zbirow.* ♃. *Tausch* l. c.

. V. T. I. p. 409. n. 11. GLADIOLUS *brevifolius.* Addatur synonymon:

Schrank Comment. Irid. cap. p. 34.

bid. n. 13. GLADIOLUS *tenellus.* Addatur synonymon:

Schrank Comment. Irid. cap. p. 30.

'a g. 290. (42.) n. 14. GLADIOLUS *gracilis.* Addatur synonymon cum?

GL. *gracilis*; monostachyus; perigonii subringentis tubo spatham lanceolatam, acutam, gramineam subaequante; fauce campanulato-infundibuliformi: laciniis obtusiusculis; foliis linearibus glabris. *Schrank Comment. Irid. cap.* p. 28.

Ipsi reverend. *Schrank* dubius: nec extricandus ex descriptione.

. V. T. I. p. 410. n. 15. GLADIOLUS *laevis.* Addatur synonymon:

Schrank Irid. cap. p. 31.

'a g. 290. (42.) n. 18. GLADIOLUS *tristis.* Addatur synonymon:

Schrank. Comm. Irid. cap. p. 31.

Pag. 291. n. 24. GLADIOLUS *ringens*. Addatur synonymon: GLADIOLUS *punctatus*. *Schrank Irid. cap. p.* 54.

Pag. 291. (43.) n. 24. GLADIOLUS *ringens*. Addatur synonymon:

GLADIOLUS *punctatus Schrank Comm. Irid. cap. p.* 29 (quoad synonyma *punctati Jacq.* et *carinati Vahl.*)

S. V. T. I. p. 415. n. 28. GLADIOLUS *hirsutus*. Adde synonymon:

Schrank Irid. cap. p. 52.

Pag. 292. (44.) n. 34 a. GLADIOLUS *Ludovicae Jan* est, monente *Moretti* in *Giorn. d. Phys.* Dec. II. V. 5 Bim. p. 311, fide speciminis, GLAD. *byzantinus Mill.* S. V. *ed. nostr.* et *Gusson Cat. Boccadifalo.* p. 28. fid. spec.

Obs. Cl. *Moretti*, qui l. c. GLAD. *communem* β *Vahl* II. p. 90, et GL. *italicum Tabern. ic. p.* 636 tanquam synonyma laudat, vulgatissimam hanc speciem per omnem Italiam superiorem dicit. Confer etiam J. F. *Re*, *Append. ad Flor. pedemont.*

n. 35. GLADIOLO *communi* addatur synonymon:

G. floribus spicatis, distantibus, secundis, subnutantibus; perigonii laciniis obtusis, unguiculatis, basi hiantibus: labio inferiore tripartito; tubo spathâ acutâ multo breviore; foliis ensatis; bulbo orbiculari-depresso. *Tausch in Hort. Canal. Dec.* 1. *ad nr.* 1.

S. V. T. I. p. 420. n. 42. GLADIOLUS *roseo-albus*. Addatur synonymon cum?

GLADIOLUS *infundibuliformis*; perigonii infundibuliformis tubo deorsum sensim angustato: parte angustiore spathis longiore, superiore cylindricâ: laciniis aequalibus, oblongo-ovatis, obtusis; foliis ensiformibus. *Schrank Irid. cap. p.* 36. *n.* 41.

Obs. Rev. *Schrank* monet se *Hort. Schönb.* conferre non potuisse, liquet interea ex diagnosi speciem hanc a *roseo-albo* longe esse diversam. „Folia „addit" in caule 7, inferiora 6 basi vaginantia, dein patula, vix 1/2 ped. superantia. Flores 6, magnitudine (?) *Meriani sylvestris*, 3 poll., rosei. In Prom. b. Spei. ♃.

n. 42 a. GLADIOLUS *miniatiflorus Schrank*; caule simplici, monostachyo, recto, vaginato, basi folioso; floribus secundis; laciniis perigonii subaequalibus; foliis infimis brevibus. *Schrank Irid. cap. p.* 36. n. 42.

Bulbus magnitudine Cerasi. Caulis unicus, filiformis, 1 1/2-1 ped., sulcatus, glaber. Folia striata, angusta, infima vix 3 poll., reliqua breviora. Flores alterni, ut in NEOTTIA *spirali*: vaginae eosdem rhachinque involventes oblongo-ovatae, acutae, apice magis coloratae. Tubus ultra spatham eme[rsus], pallidus, filiformis; limbus vix major spiculâ MELICAE nu[tantis]

tis, 3 purpureis, 3 (siccatis) flavis. Capsulae rectae, 3-valves. *Schrank. In Promont. b. Spei.*

V. T. I. p. 421. n. 43. GLADIOLUS *Watsonius*. Huic subjungatur:

n. 43 a. GLADIOLUS *aristatus Schrank*; caule polystachyo; perigoniorum tubo filiformi, spathas aristatas excedente, laciniis subaequalibus, oblongis; foliis ensiformibus striatis: supremo caulem longe excedente. *Schrank Irid. cap.* 44.

1 1/2 pedalis. Similis *Watsonio*, et hujus fors forma sylvestris, quocum limbi magnitudine et colore convenit. Spica quaelibet 1-3-flora. *Schrank. In Promont. b. Spei.* ♃.

a g. 293. (45.) n. 44. GLADIOLUS *laccatus*. Addatur synonymon:

De Schrank Irid. cap. p. 41.

a g. 294. (46.) n. 45. GLADIOLUS *merianus*. Addatur synonymon:

GL. caule monostachyo; perigoniis infundibuliformibus, cernuis, fauce compressiusculis, laciniis acutis; foliis nervosis; vaginis glabris. *Schrank Comment. Irid. cap.* p. 32. (cui GLAD. *meriani* varietas *Jacq.* t. 231 excludenda et speciem propriam sistere videtur, quae illi:

n. 45 a. GLADIOLUS *Jacquini*; caule monostachyo; perigonii tubo inferiori filiformi, recto; superiore cylindrico curvo, laciniis ovatis; foliis late ensiformibus, elongato-acutis, multistriatis, glabris *l. c.* p. 33. n. 37. (notat tamen ipse flores duplo minores quam in icone Jacquini.)

a g. 294. (46.) n. 58. GLADIOLUS *alopecuroides*. Addatur synonymon:

De Schrank Comment. Irid. cap. p. 37.

V. T. I. p. 246. n. 60. GLADIOLUS *setifolius*. Addatur synonymon cum?

GL. spicis subsecundis, multifloris; spathis perigonii tubum excedentibus, obtusis; foliis angustissime linearibus, elongatis, crassiusculis, utrâque paginâ bisulcatis, glabris. *Schrank Irid. cap. p.* 38.

Bulbus tunicâ homogeneâ, continuâ, glabrâ, nonnihil splendente; caulis 1-2 ped., trifolius, glaber, nervis angulatus. Vaginae foliorum caulem arcte amplexantes. Folia valde longa, fere tetragona. Rami in apice 2 pluresve, floriferi, alterni, geminive. Flores subimbricati, flavicantes, vix unguem digiti minimi aequantes. Spatha ovata, tubum excedens, obtusa, colorata. Laciniae perigonii subaequales, nervalis striatae 7-9, ovatae, obtusae. Fructus niger. *Schrank. In Promont. b. Spei.* ♃.

Pag. 294. (46.) n. 62. Gladiolus *alatus*. Addatur synonymon:
De Schrank Irid. cap. p. 43.

S. V. T. I. p. 430. n. 73. Gladiolus *glumaceus*. Addatur synonymon: Gladiolus *iridifolius Schrank Comment. Irid. cap.* p 34.

Pag. 296. (48.) n. 76. Gladiolus *bicolor*. Addatur synonymon:
Schrank Irid. cap. p. 46.

S. V. T. I. p. 434. n. 83. Gladiolus *luteus*. Addatur, cum? synonymon:
Gl. caule subpolystachyo; floribus alternis; spathis tubo perigoniali (multo) brevioribus, mucronatis: externâ submembranaceâ, oblongâ, internâ suborbiculatâ, bipartitâ, ovarium involvente; foliis glabris, ensiformibus. *De Schrank Comment. Irid. cap. p.* 39.

Caulis rectus, erectus, foliosus, glaber, 1-2-stachyus, spithamaeus et 1 1/2 ped.; folia 4-5 basi vaginantia, argute acuta, prope vaginam 1/2 unguicularia. Flores majusculi, alterni, 5-18. Spatha exterior subpurpurascens: interior dente utrinque in lacinia singula. Perigonii lutei tubus rectiusculus, filiformis, limbo unguiculari: laciniae ovatae, obtusae, alternae extus purpurascentes, etiam violaceae, superiores paulo breviores. Stamina stylique flavent. Bulbus magnitudine nucis avellanae. *Schrank*, cui ipsi non convenire cum descriptione data a cl. *Lamarck*. *In Promont. b. Spei.* ♃.

n. 83 a. Gladiolus *umbellatus Schrank*; glaber, monostachyus, floribus umbellaeformibus; spathis membranaceis, tubo perigoniali brevioribus; externâ tridentatâ, multinervi, internâ bifidâ, biacuminatâ, quadrinervi; foliis lanceolatis ensiformibusve. *Schrank Irid. cap. p.* 40. n. 46.

Differt a priori, cujus forte varietas, etiam floribus duplo minoribus. *In Prom. b. Spei.* ♃.

Pag. 297. (49.) n. 87. Gladiolus *roseus*. Addatur synonymon:
Schrank Irid. cap. p. 47.

n. 88. Gladiolus *longiflorus*. Addatur synonymon:
Schrank Irid. cap. 48.

S. V. T. I. p. 437. n. 90. Gladiolus *floribundus*. Addatur cum? varietas:
Gladiolus *expallescens*; caule simplici, flexuoso, bifolio, inter flores angulato; foliis ensiformibus: radicali infimo caulem subexcedente; floribus secundis; spathis lanceolatis tubo perigoniali longioribus. *De Schrank Irid. cap. p.* 48.

„Videtur etiam cum G. *angusto* Thunb. convenire.“ Schrank.

Pag. 298. (50.) n. 91. Gladiolus *tubiflorus*. Addatur synonymon:

De Schrank Irid. cap. p. 53.

. V. T. I. p. 438. n. 92. Gladiolus *tubatus*. Addatur synonymon:

De Schrank Irid. cap. p. 49.

Pag. 299. (51.) n. 98. Gladiolus *villosus*. Addatur synonymon: *Schrank Irid. cap. p. 51.*

. V. T. I. p. 440. n 99. Gladiolus *distichus*. Addatur synonymon: Gladiolus *stenophyllus Schrank Irid. cap.* p. 500. (quoad *Jacq. Coll.* IV. p. 155.)

n. 129. ANTHOLYZA.

Pag. 299. n. 1. Antholyza *aethiopica*. Addatur synonymon: *De Schrank Irid. cap. p. 55.*

. V. T. I. p. 447. n. 3. Antholyza *ringens*. Addatur synonymon:

De Schrank Irid. cap. p. 58.

V. T. I. p. 448. n. 6. Antholyza *nervosa*. Addatur synonymon:

De Schrank Irid. cap. p. 56.

n. 6 a. Antholyza *quinquenervis Schrank*; hirsuta; foliis ensiformibus, caulem flexuosum subaequantibus, spicâ distichâ; spathis duplicatis: exteriore monophyllâ, mucronatâ, interiore diphyllâ: laciniis lanceolatis. *Schrank Irid. cap. p.* 56.

Varietas *nervosae* videtur ipsi rev. auctori, a qua differt praeter characteres datos colore coeruleo corollae magnitudine *Epilobii angustifolii.*

n. 130. ARISTEA.

V. T. I. p. 449. n. 3. Aristea *caerulea*. Addatur synonymon:

De Schrank Irid. cap. p. 59.

n. 131. MORAEA.

Pag. 300. (52.) n. 1. Moraea *Melaleuca*. Addatur synonymon: Moraea *lugens Schrank Comment. Irid. cap. p. 12?*

„Variare petalis alternis, quae majora quam reliqua, paulo minoribus et laminâ suboblongâ, et majoribus cum lamina suborbiculari.“ *Schrank* qui prudentissime addit: „descriptio corollae, quae in Thunbergi Flora habetur, cum nullo nostro specimine, quoad colorem, convenit.“ Et tamen citat *Thunbergi* Melaleucam!

S. V. T. I. p. 451. n. 2. MORAEA *pusilla.* Huic subjungatur:

n. 2 a. MORAEA *repens Schrank;* caule simplici, foliis ensiformibus subundulatis multo majori; perigonii laciniis exterioribus minoribus, saturatius coloratis; stigmate multifido. *Schrank Comment. Irid. cap. p.* 13. *β.* floribus pluribus remotis.

Rad. oblique repens; caulis anceps, 1 1/2 ped. Folia radicalia plura, caulis dimidium vix attingentia, anguste ensiformia; caulina subvaginantia, concavo-lanceolata. Flos unus alterve. Spathae lanceolatae, argute acutae, tubo perigonii paullo longiores, margine membranaceae. Tubus filiformis, limbus 6-partitus: laciniae interiores multo majores, obovatae, sub emarginatae, pallide caeruleae, exteriores oblongae, obtusae cum mucrone obtuso acutaeve. Stamina vix dimidiae laciniae longitudinis. Stylus longior filiformis. In *β.* folia radicalia longiora, latiora; flores 7, distantes, laciniae corollae exteriores minus saturate coloratae. Pertinet forte ad M. *pusillam Thunb. Schrank. In Promont. b. Spei.*

Pag. 302. (54.) n. 5. MORAEA *Northiana.* Addatur:

Obs. Huic valde affinis MARICA *caerulea Bot. Reg. t.* 713. e Brasilia, quae forte eadem cum MORAEA *Northiana var.* scapo folia breviore; spathis unifloris *Nees* et *Mart. N. Act. N. C.* XI. p. 17.; cujus radix fibrosa, caudice intermedio crasso; folia radicalia exteriora 1-1 1/2 ped., ensiformia, parum striata, glabra, interiora minora. Scapus ad flores 3-5 poll., valde compressus atque alatus, spathâ terminali, bivalvi: valvula exterior folium pedale, radicalibus simile; interior navicularis, longitudine spicae. Spathellae ovatae acutae, involutae. Pedunculus canaliculatus. Flores flavi admixto caeruleo: laciniis 3 exterioribus subaequalibus, oblongo-ovatis, latis. 3 exterioribus subaequalibus, oblongo-ovatis, latis; 3 interioribus brevioribus oblongis, ungue angusto. Antherae lineares longitudine filamentorum. Pistillum superne latum, alatum, trifidum, lacinia singulâ in lacinulas 3 alias divisâ. Si fora species propria, M. brevicapa ell. *Nees* et *Mart. Circa villam Filisberti.* ♃.

Pag. 302. (54.) n. 13. MORAEA *flexuosa.* Addatur synonymon: De *Schrank Comm. Irid. cap.* p. 13.

S. V. T. I. p. 453. n. 15. MORAEA *umbellata.* Addatur synonymon:

De *Schrank Comm. Irid. cap.* p. 14.

S. V. T. I. p. 454. n. 20. MORAEA *iriopetala.* Addatur synonymon:

IRIS *plumaria de Schrank Comment. Irid. cap.* p. 9.

n. 133. IRIS.

Pag. 304. (56.) n. 12. IRIDI *neglectae* adde synonymon: *Sims. Bot. Mag.* t. 2435.

Pag. 305. (57.) n. 17. IRIS *furcata.* Addatur synonymon:

Bot. Mag. 2361. Iris *biflora Besser Enum. Fl. Volhyn.* p. 4. 40.

Obs. Iris *biflora* (bis anno florens) volhynica a lusitanica differre videtur: illa saltem proxima *furcatae*.

Pag. 306. (58.) Iris *pumila*. Addatur varietas:
c. corollis ochroleucis, laciniis deflexis maculâ lividâ notatis. *Besser Enum. plant. Volhyn.* p. 49.

n. 26. Iris *dichotoma*. Addatur synonymon: *Reichenbach Magaz.* t. 31.

n. 26 a. Iris *brevicuspis Fisch. Mscr.*; imberbis; foliis lineari-lanceolatis, longissimis; laciniis corollae interioribus brevissimis; stigmatibus spiraliter revolutis. Iris *brachycuspis Bot. Mag.* 2326.

Laciniae corollae interiores erectae, brevissimae, exterioribus fere obtectae. (Flores violacei, solitarii, terminales; ungues laciniarum exteriorum purpureo-sanguineae.) *Hab. in Sibiriâ boreali orientem versus., prope Ochotsk et ad fluvium Lenam.* Radices, ut dicunt, venenatae. ♃. Confer *Observ.* 2. ad I. *dichotomam.*

V. T. I. p. 465. n. 29. Iris *minuta*. Addatur synonymon: *de Schrank Comm. Irid. cap.* p. 8.

Pag. 307. (59.) n. 32. Iris *bohemica*. Addatur:

Obs. Differt ab affinibus (*bifurca* MB. et *hungarica* WK) praeprimis germine inter spathas sessili. *Besser Enum. pl. Volhyn. p.* 49.

n. 32 a. Iris *falcata* (Pogiris: *concolor*) *) scapo basi furcato, multifloro, folia falcato-gladiata superante; spathâ

---

*) „In Iride, fructificatione et vegetatione, sequentes sectiones discerni possunt:

I. Pogiris. Perigonii laciniae exteriores deflexae, barbatae. Stigmata erecto-patentia. Capsula obtusa, coriacea, dehiscens. Semina rotundata. Folia ensata, (gladiata) stricta. Tuber vermicularis, annulatus, nudus, carnosus

a. Laciniae perigonii concolores, e. g. 1. *falcata*, *pumila*.

b. Laciniae perigonii discolores. e. g. *germanica*, *variegata*.

II. Lophiris. Perigonii laciniae exteriores deflexae, plicato-cristatae, (an et nudae?) Stigmata *erecto*-patentia. Capsula...... Semina...... Folia ensata, laxa. Truncus saepe basilaris. Radix fibrosa, saepe stolonifera, e. g. 1. *cristata*, *chinensis*. Huc quoque plures *imberbium Linnaei* referendae.

III. Limniris. Perigonii laciniae exteriores deflexae, nudae. Stigmata erecto-patentia. Capsula lignosa, obtusa, ore dehiscens. Semina compressa, angulata. Folia ensata. Tuber vermicularis, annulatus, comosus. (Caulis fistulosus plantarum aquaticarum) e. g. 8. *Pseudacorus*, *sibirica*.

herbaceâ, subcompressâ, pruinosâ; laciniis perigonii oblongis, integris, undulatis; tubo germine cylindrico longiore; capsulâ oblongâ. *Tausch Hort. Canal. Dec. I. f. 2.* I. *bohemica β. latifolia Tausch Ind. pl. hort. Canal.* anni 1821.

Radix perennis, tuberosa. Tuber repens, vermicularis, depressus, articulatus, annulatus, nudus, inferne radicatus, basi marcescens, abolescens, apice frondescens, carnosus, fuscescens, intus albus, odoratus, sapore subfervido. Scapus terminalis, intrafoliaceus, e foliorum vaginis egrediens, erectus, subaphyllus, subcompressus, nodosus, glaucus, bifurcatus: ramo inferiore pedunculum radicalem referente, superiore multifloro, pedunculis alternis, ad ramificationes vaginatis, vaginâ infimâ subfoliosâ. Folia fasciculata, fasciculis basi vaginis tectis, terminali fructificante, 2 plerumque lateralibus sterilibus, soboliferis, articulosque tuberis gignentibus. Folia in fasciculis alterna, 3-5, disticha, apice recurva saepeque versa, basi vaginata, nervosa, subglaucescentia, scapo breviora, anthesi peractâ autem latiora longioraque. Spatha uni-suprema biflora, basi subinflata, apice compressa, bivalvis: valvis subaequalibus, herbaceis, coerulescentibus, pruinosis, lacunosis, tubo perigonii brevioribus. Perigonium suaveolens, superum, basi tubulosum: tubo recto, germine duplo longiore, e viridi coerulescente; limbo profunde bipartito, inaequali: laciniis basi angustatis (unguiculatis), concoloribus, laete violaceis, basi venis e flavo-fuscis pictis; exterioribus 3 deflexis, barbatis; barba albidâ, basi flavâ; interioribus erectis, unguibus distantibus. Stamina laciniis perigonii exterioribus basi inserta. Filamenta subulata, glabra. Antherae oblongae, basi emarginatae, sessiles, erectae, biloculares, albae. Germen oblongum, 6-striatum. Stylus terminalis, brevis. Stigmata oblonga, petaliformia, apice bifida dentataque, dorso lamellâ transversali, erecto-patentia lamellâque staminibus incumbentia, perigonii laciniis dilutiora. Capsula oblonga, 6-sulcata, obtusa, coriacea, dehiscens, 3-loc., 3-valvis, val-

---

IV. Xyridion. Perigonii laciniae, exteriores patentissimae, nudae. Stigmata patentia. Capsula subulato-rostrata, ore dehiscens. Semina compressa, angulata. Folia ensata. Tuber vermicularis, nodosus, annulatus, squamosus. e. g. I. *spuria, ochroleuca.*

V. Spathula. Perigonii laciniae exteriores patentissimae, nudae. Stigmata patentia. Capsula obtusa, coriacea, dehiscens. Semina rotundata. Folia ensata. Tuber vermicularis, nodosus, annulatus, squamosus. e. g. I. *graminea, foetidissima.*

VI. Xiphion. Perigonii laciniae exteriores deflexae, nudae. Capsula . Semina..... Folia canaliculata, aut subulata, aut tetragona. Bulbus tunicatus aut fibrosus, aut tuber exannulatus. e. g. I. *Xiphion, Sisyrinchium tuberosa.*

Tausch in Hort. Canal. Dec. I. ad 2.

vix medio septiferis, polysperma; columnâ centrali triangulari, seminiferâ. Semina oblonga, rugosa, fusca. Differt a maxime affini I. *bohemicâ Schmidt* foliis latioribus, magis falcatis, scapo multifloro brevioribus; spathâ subcompressâ, nec inflatâ; laciniis perigonii oblongis, nec ellipticis; barba apice albâ, nec coeruleâ; germine, et capsulâ oblongis, nec trigonis. *Patria ignota.* Colitur autem multis jam annis in horto, ubi nomine I. *pumilae* reperimus. ♃. *Tausch* l. c.

a g. 308. (60.) n. 39. Iridi *virginicae* subjungatur:

n. 39 a. J. *carolina Rad.*; imberbis; caule tereti, subunifloro, folia aequante; petalis interioribus stigmata superantibus. *Radius in Schrift. der naturf. Gesellsch. zu Leipzig* I. *p.* 158. *t.* 3.

Caulis flexuosus, articulis tumidis. Folia ensiformia, 4 lineas lata, apice producto subcurvato. Spatha diphylla, ovato lanceolata, margine apiceque sphacelata. Corolla lilacina: laciniae exteriores reflexae, undulatae, supra medium constrictae, basin versus, praesertim in dorso, virescenti-flavae venis purpureis; interiores erectae, paululum introrsum flexae, lanceolatae, subcrenatae, apice rotundatae, basi attenuatae. Germen triquetrum, angulis obtusis non vel obsoletissime sulcatis. Stigma petaloideum, laciniis interioribus minus; foliola bifida: laciniis acutis, reflexis, argutè dentatis. Antherae lineares, emarginatae, obscure coeruleae, interne longitudinaliter dehiscentes, polline flavo. Differt ab I. *virginicâ* maxime affini caule non ancipiti nec bifloro, folia aequante vel superante, cum folia I. *virginicae* caulem fere duplo superent, spathis latioribus; ab I. *sibiricâ* foliorum et caulis proportione diversâ numeroque florum minore. *Hab. in Carolina.* ♃.

V. T. I. p. 473. n. 56. Iris *tenuifolia.* Huic subjungatur:

n. 56 a. Iris *unifolia Schrank*; caule unifolio, subtrifloro; tubo longissimo, toto spathis obtecto. *De Schrank Comm. Irid. cap.* p. 11.

Bulbus magnitudine Nucis avellanae majoris, membranis albidis. Folia radicalia videntur 3 adfuisse. Caulis teres, fere filiformis, glaber, *aphyllus*, apice floribus 2-3 alternis, imbricatis, folio lineari sub infimo flore, siccitate convoluto, caule toto plus duplo longiore. Tubus floris longissimus, poll. 2. longior, totus spathis imbricatis, submembranaceis tectus. Stigmata pallide flava, caeruleave, oblongo ovata, alterna (fertilia) basi lineâ flavâ barbatâ. Accedit habitu ad I. *tenuifoliam Pall.*, quae Xiphium. *Schrank. In Prom. b. Spei.* An generis?

a g. 315. (67.) n. 66. Iris *graminea.* Addatur synonymon: Iris *sylvatica Balb. Fl. ticin.* fide J. F. *Re append. ad Fl. pedemont.*

V. T. I. p. 479. n. 79. Iris *papilionacea*. Addatur synonymon:

Xiphium *papilionaceum* de *Schrank Comm. Irid. cap.* p. 12.

S. V. T. I. p. 480. n. 82. Iridi *reticulatae* subjungatur:

n. 82 a. Iris *Pallasii;* imberbis; foliis ensiformibus, conduplicatis, striatis, apice incurvis; germinibus longissimis, lirato-cylindricis; stigmatibus carinatis, apice serrulatis. β. *chinensis Bot. Mag.* 2331. *Fischer*, ex ore ipsius. *Zy-jui-lan* Mongolensium.

Folia anguste ensiformia, plicata, striata, apice uncinata, erecta, caule florifero breviora (3-4 lin. lata, dilute viridia) Spatha acuta, viridis, triflora. Flores pallide coerulei. Tubus infundibuliformis, viridis (2 poll.) Ungues petalorum deflexorum laminâ ovatâ, striatâ, duplo longiores, extus virides, marginibus purpurascentibus (pollicares): ungues erectorum filiformes, laminâ lanceolatâ. Stigmata ungues petalorum deflexorum non superantia, apice bifida et tenuiter serrulata, carinâ obscure violacea, marginibus albis. Germen 1 1/2 poll., subcylindricum, obtuse sexsulcatum. *Hab. in Mongoliâ chinensi.* ♃.

n. 135. DILATRIS.

Pag. 319. (71.) n. 1. Dilatris *umbellata.* Addatur synonymon:

Dilatris *corymbosa Schrank Irid. cap.* p. 61.

S. V. T. I. p. 483. n. 2. Dilatris *viscosa.* Addatur synonymon:

Schrank Irid. cap. p. 61.

n. 138 a. HAGENBACHIA.

Pag. 353. (105.) n. 1. Hagenbachia *brasiliensis.* Addatur *Nov. Act. Acad. N. C.* XI. p. 19. t. 2.

n. 139. BRODIAEA.

S. V. T. I. p. 487. Brodiaeis subjungatur:

n. 3. B. *ixioides;* coronâ foliolis subulatis *Bot. Mag.* 2382.

Radix bulbo-tuber, subrotundum. Folia linearia, extus convexa, intus subconcava. Scapus teres, foliis longior. Spatha (v. bracteae) bivalvis, erecta, 3-4 flora; flores longe pedunculati, diu persistentes. Corolla tubulosa, infera: tubus triquetro-cylindricus, viridis: limbus in lacinias 6 ovatas, patentes, fere aequales (3 interiores paulo angustiores obtusas, margine serrulatas, profunde divisus, virescens, violaceo tinctus. Nectarium vel corona laciniae 3 subulatae, virides, apice atropurpureo, fauci tubi insertae, laciniis interioribus oppositae. Antherae flavae, intra tubum sessiles.

Germen turbinatum, superum. Stylus brevis, erectus. Stigma capitatum. *Hab. in Chili.* ♃.

n. 141. HETERANTHERA.

Pag. 321. (73.) HETERANTHERIS addatur:

n. 8. HETERANTHERA *zosterifolia Mart.*; caule herbaceo, fluitante, ramoso; foliis sessilibus, linearibus, distichis, obtusiusculis; spathis bifloris; flore altero pedunculato, altero sessili. *De Martius nov. gen. et spec.* p. 7. t. 3.

Caules dense cespitosi, compressiusculi, tenues. Folia in ramis approximata, in caule remota, alterna, basi dilatatâ, subvaginante, albâ vel subpurpurascente, integerrima, margine undulata, glabra, evenia, 1/2 poll., 1-2 lin. lata, prasina, pellucida, similia POTAMOGETONI *gramineo.* Flores e basi foliorum: pedicello filiformi, longitudine germinis. Spatha membranacea, glabra, punctis vel lineolis fuscis, compresso-teres, superne latere scissa, apice oblique truncata, mucrone parvo, demum nutans, tubo corollae dimidio brevior, vix pollicaris. Perianthium corollinum demum emarcidum, persistens, hypocrateriforme; tubus 1-1 1/2 poll., albidus; limbus 6-partitus, horizontaliter patens, laciniis lineari-lanceolatis, acutiusculis, integerrimis, violaceis, 3 interioribus parum brevioribus et angustioribus, basi maculâ flavâ, superioribus magis approximatis. Filamenta medio incrassata, 2 alba, inferius violaceum. Antherae flavae. Stigma subtrigono-capitatum. Caps. lanceolato-cylindrica, glabra, subtrilocularis, parenchymate carnoso. Semina plura, ovata, fusca. Affinis LEPTANTHO *gramineo. De Mart. Habitat in stagnis ad Fluvium St. Francisci prope Malhada, vicum Provinciae Minarum.* ♃.

n. 142. VIEUSSEUXIA.

V. T. I. p. 489. n. 1. VIEUSSEUXIA *tripetaloides.* Addatur synonymon:

IRIS *tripetala de Schrank Comment. in Irid. cap.* p. 8.

Variat spathis paulo longioribus, stigmatibus fertilibus flavicantibus, sterilibus nullis, floribus duobus. Etiam: foliis latioribus et longe angustissimis, fere filiformibus; item stigmatibus sterilibus longitudine dimidiâ fertilium, linearibus, angustissimis, quales et eorum laciniae. *Schrank.*

Ibid. p. 490. n. 5. VIEUSSEUXIA *aristata.* Addatur:

IRIS *tricuspis de Schrank Coll. Irid. cap. p.* 490.

n. 143. SISYRINCHIUM.

V. T. I. p. 493. n. 7. SISYRINCHIO *micrantho* addatur: S. caule ancipiti flexuoso; spathâ inaequali; pedunculis filiformibus; capsulis trigono-globosis. *Bot. Mag.* 2116.

patuli, glabri, bracteis in qualibet dichotomia 2 oppositis, parvis, acutis, glabris. Flores terminales, breviter pedicellati, minuti. Calyx 5-fidus, glaber; laciniis subrotundo-ovatis, obtusis, aequalibus. Petala 5 inter discum et calycem inserta, cum laciniis calycinis alternantia, iisque 5plo longiora, basi lata, ovata, obtusa, plana, crassiuscula, patentissima, aequalia, viridia, glabra. Stamina aequalia, cum angulis ovarii alternantia, eique adpressa, apice reflexa. Filamenta lata, membranacea, libera, glabra. Antherae transverse ellipticae, uniloculares, apice transverse dehiscentes, flavidae, glabrae. Ovarium trigonum, glabrum. Stylus brevissimus, crassus, erectus. Stigma obtusum. Discus urceolatus, integerrimus. Capsulae (ex quolibet flore) ternae, basi connatae, apice horizontaliter patentes, obovatae, rotundatae, compresso-planae, utrinque sulco longitudinali laevi notatae, subaequales, uniloculares. Seminula 4 in qualibet capsula ejusque fundo affixa, erecta, geminatim opposita, 3 minuta abortientia (?), quartum majus oblongum basi exteriore in alam membranaceam productum. *Kunth.* *Prope Acapulco ad litus maris Parifici.* ♄.

n. 1 c. H. *verrucosa Humb.* et *Bonpl;* scandens; ramis teretibus, verrucosis; foliis elliptico-oblongis, acutiusculis, remote serrulatis; pedunculis ramosissimo-dichotomis, multifloris, glabris, folium subaequantibus; capsulis obovatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* V. p. 138.

Frutex ramis cinerascentibus, glabris, suboppositis, patentissimis. Folia opposita, petiolata, margine obsolete et remote serrulata, reticulato-venosa, nervo subtus prominente, coriacea, glabra, subconcoloria, 33-34 lin. 15-16 lin. lata. Petioli 3-lin., teretiusculi, interne obsolete canaliculati, glabri. Pedunculi axillares, solitarii, oppositi et terminales, gemini et terni, ramosissimo-dichotomi, glabri, filiformes, bracteati; ramis divaricatis; bracteis oppositis parvis, ovatis, acutis, glabris. Flores pedicellati, terminales parvi. Calyx 5 fidus, glaber; laciniis subrotundo-ovatis, acutiusculis, ciliato-fimbriatis. Petala 5 basi lata, ovata, obtusa, aequalia, glabra, patentissima, viridia. Stamina apice reflexa. Filamenta membranacea, interne dilatata, glabra. Antherae transverse ellipticae, uniloculares (?), apice transversim dehiscentes. Ovarium trigonum, glabrum. Stylus brevis, erectus. Stigma obtusum. Capsulae ternae, calyce persistente suffultae, obovatae, compresso-planae, uniloculares, bivalves, coriaceae, striato nervosae, glabrae, subsesquipollicares, pollicares, virides; valvis carinato-compressis, aequalibus. Semina 6 in qualibet capsula, ipsius fundo affixa, minuta, subcordata, imbricata. (*Bonpl.*) *Kunth.* *Inter Carthagena de Indias* et *Cerro de la Popa.* ♄.

n. 1 d. H. *elliptica Humb.* et *Bonpl;* volubilis (?) ramulis quadrangularibus; foliis ellipticis, acutis, remote

n. 148. FICUS.

3. V. T. I. p. 498. n. 1. Ficus *religiosa*. Addatur:

Obs. Arbor conciliorum *Rumph.* a divo *Willdenow* huc ducta, et a clo *Lamarck* varietas dicta F. *religiosae*, clo *Hamilton* in *Linn. Trans.* XIII. p. 488 species distincta videtur.

Pag. 327. (79.) n. 31. Ficus *Benjamina*. Addatur:

Obs. *Varinga Rumph* III. t. 90. clo *Hamilton* in *Linn. Trans.* XIII. p. 486. dubia videtur, ob „fructus sessiles."

3. V. T. I. p. 504. n. 33. Ficus *benghalensis*. Addatur:

Obs. Cl. *Hamilton* in *Trans. Linn. Soc.* XIII. p. 488. *Pluk. phyt.* t. 178. f. 1. omnino alia species videtur, uti etiam planta divi *Sloane*. Huc omnino spectare Ficum *indicam Roxb. Hort. beng.* 66. cui „folia basi sinu parvo cordata vel retusa, apice obtusa, subtus saepe subtomentosa, semper pilosa, sub-5-nervia: nervi enim plerumque 5 supra basin coalescunt et praeter eos ad basin sunt duo minuti. Fici globosae, pubescentes, magnitudine nucis moschatae, calyce vel involucro triphyllo arcte cinctae."

3. V. T. I. p. 505. n. 38. Ficus *racemosa*. Deleatur synonymon:

Atty-Ala Rheed. Conferatur F. *glomerata*.

3. V. T. I. p. 506. n. 47. Ficus *glomerata*. Addantur, fide *Hamilton Linn. Trans.* XIII. p. 485: Ficus *glomerata Hort. Beng.* 66. Ficus *racemosa Hort. Kew.* V. p. 488. Gobi glabra *Rumph. Herb. amp.* III. 151. t. 94. (perperam ad *Caprificum asperam latifoliam* relata).

3. V. T. I. p. 507. n. 53. Ficus *politoria Lam.*

Obs. Ficus *rudis* in *Herb. maurit. Sieb.* n. 45. ramis junioribus sulcatis, rariter pilosis est; foliis petiolatis alternis, epithameis cum petiolo unguiculari, 2-3 poll. latis, quidquam nitentibus, scaberrimis. An haec illa species, quam div. *Vahl* e Madagascar habuit?

. V. T. I. p. 515. n. 90. Ficus *symphytifolia*. Addatur:

Obs. Huc videtur clo *Hamilton* in *Linn. Trans.* XIII. p. 486. spectare *Rumphii Caprificus aspera latifolia* (exclusâ tabulâ 94.)

n. 156. COMMELINA.

. V. T. I. p. 535. n. 32. Commelina *barbata*. Addatur:

Obs. Quadrat in specimina nostra minus perfecta *Herb. Maurit. Sieb.* n. 41 omnino diagnosis data a clo *Lamarck*; sed folia potius ovato-lanceolata, acuminata, glabra, margine scaberrima, 2 poll., poll. lata. Petala cyanea.

---

aristatis. Stam. longitudine fere laciniarum perigonii. Antherae didymae, breves, flavae. Pistillum? Capsulae dissepimenta valvis affixa, absque columnula. Semina? In Promont. b. Spei.

Pag. 341. (93.) n. 40 a. COMMELINA *rara*. Conferatur *tenui* *Roth*, monente *Sprengel N. Entd.* III. p. 341.

Pag. 343. COMMELINIS addantur:

n. 78. COMMELINA *chantransia*; caule adscendente; paniculâ pauciflorâ; foliis ovato-lanceolatis, apice attenuatis, acutissimis; vaginâ brevi, latâ, pilosâ: pilis simplicibus, rigidis, instar *chantransiae* articulatis. ANEILEMA *africana* *Palisot de Beauv. Fl. d'Oware* et *Benin* II. p. 57. t. 91.

Folia remota, integerrima, striata, 1 1/2 poll., 1/2 poll. lata. Flores paniculati, diametro vix lineae, cyanei. *Hab.* in *Oware et Benin, prope Chama et Koto.* An COMMELINA *africana?*

n. 79. COMMELINA *ovato-oblonga P. d. B.*; caule subsimplici, glabro; foliis ovato-oblongis, laevibus, glabris; vaginâ pilis nonnullis; paniculâ terminali, effusâ; stipulis minutissimis. *Palisot de Beauv. Fl. d'Oware et Benin* II. p. 72. t. 104. f. 1.

Hab. in prato prope Benin.

n. 80. COMMELINA *sinica*; caule ramoso, diffuso; foliis ligulatis, acuminatis; racemulis alternis, subsenis, superne in paniculâ positis; staminibus 3 barbatis: uno castrato; sterilibus 3 nudis. ANEILEMA *sinica Bot. Reg.* t. 659.

In China.

Obs. ANANTHOPUS *Rafin. Fl. Lud.* ad COMMELINAS spectare nunc *sec.* *Rafinesque* in *Journ. d. Phys.* 1819. p. 26, videtur.

n. 160. HIPPOCRATEA.

Pag. 345. (97.) n. 5 c. HIPPOCRATEA *arborea*. Addatur synonymon: *Roxb. Corom.* III. t. 205.

S. V. T. I. p. 543. n. 1. HIPPOCRATEAE *obcordatae* adde synonymon:

H. *volubilis*; ramulis teretibus, glabris; foliis lanceolato-oblongis, acutiusculis, remote serrulatis; pedunculis dichotomis, glabris, folio multo brevioribus; capsulis obcordatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* T. V. p. 137.

Rami fusci. Folia opposita, petiolata, superne angustata et acutiuscula, basi cuneato-acuta, remote et obsolete serrata, reticulato-venosa, nervo subtus prominente, coriacea, glabra, nitidula, subtus vix pallidiora, 3-3 1/2 poll. et longiora, 11-13 lin. lata. Petioli semiteretes, interne canaliculati, glabri, tres lineas longi. Pedunculi in ramulis terminales gemini, apice dichotomi (?), multiflori, folio multo breviores. Flores (a me haud visi) virides (ex *Bonpl.*) An vere H. *obcordata* *Vahl? Kunth. In nova Hispania prope Fasc:* subjungatur:

n. 1 a. H. *celastroides Humb.* et *Bonpl;* volubilis; ramulis teretibus, glabris; foliis lanceolato-oblongis, acuto-cuspidatis, remote serrulatis; pedunculis dichotomis, glabris, multifloris, folio dimidio brevioribus; capsulis (junioribus) subrotundo-obovatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* T. V. p. 136.

Frutex volubilis, ramis oppositis, ramulis patentissimis, teretiusculis. Folia opposita, petiolata, acuta subcuspidata, basi in petiolum angustata, reticulato-venosa, subcoriacea, glabra, subconcoloria, 25-35 lin. 8-11 lin. lat. Petioli 4 lin. longi, canaliculati, glabri, ad utramque basin stipulâ instructi. Stipulae minutissimae, ovatae, acuminato subulatae, ramulo adpressae, caducae. Pedunculi axillares, solitarii aut terminales gemini, vel rarius terni, intermedio multo breviore, apice dichotomi, bracteati, ramis divaricatis glabris. Bracteae ad dichotomias oppositae parvae, ovatae, ciliato-fimbriatae, glabrae. Flores breviter pedicellati, minuti, terminales et laterales. Calyx planiusculus, 5-fidus, glaber, viridis: laciniis subrotundo-ovatis, obtusiusculis, aequalibus, margine ciliato-fimbriatis. Petala infra discum imposita, cum laciniis calycinis alternantia, elliptico-ovata, sessilia, apice rotundata, plana, patentia, aequalia, venosa, glabra, viridia, calyce triplo longiora. Stamina 3 inter discum et ovarium imposita, cum angulis ovarii alternantia. Filamenta dilatata, glabra. Antherae transverse ellipticae, basi affixae, uniloculares, apice transverse dehiscentes, flavidae, glabrae. Discus hypogynus annularis, carnosus. Ovarium disco immersum, trigonum, glabrum. Stylus brevissimus, crassus. Stigma simplex. Capsulae (juniores) basi cohaerentes, horizontaliter patulae, subrotundo-obovatae, apice rotundatae, planae, externe sulco longitudinali notatae, calyce, corollâ, staminibusque persistentibus suffultae. Seminula 4 in qualibet capsula, gemina opposita, fundo capsulae affixa (ergo in positione capsulae patente axi centrali in ovario affixa) erecta, ovato-oblonga, compressa, parva. *Kunth. Prope Venta del Estola Mexicanorum.* ♄.

n. 1 b. H. *acapulcensis Humb.* et *Bonpl;* volubilis, ramis teretibus verrucosis; foliis obovato-oblongis, brevissime cuspidatis, remote serrulatis; pedunculis dichotomis multifloris, glabris, folium subaequantibus; capsulis obovatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* V. p. 137.

Frutex volubilis ramosissimus, ramis oppositis cinerascentibus, glabris: ramulis laevibus, viridibus. Folia opposita, petiolata, basi cuneata, reticulato-venosa; nervo medio subtus prominulo, coriacea, glabra, laete viridia, concoloria, 21-32 lin., 11-13 lin. lata. Petioli semiteretes, glabri, 4 lin. Stipula ad utramque basin petioli minuta, ovata, apice sublaciniata et subulata, caduca. Pedunculi axillares solitarii, oppositi, terminales, gemini, apice dichotomi, bracteati; rami

patuli, glabri, bracteis in qualibet dichotomia 2 oppositis, parvis, acutis, glabris. Flores terminales, breviter pedicellati, minuti. Calyx 5-fidus, glaber; laciniis subrotundo-ovatis, obtusis, aequalibus. Petala 5 inter discum et calycem inserta, cum laciniis calycinis alternantia, iisque 5plo longiora, basi lata, ovata, obtusa, plana, crassiuscula, patentissima, aequalia, viridia, glabra. Stamina aequalia, cum angulis ovarii alternantia, eique adpressa, apice reflexa. Filamenta lata, membranacea, libera, glabra. Antherae transverse ellipticae, uniloculares, apice transverse dehiscentes, flavidae, glabrae. Ovarium trigonum, glabrum. Stylus brevissimus, crassus, erectus. Stigma obtusum. Discus urceolatus, integerrimus. Capsulae (ex quolibet flore) ternae, basi connatae, apice horizontaliter patentes, obovatae, rotundatae, compresso-planae, utrinque sulco longitudinali laevi notatae, subaequales, uniloculares. Seminula 4 in qualibet capsula ejusque fundo affixa, erecta, geminatim opposita, 3 minuta abortientia (?), quartum majus oblongum basi exteriore in alam membranaceam productum. *Kunth.* *Prope Acapulco ad litus maris Pacifici.* ♄.

n. 1c. H. *verrucosa Humb.* et *Bonpl*; scandens: ramis teretibus, verrucosis; foliis elliptico-oblongis, acutiusculis, remote serrulatis; pedunculis ramosissimo-dichotomis, multifloris, glabris, folium subaequantibus; capsulis obovatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red Kunth.* V. p. 138.

Frutex ramis cinerascentibus, glabris, suboppositis, patentissimis. Folia opposita, petiolata, margine obsolete et remote serrulata, reticulato-venosa, nervo subtus prominente, coriacea, glabra, subconcoloria, 33-34 lin. 15-16 lin. lata. Petioli 3-lin., teretiusculi, interne obsolete canaliculati, glabri. Pedunculi axillares, solitarii, oppositi et terminales, gemini et terni, ramosissimo-dichotomi, glabri, filiformes, bracteati; ramis divaricatis; bracteis oppositis parvis, ovatis, acutis, glabris. Flores pedicellati, terminales parvi. Calyx 5 fidus, glaber; laciniis subrotundo-ovatis, acutiusculis, ciliato-fimbriatis. Petala 5 basi lata, ovata, obtusa, aequalia, glabra, patentissima, viridia. Stamina apice reflexa. Filamenta membranacea, interne dilatata, glabra. Antherae transverse ellipticae, uniloculares (?), apice transversim dehiscentes. Ovarium trigonum, glabrum. Stylus brevis, erectus. Stigma obtusum. Capsulae ternae, calyce persistente suffultae, obovatae, compresso-planae, uniloculares, bivalves, coriaceae, striato nervosae, glabrae, subsesquipollicares, pollicares, virides; valvis carinato-compressis, aequalibus. Semina 6 in qualibet capsula, ipsius fundo affixa, minuta, subcordata, imbricata. (*Bonpl.*) *Kunth.* *Inter Carthagena de Indias* et *Cerro de la Popa.* ♄.

n. 1d. H. *elliptica Humb.* et *Bonpl*; volubilis (?): ramulis quadrangularibus; foliis ellipticis, acutis, remote

crenulato-serratis; pedunculis tenuissime tomentosis, dichotomo-4-fidis, folio brevioribus; ramulis floriferis, abbreviatis; capsulis . . . . *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* V. p. 138.

Frutex ramulis oppositis, patentissimis, compresso-teretibus, laevibus, glabris, viridibus; junioribus quadrangularibus. Folia opposita, petiolata, utrinque acuta, reticulato-venosa, nervo medio subtus prominulo, subcoriacea, glabra, concoloria, 27 28 lin., 14-15 lin. lata. Petioli canaliculati, glabri, 4 5 lin. Stipulae petiolares, geminae, ovato-lanceolatae, parvae, glabrae, deciduae. Pedunculi axillares solitarii, oppositi et terminales, gemini, longitudine foliorum, dichotomo 4-fidi (bis bifidi), ramique compresso-4-angulares, tenuissime fuscescenti-tomentosi, patuli; ramuli floriferi abbreviati, alares, fasciculato-congesti, laterales et terminales subracemosi. Bracteae parvae, ovatae, acutae. Flores pedicellati, in ramulis fasciculato congesti, magnitudine floris *Ribis rubri*, pedicellis tenuissime fuscescenti-tomentosis, teretibus, lineam longis. Calyx parvus, planus, margine undulato-5-lobus, glaber, persistens; lobis rotundatis, aequalibus. Petala 5 infra basin disci, imposita, cum lobis calycis alternantia, patentissima, aequalia, ovato-elliptica, acutiuscula, crassiuscula, basi latâ alba, glabra, calyce multo longiora, persistentia. Stamina 3, summo disco imposita. Filamenta brevissima membranacea, glabra, persistentia. Antherae subreniformes, subdidymae, uniloculares, glabrae, flavidae, apice transverse dehiscentes. Discus magnus, crassus, valde elevatus, conum truncatum referens, subpentagonus, apicem versus subpapillosus, glaber, persistens. Ovarium disco immersum, tardius in apice emittens processus 3, cum staminibus alternantes, foliaceos, horizontaliter planos, rotundatos, carnosos, triloculare; ovula 4 in quolibet loculo ejusque basi affixa, erecta, minutissima, oblonga. Stylus erectus, longitudine staminum, glaber. Stigma obtusum. Fructus haud suppetit. Differt ab H. *volubili Herb. Juss.* (H. *ovata Vahl??*) nonnisi petiolis longioribus, pedunculis minus ramosis floribusque duplo majoribus. *Kunth. In Regno mexicano, inter Tepecacuilco et Pasco.* ♄.

n. 1 e. H. *excelsa Humb.* et *Bonpl*; arborea, ramulis junioribus quadrangularibus: foliis elliptico-oblongis, acuminatis, undulato-crenatis; pedunculis bifidis, multifloris, pulverulento-hirtellis 4, folio triplo quadruplove brevioribus; floribus subtetrandris; capsulis . . . . *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* V. p. 139.

Arbor procerrima, ramulis teretibus, laevibus, cinerascenti-fuscescentibus, glabris, junioribus viridibus. Folia opposita, interdum subalterna, petiolata, acumine obtuso, basi acuta, reticulato-venosa, nervo subtus prominente, coriacea, glabra, subtus vix pallidiora, 36 38 lin., 17-18 lin. lat. Petioli semiteretes, interne canaliculati, glabri, 4 lin. longi. Stipula ad utramque petioli basin sessilis, parva, ovato-lanceo-

lata, erecta, glabra, caduca. Pedunculi axillares solitarii, oppositi et terminales, gemini, pollicares, apice bifidi, compressi, glabri, ramis patulis, pulverulento-hirtellis, fuscescentibus. Flores pedicellati, subfasciculato-congesti, axillares, laterales et terminales, magnitudine floris *Ribis alpini*; pedicellis teretibus, tenuissime hirtellis, 1-1 1/2 lin. longis. Bracteae parvae, ovatae, acutae, tenuissime hirtellae. Calyx parvus, undulato-5-lobus, pulvere tenuissimo fuscescente conspersus; lobis rotundatis, aequalibus. Petala 5 inter calycem et discum inserta, ovato-oblonga, acutiuscula, lata, plana, patentissima, aequalia, crassiuscula, alba media, externe pulvere tenuissimo fuscescente conspersa, calyce multoties longiora. Stamina 4, interdum 5, inter discum et ovarium imposita, brevia, aequalia, cum angulis ovarii alternantia. Filamenta brevia, linearia, membranacea, glabra, libera. Antherae didymae flavidae, glabrae, muticulares, apice transversim dehiscentes. Discus magnus valde elevatus, conum truncatum referens, glaber, apicem versus papillosus. Ovarium disco immersum apice liberum, quadrangulare (interdum 5-angulare?) glabrum, 4- (interdum 5-) loculare ovula 4 (?) in quolibet loculo, ipsius fundo affixa, erecta. Stylus brevis, crassiusculus, erectus, longitudine staminum. Stigma obtusum. Fructus desideratur. *Kunth.* Inter *Acapulco* et urbem *Mexici*, prope *Masatlan.* ♄.

Pag. 346. (98.) Hippocrateis addatur:

n. 10. Hippocratea *velutina* *Afzel.*; foliis ovalibus, integerrimis, acuminatis; racemis flexuosis, apice fructiferis fructu tergemino. *Remed. guineens. Coll. V. Lindbom* praes. *Afzel.* p. 33.

Arbuscula debilis, scandens, ramis ramulisque brachiatis, patentibus, teretibus, ad nodos dilatatis, compressis, superioribus praesertim, petiolis, pedunculis, calycibusque pubescenti-tomentosis, mollibus, castaneis. Folia prope basin ramulorum, petiolo brevi, tereti, adulto glabriusculo, acumine brevi, lato, supra enervia, excepto nervo medio hirta, glabra, subtus venoso-nervosa, fasciculis pilorum minutissimorum radiatis, rufula. Racemi fructuum in apice ramulorum laterales, flexuosi. Pedunculi fructuum breves, teretes. Calyx sub fructu persistens, minusculus: reflexus, lacerus. Capsulae majusculae ternae, basi concretae, caeterum liberae, patentes, obtusae, inferne depressae, superne, compresso-latentes, ideoque a fronte panduriformes, a latere spathulatae, utrinque longitudinaliter dehiscentes, 1-loculares, bivalves, valvulis crassis, lignosis, a ventre dorsoque inspectis spathulatis, extra densissime hispidulis, badiis, intus sericeis, stramineis. Semina plurima longiuscula, subcylindrica, pubescentia, grisea, inversa, apiceque aucta membranâ magna, tenuissimâ, spathulatâ, pellucidâ, albâ. *Lindb.* In sylvis montium *Sierra Leone.* ♄.

INDEX

ADDITAMENTORUM AD MANTISSAM I.

Errata.

Pag. 1. *lin.* 14. *ab infra*: Nee *lege*: Nec.
— 6. — 25. — sequentum *lege*: sequentem
— 8. — 3. COLOBACHNEA lege: COLOBACHNEN
— 13. AGRAULAM lege: AGRAULUM
— 16. unico lege: unica.
— 9. — 2. *Trinius.* Genus *lege*: *Trinius* genus
— 10. — 14. PIPTATHERUN lege: PIPTATHERUM
— 15. — 11. *ab infra*: de- *lege*: re-
— 5. CALAGNAGROSTES lege: CALAMAGROSTES
— 18. — 9. vix *lege*: vir
— 20. — ult. SCHIMAM lege: SCHIMAM.
— 23. — 23. *Elyonyrum* lege: ELYONURUM
— 28. — 5. *ab infra*: aristaeformae *lege*: aristaeforme.
— 31. — 8. — laciniis lege: lacinias
— 36. — 3. *Hort* lege: *Host*
— 39. — *ult*: spicalis *lege*: spiculis.
— 44. — 13. *ab infra*: aequae *lege*: aeque
— 45. — 10. achenis *lege*: acheniis
— 47. — 17. terminatis *lege*: terminati
— 48. — 2. Male *lege*: malo
— — — 3. pressus *lege*: prorsus.
— — — 5. RHYNCHOSPERMA *lege*: RHYNCHOSPORA
— — — 6. *ab infra*: longius *lege*: longiore
— 50. — 2. glabri, hispiduli *lege*: glabra, hispidula
— — — 3. vaginantes, breviores *lege*: vaginantia, breviora.
— 51. — 20. a *lege*: A
— 56. — 6. *Angsl.* lege: *Angl.*
— 59. — 6. ab infra: *polytrichoides* lege: *polytrichoidis*
— 61. — 8. cespitosus *lege*: cespitosa
— — — 20. *ab infra*: caniculata *lege*: canaliculata
— 64. — 6. LYSTRUM lege: LYTRUM
— — — 19. *lat.* lege: *Cat.*
— 66. — 5. *sqarrosam* lege: *squarrosam.*
— — — 21. *ab infra*: vix *lege*: vir
— 72. — 7. — *post* diversus *scribe*: ,
— 73. — 19. — *Schrad* lege: *Sched.*
— — — 18. — stoloniferas *lege*: stolonifera
— — — 7. — *Mordorhizae* lege: *Chordorhizae*
— 76. — 10. — *post* interstinctus *scribe*: quae
— 81. — 18. — bas *lege*: basi
— 83. — 5. — vestindem lege: *Vestiadem*

Errata.

Pag.	204.	lin.	13.	*ab infra*: hunc *lege*: hanc
—	208.	—	4.	— triatis *lege*: striatis
—	211.	—	13.	stipitibis *lege*: stipitibus.
—	216.	—	19.	*Hort.* lege: *Host.*
—	217.	—	17.	*ab infra*: nervis calyce *lege*: nervibus calyce
—	222.	—	14.	trivaliale *lege*: triviale.
—	224.	—	4.	ab infra: *grus lege*: *erus*
—	227.	—	12.	*ab infra post*: glumisque *scribe*: ete.
—	229.	—	16.	: scribe : :
—	233.	—	17.	*Ciper.* lege: *Cyper.*
—	237.	—	10	nervoscae *lege*: nervosae.
—	248.	—	18.	ssabra *lege*: scabra
—	251.	—	9.	*post*: Addatur: *scribe*:
—	260.	—	10.	ab infra: *singuinali* lege: sanguinali.
—	261.	—	16.	post: *sanguinali* dele : .
—	263.	—	13.	*ab infra*: obsessus *lege*: obsessas
—	265.	—	15.	ab infra: *Forek* lege: *Forsk.*
—	267.	—	18.	— hue *lege*: huc
—	269.	—	27.	— Splismeuus lege: Oplismenus
—	276.	—	13.	Pin- lege Pen-
—	277.	—	19.	aequae *lege*: aeque
—	279.	—	3.	Setae lege: Setar.
—	281.	—	19.	496 lege: 167.
—	283.	—	20.	*ab infra*: corinâque *lege*: carinâque
—	285.	—	17.	e *lege*: se
—	—	—	3.	*ab infra post*: propria *loco*: *scribe*:
—	291.	—	ult.	*australis* lege: *australem*.
—	292.	—	1.	distans *lege*: distantem
—	—	—	11.	prope *lege*: probe
—	297.	—	21.	ab infra: Pohram lege: Boheam
—	298.	—	4.	peritans *lege*: persistens
—	309.	—	5.	ab infra: *Nees* lege: *Nees*
—	320.	—	15.	*der.* lege: *der*
—	327.	—	11.	orectis *lege*: erectis
—	330.	—	1.	*Borton* lege: *Boston*
—	345.	—	16.	culmi *lege*: culmis
—	360.	—	8.	post: *Br.* scribatur: *nitidae*
—	364.	—	4.	ab infra: Avena lege: Avenae
—	368.	—	9.	*Wallenroth* lege: *Wallroth*
—	371.	—	8.	*ab infra*: vix *lege*: vir
—	376.	—	25.	— *toluscense* lege: *tolacense*
—	381.	—	8.	Aira lege: Aira
—	383.	—	5.	Avemae lege: Avenae
—	387.	—	ult.	suadit *lege*: suasit.
—	390.	—	10.	post *Obs.* scribe: Sub
—	—	—	18.	ab infra: *Scleich* lege: *Schleich.*
—	—	—	8.	— *praeformem* lege *poaeformem*
—	393.	—	6.	Contre *lege*: Contra
—	396.	—	12.	*ab infra*: varicitate *lege*: varietate
—	398.	—	3.	Hue *lege*: huc;
—	399.	—	20.	minime *lege*: Minime
—	402.	—	1.	Bormus lege: Bromus
—	—	—	4.	nononyma *lege*: nonyma
—	405.	—	24.	*ab infra*: Frstuca lege: Festuca

Errata.

Pag.	90.	*lin.*	2.	*Marise* lege: *Marisci*
—	93.	—	16.	trrminalibus *lege*: terminalibus
—	94.	—	18.	*Prodr*. lege: *Prov.*
—	—	—	8.	ab infra: *A* lege: *H*
—	95.	—	16.	post Cyperus scribe: *articulatus.*
—	96.	—	24	ab infra: *tetrastachya* lege: *tetrastachyo*
—	100.	—	19.	*mariscoides* lege: mariscoides
		—	25.	*ab infra*: nmbellâ *lege*: umbellâ
—	106.	—	7.	*ab infra*: latà *lege*: latas.
—	108.	—	17.	spithamasi *lege*: spithemaei
—	109.	—	22.	umbelullâ *lege*: umbellulâ
—	112.	—	4.	*ab infra*: cupes *lege*: cujus.
—	113.	—	1.	ac *lege*: ad
		—	14.	et *lege*: ex
—	114.	—	20.	Cyrero lege: Cypero
—	115.	—	12.	Cypefo lege: Cypero
—	—	—	14.	*Roa-* lege: *Raea-*
—	117.	—	6.	*palleseentis* lege: *pallescentis*
—	118.	—	22.	ab infra: *dàto* lege: *elato*
—	119.	—	15.	— *tenuifloris* lege: *tenuiflorus*
—	122.	—	23.	spinis *lege*: spinis
—	125.	—	22.	terminatae *lege*: terminatà
—	130.	—	15.	*sago* lege: *sayo*
—	—	—	20.	irriquis *lege*: irriguis
—	138.	—	27.	ab infra: *manocephalà* lege: *monocephala*
—	—	—	29.	— *Radschiedii* lege: *Redschiedii*
—	139.	—	25	— obscure *lege*: obscurae
—	141.	—	25.	— *Lugulae* lege: Luzulae
—	145.	—	11.	Pomernella lege: Pomereulla
—	149.	—	12.	Eleucho *lege*: Elencho
—	—	—	13.	*Bocka* lege: *Boekar*
—	—	—	6.	ab infra ante: *Nuttall* scribe: Limnetis *glabra*
—	150.	—	7.	Linnetis lege: Limnetis
—	—	—	18.	ab infra: Trachinotia lege: Trachynotia
—	158.	—	13.	Gr. lege: Tr.
—	160.	—	20	— berrima *lege*: berrima
—	—	—	—	— apicem — apicem
—	—	—	6.	— distentioribus *lege*: distantioribus
—	163.	—	13.	*ab infra*: rhacheque *lege*: rhachique
—	164.	—	11.	Grianthо lege: Erianthо
—	—	—	8.	*ab infra*: Inodorum *lege*: Indorum
—	166.	—	15.	inferioriora *lege*: inferiora
—	171.	—	22.	*ab infra*: Addatur *lege*: Addantur
—	179.	—	21.	lecto *lege*: lecta
—	185.	—	7.	axistà *lege*: aristà
—	—	—	2.	*ab infra*: subeartilagineo *lege*: subcartilagineo
—	188.	—	7.	— inferiorium *lege*: inferiorum
—	189.	—	2.	— Vilsam lege: Vilfam
—	190.	—	10.	Agrostis lege: Agrostis
—	191.	—	27.	variatates *lege*: varietates
—	—	—	25.	valvuis *lege*: valvulis
—	192.	—	2.	ab infra: *Hort.* lege: *Host*, ut etiam *pag. seq.*
—	194.	—	5.	— adsentare *lege*: adsentari
—	203.	—	19.	[illegible] *Torrey* scribatur: A. *compressa*